ANALECTA FRANCISCANA

SIVE

CHRONICA ALIAQUE VARIA DOCUMENTA

AD

HISTORIAM FRATRUM MINORUM

SPECTANTIA

EDITA

A PATRIBUS COLLEGII S. BONAVENTURAE

ADIUVANTIBUS

ALIIS ERUDITIS VIRIS

Tomus VI.

NECROLOGIA

I.

AD CLARAS AQUAS (QUARACCHI)
PROPE FLORENTIAM
EX TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE

MCMXVII.

PROPRIETAS LITTERARIA

LECTORIBUS

Teste ipso titulo qui huic volumini praeponitur, quique cum inscriptione tomo primo horum *Analectorum* praefixa concordat, praesens volumen non tantum cura Patrum huius Collegii sed et plurium Fratrum nostrorum et Saecularium collatis laboribus in lucem editur; quo fit ut voto facto in ipsius primi voluminis *Praefatione* [1] hic plene tandem satisfiat.

Volumen vero nonnisi Necrologia sive Conventuum sive Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum complectitur. Cuiusmodi equidem opera apud *Archivum Franciscanum Historicum* edi optime potuissent [2], sed attento spatio quod plurima Necrologia in dicto Periodico occupassent, visum est aliqua potius volumina, maioris sane molis, *Analectorum* nostrorum ipsis reservare. Volumen hoc VI quinque [3] ergo Necrologia, hucusque plane inedita, continet; aliaque, dato tempore, sequentur volumina, quae itidem Necrologia praebebunt.

Nemo namque est qui nesciat huiusmodi Necrologia quanti sint momenti ad historiam cum Conventuum Provinciarumque nostrarum, tum totius Ordinis indagandam; quin etiam et pro Annalibus variorum oppidorum, in quibus Conventus exstant vel exstabant, conscribendis adminicula plura conferunt, nec non pro genealogiis Familiarum et Stirpium inquirendis, cum Fundatorum Benefactorumque nomina pene innumera in Necrologiis consignata sint. Quisquis hic edita Necrologia vel delibaverit, hoc sibi persuasum facile habebit.

---

[1] Pag. VIII. [2] Inibi solum prodiit, t. III (1910), pp. 115-38, 310-32, 530-50, 716-32, *Necrologium O. F. M. Antissiodorense*. [3] Plura quidem enunciata erant hoc VI volumine continenda, sed irruens bellum aliorum laborem abrupit.

Sed quanta huiusmodi classicorum documentorum messis in libris vel ephemeridibus, plerumque ipsis rerum nostrarum scriptoribus ignota aut impervia, sparsa iacet; quantoque maior in Tabulariis tum publicis tum privatis adhuc inexplorata latet omnino! Illa in horum *Analectorum* serie denuo typis demandari, additis correctionibus atque illustrationibus, quae saepe anteactis temporibus attingi nondum poterant, fas opportunumque erit; haec vero e tenebris in lucem sunt quamprimum eruenda. Dum Fratres nostros rerumque nostrarum studiosos omnes rogamus, ut, quae ipsis utcumque cognita sunt, vel nobis indicare velint, vel potius ipsi manus apponant ad ea in hac nostra collectione edenda; nobis interim curae erit redigere et in sequenti volumine Necrologiis destinato edere elenchum, quam maxime absolutum, omnium Necrologiorum tum iam editorum tum adhuc edendorum, quae ad Ordines Franciscales pertineant; sicque futurorum laborum viam quodammodo nobis aliisque sternemus, et quae Lectoribus adhuc praebere non potuimus, saltem indicasse iuvabit.

Ad singula Necrologia rationes, quibus ducti editores ea publicanda curarunt, praenotatas, singulorumque Indices nominum etc. immediate suffixos, Lectores invenient.

FRATRES EDITORES.

I.

NECROLOGIUM

CONVENTUS MIMATENSIS

ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM

AB AN. 1290 USQUE AD AN. 1790

EDIDIT

CHLODOVEUS BRUNEL.

NECROLOGIUM

FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM

MIMATENSIUM.

In dioecesi Mimatensi tres olim exstitere conventus Fratrum Minorum Conventualium, scilicet apud Marologium, Sanctum-Hilarium et Mimatem [1]. Hic vero Mimatensis conventus, de custodia Alestensi [2], antiquitus pars provinciae Provinciae *(Provence)* erat. Hanc provinciam Ord. Fr. Min. Conventualium Urbanus VIII papa in duas novas provincias anno 1625 distinxit [3], quarum una vocabulum prioris provinciae, id est Sancti Ludovici, servavit, altera vero, cui conventus Mimatensis adiunctus, primo dicta Occitaniae *(Languedoc)*, in quodam capitulo anno 1647 Sanctum Rochum patronum elegit [4]. In nova vero divisione provinciarum ordinis Minorum S. Francisci Conventualium in regno Franciae exsistentium brevi pontificio Clementis papae XIV[i] condita, ad provinciam Clementinam conventus noster adnexus est [5] et inter viginti duos conventus eiusdem usque ad annum 1790 viguit.

Annalium conventus Mimatensis fontes rarissimi sunt, etenim iniuria temporum tabularium eius fere totum dirutum est. Nonnulla tamen documenta etiam nunc asservantur in *Archives départementales de la Lozère,* quorum inventarium, opere cr. v. Ferdinandi André conditum, nuper in lucem prodiit [6]. Inter haec vero multas rationes, modernaque litium instrumenta, nulla autem testimonia antiqua invenies. Itaque, quamquam, ut fama refert [7], tempore Sancti Antonii Paduani conventus Mimatensis initium sumpserit, nullum tamen fide dignum promptum est documen-

---

[1] *Marvéjols, Saint-Chély, Mende, département de la Lozère,* in Gallia Merid.

[2] Cf. Eubel, C., *Provinciale Ord. Fratr. Min. vetustissimum,* Ad Claras Aquas 1892, 36; item idem, *Bullar. Francisc.,* V, Romae 1898, 588; item Bartholomaeus Pisanus, ap. haec *Anal. Franc.,* IV, Ad Cl. Aq. 1906, 540; qui locum S. Hilarii [Sench Ier] vocat S. Aegidii.

[3] Copia eiusdem brevis dati 13° die maii anno 1625 nunc asservatur in *Archives départementales de la Lozère,* II 196.

[4] Ut constat ex notitia quadam in eodem tabulario, II 198: «.... le troisième [chapitre] feut tenu à Agde le 16 octobre 1647 par le P. Bonaventure Brunet de la province de saint Bonaventure.., ce feut pour lors que saint Roch feut pris pour patron de la province ».

[5] Anno 1771. Hoc breve typis mandatum adest in saepe dicto tabulario, II 196.

[6] *Inventaire sommaire des archives départementales antérieures à 1790, Lozère, Série II,* Mende 1904, n° 196-243.

[7] Cf. *Déclaration donnée en 1730 à l'assemblée générale du clergé* (*Archives de la Lozère,* II 242): « Ce couvent est fondé depuis environ 500 ans par les sept barons du Gévaudan du vivant de saint Antoine de Padoue, selon la tradition... » et Ignon, *Notices historiques sur quelques édifices religieux du département de la Lozère,* in *Mémoires et analyse des travaux de la Société d'agriculture, commerce, sciences et arts de la ville de Mende,* 1834-1835, 156. Hoc vero opus nullam fert probationem.

tum, quo compertum habeamus Fratres Minores iam diu ante finem saeculi XIII in civitate Mimatensi sedem posuisse. Anno etenim 1290 prima vice occurrit conventus noster in bulla Nicolai IV qua indulgentia ecclesiae Fratrum Minorum Mimatensium confertur [1], de cuius quidem consecratione a Guillelmo Duranti, Speculatore, dominica post octavam Ascensionis facta, ad finem Necrologii infra edimus eiusdem ferme temporis testimonium. Paulo post, scilicet anno M° CCC° XX°, duo altaria consecrata sunt, unum ad honorem Sancti Antonii et Sancti Ludovici, alterum vero Sanctae Elisabeth [2]. Ex nonnullis autem Necrologii locis apparet circa idem tempus dormitorium conditum clausuramque monasterii perfectam fuisse [3]. Haec autem conventualia aedificia quae ad orientalem partem civitatis, extra muros, iuxta viam quae tendit ad Podium Sanctae Mariae sedebant, impetu haereticorum, mediante saeculo XVI°, eruta sunt [4] sed pia largitate iterum aedificata, etiam post dispersos fratres usque ad nostra tempora steterunt [5].

Nonnulla capitula provincialia a Fratribus Minoribus in conventu Mimatensi celebrata sunt, scilicet in annis 1371 [6], 1449 [7] et 1650 [8].

Seriem Guardianorum Mimatensium utile duximus in praesenti opere inserere, quam quidem, ex tabulario Gabalitano conditam, locupletiorem optaremus [9].

SERIES GUARDIANORUM MIMATENSIUM.

P. Vernerie (XIV° s.).
Bernardus Palleti (XIV° s.).
P. Giraldi (XIV° s.).
Privatus Seguini (XIV° s.).
G. Vilatonis (XIV° s.).
Bernardus Bernardi (XIV° s.).
Ugo de Monte Iudeo (XIV° s.).
Guillelmus Dedeti (1418).
Bertrandus Blanc (1428).
Privatus Gausi (1454).
Stephanus Brugiron (1470).
Iohannes Pagès (1472).
Iohannes Servientis (1478).
Antonius de Galeriis (1485).
Antonius Bathalie (1505, 1521).
Petrus Rigal (1558).
Petrus Bigose (1591, 1601).
Iohannes Maurin (1604).
R. P. Roubin (1608).
Bonaventura Grimal (1619, 1630).
Franciscus Malaval (1631, 1635-1638).
Gabriel Sabatier (1639-1640).
Bonaventura Grimal (1641).
Franciscus Malaval (1642).
Gabriel Sabatier (1646-1647).
Bonaventura Grimal (1648).

---

[1] Wadding, *Annales Minorum*, V, 277 ad an. 1291, n. 53. Subdit « Non est unde habeamus ampliorem huius conventus notitiam ». — Bulla haec data 7 oct. 1290 (non 1291) edita est ap. Sbaralea, *Bullar. Franc.*, IV, 179-80.

[2] Infra, in Appendice.

[3] Cf. Necrologium ad dies 2 februar. et 3 aug.

[4] Scilicet annis 1562 et 1579. Cf. Ignon, loc. cit.

[5] Cf. Ignon, loc. cit. et Barbot, *Reconstruction de la gendarmerie de Mende* in *Bulletin de la Société d'agriculture... de la Lozère, Chroniques et Mélanges*, I (1903-1908), 60.

[6] Cf. infra, in Appendice.

[7] *Archives de la Lozère*, G 1447, fol. 439.

[8] *Archives de la Lozère*, H 198.

[9] Series illorum iam vulgata est in *Inventaire des Archives de la Lozère*, op. cit., XIV, sed nonnulla potuimus adiungere nomina ex notis notariorum Mimatensium.

Gabriel Sabatier (1651).
Bernardinus Boyer (✝ 1655).
Gabriel Sabatier (1655).
Leo Bonnefoy (1657).
Gabriel Sabatier (1658, 1661-1662).
Theodorus Massedor (1663-1664).
Bonaventura Enjoluy (1671-1672).
Nicolaus Gallien (1674).
Bonaventura Enjoluy (1677).
Nicolaus Gallien (1689).
Bonaventura Enjoluy (1691-1692).
Nicolaus Gallien (1695).
Bonaventura Enjoluy (1698-1699).
Privatus Rochebaron (1701-1702, 1706).
Bonaventura Enjoluy (1712).
Franciscus Pons (1717).
Privatus Rochebaron (1718).
Iohannes d'Allier (1720).
Privatus Rochebaron (1724-1726, 1737, 1741).
R. P. du Bouschet (1744).
Privatus Rochebaron (1751).
Michael Vissac (1754-1756).
Bonaventura Pelissier (1758).
Michael Vissac (1770).
H. Allard (1778).
Bartholomaeus Tremolet (1781).

Bibliothecam Fratrum hodie reperies in *Bibliothèque communale de Mende* cuius codices manuscriptos compendiose descripsit laud. v. F. André in Catalogo generali manuscriptorum in bibliothecis Galliae asservatorum [1]. Inter hos autem plerumque ad theologiam spectantes, singulari dignus animadversione videtur codex qui primus inscribitur, et *Euchologium Fratrum Minorum Mimatensium* antiquitus appellabatur. Ad descriptionem F. André pauca adiiciemus [2], libri autem partes breviter notabimus.

I. (Fol. 1). *Fragmenta Prosarum cum nota* [3].

II. (Fol. 2-24). *Necrologium* sic digestum: in prima columna, numeri aurei; in secunda, litterae dominicales; in tertia, index singulorum dierum more romano designatorum; in quarta, obitus. Nonnulla desunt folia. — Editur hic p. 22-51.

III. (Fol. 25). *Notae variae:* 1) De celebratione cuiusdam capituli anno MCCCLXXI; 2) De revocatione sententiae a Stephano episcopo Mimatensi lata contra ementes et vendentes diebus dominicis anno M° CC° LXXXXIII°; 3) De consecratione ecclesiae Fratrum Minorum Mimatensium, anno M°CC°.....; 4) De consecratione duorum altarium in eadem ecclesia, anno M° CCC° XX°; 5) tabula ostendens « quomodo ystorie mensis septembris ponuntur ». — Eduntur infra p. 54-56, praeter tabulam.

IV. (Fol. 26-31). *Calendarium* sic digestum: in prima columna, numeri aurei; in secunda, litterae dominicales; in tertia, ordo dierum more romano computatorum; in quarta, festivitates; in quinta, numerus lectionum in officio ad festorum gradum indicandum, si scilicet sint simplicia 3 lectionum vel duplicia 9 lectionum etc. — Editur infra p. 8-21 [4].

---

[1] T. IV, Paris 1887, 371-382. Hi sunt libri Minorum: 1, 9, 10, 13, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 36, 40, 42, 43, 51, 58.

[2] Codex est pergamenus ad finem XIII^{i} saeculi exaratus, altitudine 230mm., latitudine 180mm. latus, antiqua membranea fulvaque coopertura munitus et assibus ligneis quinque ferreos clavos ferentibus in utroque latere defensus.

[3] Incipit: « *Cor angustum dilatemus, | ut senatus exaltemus | laudes apostolici* », est scilicet prosa Apostolorum; cf. Chevalier, *Repert. hymnologicum*, I, n. 3867.

[4] Alia Calendaria Ordinis FF. Minorum edita habes v. gr. apud H. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und der Neuzeit*, Hannover 1898, II, II, 37-41; *Nécrologe du couvent des Frères Mineurs à Gand* ed. Friedlaender ap. *Bulletins de la Commision R. d'histoire de la Belgique*, IV ser., t. I, Bruxelles 1873, 151-180; Cholet, Aug., *Le Bréviaire de Ste Claire*

V. (Fol. 32-33). *Tabula capitulorum et lectionum* in diversis officiis [1].

VI. (Fol. 34-36). *Praefatio ad Martyrologium:* 1) « De arte inveniendi qualiter sit pronunciandа luna qualibet die secundum numerum suum, singulis litteris in martyrologio, et ubi singulis annis littera mutatur »; 2) « De prologis diversis super opus martyrologii, per quos patet quantam diligentiam apposuerunt sancti et antiqui patres ad compilationem huius opusculi »; 3) « Epistola Cromatii et Helyodori episcoporum ad Iheronimum super opere martyrologii » cum responsione eiusdem Iheronimi; Cf. *Acta SS.*, nov. II, part. I, p. LXXXII; ibid. p. [1]-[195] habes Martyrologium Hieronymianum. 4) « Prefatio que in pluribus libris ascribitur Bede super opere martyrologii »; cf. ap. *Acta SS.*, mart. II, p. VIII-LV. Migne, *Patr. Lat.*, XCIV, 797-1148; 5) « Epistola sive prefatio Usuardi monachi ad Karolum regem super opere martyrologii ».

VII. (Fol. 36v°-92). *Usuardi martyrologium.* Editur *Acta SS.*, iun. VI et VII, 373-779, Migne, *P. L.* CXXIII, 599-992; CXXIV, 9-860.

VIII. (Fol. 93-124). *Ordo missae celebrandae per annum* (Commune et Sanctorale). Incip.: « Dominica prima de Adventu. Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Introitus: *Ad te levavi...* ». Expl.: « Missa pro cuius anima dubitatur... Postcommunio: *Sumpsimus, Domine... Qui vivis et regnas* ».

IX. (Fol. 124-170). *Ordo divini officii recitandi per annum* (Commune et Sanctorale). Incip.: « Adventus Domini celebratur ubicumque Dominicus dies venerit... ». Expl.: « Nota quod psalmus *de profundis* dicitur ad laudes defunctorum... in laudibus defunctorum ». Adduntur: 1° (fol. 167 v° - 168 v°). *Ordo ad benedicendum mensam per totum annum* (Incip.: « Incipit ordo... Congregatis fratribus ad prandium... ». Expl.: «... occuli omnium in te sperant »); 2° (fol. 168 v° - 170 v°): *Ceremoniale ad missam celebrandam* (Incip.: « Indutus planeta sacerdos stat ante gradum altaris ». Expl.: «... benedicat populum dicens: *In unitate spiritus... Amen.* Deo gracias [2] ».

X. (Fol. 171-177). *Lectiones sanctae Clarae.* Incip.: « Venerabilis Christi sponse, Deoque dicate virginis Clare natalicium diem, fratres karissimi... Origines quidem... ». Expl.: « IX^a [lectio]... post tenebras ad gaudium et gloriam sempiternam, quo nos perducat rex noster et dux Christus... secula Amen ». *Bibl. hagiogr. lat.*, n. 1817. Tum *Officium SS. Triniuatis.* Incip.: « Credimus in sanctam Trinitatem... ». Expl.: « lectio IX^a... scriptus est quia hodie habuerunt me grátis »; et *Legenda sancti Privati episcopi Mimatensis et martynis* (*Bibl. hagiogr. lat.*, n. 6932).

XI. (Fol. 178). *Fragmentum canonicum de coniugio.* Cuius hae sunt rubricae: « De virginibus non velatis ». Incipit: « De virginibus autem non velatis, si deviaverint a voto, a predecessore nostro Innocentio taliter decretum habemus: Hee que nondum sacro velamine »; Cf. Decr. p. II, Ca. XXVII, q. I, c. 9. — « Quam grande malum sit

---

conservé au couvent de Saint-Damien à Assise, Paris 1904, (*Opuscules de critique historique... publiés par* P. Sabatier, t. II, p. 33-96) 1-63; Calendarium (incomplet.): 39-45 (II, 71-77). Calendarium FF. Min. Hamburgensium, ex eorum Necrologio ed. P. Patritius Schlager, O. F. M., *Das Nekrologium des Hamburger Franziskanerklosters*, 1-57, ap. *Beiträge zur Geschichte der Sächsischen Franziskanerprovinz vom hl. Kreuze*, III, 1910, Düsseldorf (1911), 3-6.

[1] Incipit: « Notandum quod in dominicis diebus ab Adventu... *In dominica prima de Adventu capitulum:* Non in commessationibus... ». Explicit: « *In dedicatione ecclesie ad nonam capitulum:* « Et absterget Deus... Tu autem, Domine, miserere nobis. Deo gratias ».

[2] Editae sunt hae rubricae v. gr. apud *Speculum Minorum*, Rothomagi 1509, fol. 222v-224v; *Firmamentum trium Ordinum*, Parisiis 1512, pars III, f. LVra-LVIva.

adulterium. — De illis qui post longam captivitatem redeunt. — De dispari cultu. — De coniugio fidelium et infidelium et dominorum infidelium ». Cf. Decr. cit. Ca. XXVIII, q. I.

XII. (Fol. 179-184). *Ordinationes divini officii.* Eas edidit R. P. Hieronymus Golubovich, O. F. M., apud *Arch. Francisc. Histor.*, II, 1910, 55-81. Codex noster non gravis momenti, novas quasdam fert eiusdem generis variantes, quarum praecipuas hic notamus. 1º Omisit §§ 20-25, 28, 29, 34-37, 48-51, 70-75 i. e. omnes quae in editione citata typis maioribus impressae sunt. — 2º Omisit vero etiam § 45 (p. 74). — 3º AFH III, 70, § 38, sonat: « Item flectant genua *in ferialibus diebus in missa de Sancto Spiritu, cum dicitur* « *Veni sancte spiritus* » et in Quadragesima etc. », addens scilicet verba *oblique* expressa, conspirans quasi cum tribus aliis codicibus; cf. l. c. notas *e* et *f*. — 4º In § 41 pergit: « Benedicite *omnia opera Domini* » *et quandocumque nominatur Iesus in* « *Gloria in excelsis* » *et in* « *Credo in unum Deum* ». Deinde pergit uti 8 alii Codices, et quidem omnino uti Cod. A, scilicet Cod. 338 Bibl. S. Francisci Assisii; cf. l. c. 71 nota *d*. — 5º Ibid. p. 75 nota *e*. Codex noster praetermisit omnia festa ibi typis CAPITALIBUS expressa, et praeter haec etiam festum: *Dedicationis ecclesiae;* pro illo *S. Michaelis in septembri* habet [i. e. idem est aliis verbis]: *S. Angelorum septembris.* — Post festa autem enumerata addit: « *Omnia vero festa nuper facta duplicia per sanctissimum patrem Bonifacium papam VIII*[1] *secundum determinationem capituli generalis Lugduni celebrati*[2] *sicut minora duplicia habeantur. Item de omnibus festis Apostolorum tam principalium quam non principalium fiat duplex officium, cum ita fiat in Romana curia. Item fiat commemoratio Sancti Cesarii in festo Omnium Sanctorum, quia sic in Romana curia celebratur* ».

Necrologium[3] nunc sequitur, cui adiunximus obitus qui in marginibus Calendarii et Martyrologii additi sunt. Inscriptiones vero eiusdem variae manus fecere, quarum ut saeculum agnoscas, sequentium memineris: ubi tempus ex ipsa mentione non liquet, saeculum quartum decimum est supplendum[4].

[1] Bulla sua « Gloriosus Deus » anni 1298, quo festa XII Apostolorum, IV Evangelistarum, IV doctorum ecclesiae duplicia declaravit. VI Decr. l. III, tit. 22.

[2] Agitur ergo de Capitulo Gli Lugdunensi anni 1299, de quo cf. *Chron. 24 Gen.*, ap. haec AF III, 1897, 452; Wadding, *Annales Ordinis Minorum*, an. 1299 n. 6; *Chronologia historico-legalis*, I, Neapoli 1650, 37. Cf. AFH II, 1909, 627.

[3] Necrologium Mimatense potius Obituarium dicendum foret, quoniam in eo notantur potius officia obitualia quam dies mortuales ibi adnotatorum. In genere admittendum certe est diem notatam revera cum die mortis conspirare.

[4] De gallicis necrologiis utiliter conferes: A. Molinier, *Les obituaires français au moyen âge*, Paris 1890 (Dissertatio cum bibliographia); Longnon in *Recueil des historiens de la France, Obituaires de la province de Sens*, I, 1re partie, Paris 1902, XXXVII (Repertorium chronologicum operum vulgatorum de gallicis Necrologiis); et ibid. II. 1906, 313-42: *Necrologium O. F. M. Carnotensium*. R. P. Antoine Béguet, O F. M.: *Nécrologe des Frères Mineurs d'Auxerre* ap. *Arch. franc. histor.*, (AFH) III, 1910, 115-38, 310-32, 530-50, 716-38. P. Ubald d'Alençon, O. M. Cap., *L'obituaire et le nécrologe des Cordeliers d'Angers*, Paris-Angers 1902, ubi p. 5-12 indicem Necrologiorum Fratrum Minorum Galliae habes. — Grate nobis iam ad calcem huius notulae fatendum opusculum nostrum aliena eruditione multum profecisse, scilicet RR. PP. Antonii Béguet de Sérent O. F. M. et Michaelis Bihl, O. F. M., qui summa cum benignitate in obscuris agenti perutile auxilium praebuerunt.

CALENDARIUM.[1]

IANUARIUS.

Ianu(ariu)s habet dies XXXI. Luna XXX.

Prima dies mensis[2]
Et VII^a truncat ut ensis.

1	Kal. ianuarii	Circumcisio Domini, et Sancti Basilii episcopi et confessoris et Sancte Martine virginis.		
2	IIII nonas »	Octabe Sancti Stephani.	(IX l.)	
3	III » »	Octabe Sancti Iohannis.	IX l.	
4	II » »	Octabe Innocentum.	IX l.	
5	» »	Vigilia (Epiphanie).		
6	VIII idus »	Epiphania Domini.	Dicitur officium.	
7	VII » »	*Clavis septuagesime. Media Yemis.*		
8	VI » »			
9	V » »			
10	IIII » »	Sancti Pauli primi heremite et confessoris.	IX l.	
11	III » »	Sancti Yginii pape et martyris.	IX l.	
12	II » »			
13	» »	Octabe Epiphanie.	IX l.	(Semiduplex.)
14	XIX kal. februarii	Sancti Felicis in Pincis presbyteri et martyris.	IX l.	
15	XVIII » »	Sancti Mauri abbatis.	IX l.	(Maior.)
16	XVII » »	Sancti Marcelli pape et martyris.	IX l.	
17	XVI » »	Sancti Antonii abbatis.	IX l.	
18	XV » »	Sancte Prisce virg. et mart. (Sol in aquario).	IX l.	
19	XIIII » »	Sanctorum Marii, Marthe...[3] (martyrum).	IX l.	
20	XIII » »	Sancti Sebastiani martyris et[3] Fabiani pape et martyris.	IX l.	
21	XII » »	Sancte Agnetis virginis et martyris.	IX l.	(Semiduplex.)
22	XI » »	Sancti Vincentii et Anastasii martyrum.	IX l.	
23	X » »	Sancte Emerenciane virginis et martyris.	IX l.	
24	IX » »			

[1] Loco duarum primarum columnarum in quibus designata sunt, ut supra diximus, numeri aurei et litterae dominicales, ordinem dierum more nostro computatorum edimus. Mentiones vero quaedam in codice rubro atramento distinctae in editione italicis typis excuduntur. Defluente XIV° saeculo, variae manus nonnulla adiecerunt additamenta quae inter parentheses in praesenti opere vulgantur.

[2] Hi versus circa dies atros sunt v. gr. ap. Grotefend, l. c. I, 36.

[3] Hic et in sequentibus quibusdam locis litterae vetustate non iam apparentes, legi non potuerunt. Hoc die (19) colebantur quoque generatim Audifax et Habacuc.

25	VIII	kal. februarii	Conversio sancti Pauli.	IX l.	
26	VII	» »			
27	VI	» »			
28	V	» »	Sancte Agnetis [secundo] [1]. (Sedes clavis [2] XLe.)	(IX l.)	
29	IIII	» »			
30	III	» »	(Obitus domini Odilonis episcopi Mimatensis.)		
31	II	» »	Sanctorum Syri et Iohannis martyrum. (Feria IIa post dominicam LXXe officium pro defunctis fratribus et benefactoribus sollempniter celebratur [3]).	IX l.	

FEBRUARIUS.

Quarta subit mortem,
Prosternit tercia sortem.

Februarius habet dies XXVIII. Luna XXVIIII.

1		Kal. februarii	Sancti Ignatii episcopi et martyris.	IX l.	
2	IIII	nonas »	Purificatio Sancte Marie.	IX l.	Duplex maius.
3	III	» »	Sancti Blasii episcopi et martyris.	IX l.	Duplex.
4	II	» »	Sancti Giliberti (abbatis) confessoris.	IX l.	
5		» »	Sancte Agathe virginis et martyris.	IX l.	Semiduplex.
6	VIII	idus »			
7	VII	» »			
8	VI	» »			
9	V	» »			
10	IIII	» »	Sancte Scolastice virginis.	III l.	
11	III	» »			
12	II	» »			
13		» »			
14	XVI	kal. martii	Sancti Valentini presbyteri et martyris.	IX l.	
15	XV	» »	(Translatio Beati Anthonii de ordine Minorum. Sol in pi[s]ce.)		
16	XIIII	» »			
17	XIII	» »			
18	XII	» »			
19	XI	» »			
20	X	» »			
21	IX	» »	*Ultimus dies LXXe.*		

[1] Cf. p. 8, in nota 3. [2] Claves, termini etc. sunt dies ad festa mobilia computanda.

[3] Hoc officium isto die ordinaverant Constitutiones Gles Narbonenses 1260, aliaeque confirmaverunt, v. gr. Constitutiones Gles Assisii 1316 et Farinerianae anni 1354; Cf. S. Bonaventurae, *Opera omnia*, VIII, Ad Claras Aquas 1898, 464; Ehrle, apud *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte* (ALKG), VI, Freiburg 1896, 138; Am. Carlini, ap. AFH IV, 1911, 525-6; *Chronologia historico-legalis*, I, 85.

22	VIII kal.	martii	Cathedra Sancti Petri.	IX l. Duplex.
23	VII	»	»	Vigilia.	
24	VI	»	»	Sancti Mathie apostoli.	IX l. Duplex.
25	V	»	»		
26	IIII	»	»		
27	III	»	»		
28	II	»	»		

MARTIUS.

Primus mandentem
Disrumpit IIII^a bibentem.

Martius habet dies XXXI. Luna XXX.

1		Kal. martii			
2	VI nonas		»		
3	V	»	»		
4	IIII	»	»		
5	III	»	»		
6	II	»	»	*Ultimus terminus XLe.*	
7		»	»	Sanctarum Perpetue et Felicitatis martyrum.	
8	VIII idus		»		
9	VII	»	»	Sanctorum XL^a martyrum.	IX l.
10	VI	»	»		
11	V	»	»	*Clavis Pasche.*	
12	IIII	»	»	Sancti Gregorii pape.	IX l. Duplex minus.
13	III	»	»	*Ultimum XL.*	
14	II	»	»		
15		»	»		
16	XVII kal. aprilis				
17	XVI	»	»		
18	XV	»	»	(Sol in ariete).	
19	XIIII	»	»		
20	XIII	»	»		
21	XII	»	»	Sancti Benedicti abbatis. *Equinoccium.*	IX l.
22	XI	»	»		
23	X	»	»		
24	IX	»	»		
25	VIII	»	»	Annuntiatio Beate Marie Virginis.	IX l. Duplex maius.
26	VII	»	»		
27	VI	»	»	Resurrectio Domini [1].	
28	V	»	»		
29	IIII	»	»		
30	III	»	»		
31	II	»	»		

[1] Mos antiquitus valde vulgatus designandi et notandi Pascha; cf. Grotefend, l. c. I, 1891, 165.

APRILIS.

Denus et undenus
Fit mortis vulnere plenus.

Aprilis habet dies XXX. Luna XXIX.

1		Kal.	aprilis			
2	IIII	nonas	»	(Consecratio capituli h[u]ius conventus.)		
3	III	»	»			
4	II	»	»			
5		»	»	*Ultima intentio lune paschalis.* (Sancti Vincencii confessoris.)		
6	VIII	idus	»			
7	VII	»	»			
8	VI	»	»	*Ver medium.*		
9	V	»	»			
10	IIII	»	»			
11	III	»	»			
12	II	»	»			
13		»	»			
14	XVIII	kal.	maii	Tyburtii, Valeriani et Maximi martyrum.	IX l.	
15	XVII	»	»	*Clavis rogationum.*		
16	XVI	»	»			
17	XV	»	»	Sancti Aniceti pape et martyris. (Sol in tauro.)	IX l.	
18	XIIII	»	»	*Ultimus terminus Pasche.*		
19	XIII	»	»			
20	XII	»	»			
21	XI	»	»	Obitus fratris Dominici ministri provincie.[1]		
22	X	»	»	Sancti Sotheris pape et martyris. Gaii pape et martyris.	IX l.	
23	VIIII	»	»	Sancti Georgii martyris.	IX l.	
24	VIII	»	»	*Egressio Nohe de archa*[2].		
25	VII	»	»	Sancti Marchi Evangeliste et letanie maiores.	IX l.	Duplex m.[3]
26	VI	»	»	Sancti Cleti pape et martyris, Marcellini pape et martyris.	IX l.	
27	V	»	»			
28	IIII	»	»	Sancti Vitalis martyris.	IX l.	

[1] Videtur hic forsan agi de Fratre Dominico de Barta vel de Barca, qui an. 1339 electus erat in Ministrum Provincialem Provinciae, quem auctor *Chronicae 24 Generalium O. F. M.*, et ipse Provinciae Provinciae, refert obiisse anno 1343, Montispessulani « rediens de Curia » scil. Papae Avinione, sed « in mense septembris ». Cf. *Chron. 24 Gen.*, AF III, 1897, 505, 537; cf. de eo etiam Wadding, *Annales Ordinis Minorum*, ad an. 1343 n. 35; Idem, *Scriptores Ordinis Minorum*, Romae 1650, 103; ibid.^{2} 1806, 70; ibid.^{3} 1906, 72; Sbaralea, *Supplementum ad Scriptores O. M.*, Romae 1806, 221; Ibid. I^2, 1908, 235; Cf. AFH III, 1909, 298. — Nota vero Necrologii antiquior videtur esse anno 1343.

[2] Item mos antiquus (28 april.).

[3] Officii gradus indicatur littera m, cum superposita littera a (maius) vel i (minus), quae vero quandoque non iam apparet. Ubi igitur abbreviatio non est soluta, littera superscripta ambigua est.

29	III	kal.	maii	(Sancti Petri martyris de ordine Predicatorum.) *Claves Pentecosten.*	
30	II	»	»		

MAIUS.

Tercius occidit
Et septimus ora relidit

Maius habet dies XXXI. Luna XXX,

1		Kal.	maii	Apostolorum Philippi et Iacobi.	IX l. Duplex minus.
2	VI	nonas			
3	V	»	»	Invencio Sancte Crucis et Sancti Alexandri, Eventii et Theodori et Iuvenalis martyrum.	(IX l.) Semiduplex.
4	IIII	»	»		
5	III	»	»		
6	II	»	»	Sancti Iohannis (Apostoli) ante portam latinam.	IX l. Duplex.
7		»	»		
8	VIII	idus	»	Apparicio Sancti Michaelis.	IX l. (Semiduplex.)
9	VII	»	»		
10	VI	»	»	Sanctorum martyrum Gordiani et Epimachi.	IX l.
11	V	»	»		
12	IIII	»	»	Sanctorum Nerei, Achillei et Pancratii martyrum.	IX l.
13	III	»	»		
14	II	»	»	Sancti Bonifatii martyris.	IX l.
15		»	»	*Descensio Spiritus Sancti super Apostolos.*	
16	XVII	kal.	iunii		
17	XVI	»	»		
18	XV	»	»	(Sol in geminis.)	
19	XIIII	»	»	Sancte Potenciane virginis.	IX l.
20	XIII	»	»	(Sancti Baudilii martyris. Sancti Bernardini confessoris de ordine Minorum.)	
21	XII	»	»		
22	XI	»	»		
23	X	»	»	*Estas oritur.*	
24	VIIII	»	»	Obitus domini Alexandri pape IIII. [1]	IX l.
25	VIII	»	»	Translatio Beati Francisci et Sancti Urbani pape et martyris.	IX l. Duplex maius.
26	VII	»	»	Sancti Eleuterii pape et martyris.	IX l.
27	VI	»	»	Sancti Iohannis pape et martyris.	(IX l.)

[1] Obiit 25 maii 1261. Memoria haec videtur esse praescripta a Capitulo Gli (Pisano) anni 1272; cf. ALKG VI, 41. Praescribitur etiam v. gr. a Constitutionibus Farinerianis; *Chronol.*, I, 85.

28	V	kal.	iunii		
29	IIII	»	»		
30	III	»	»	Sancti Felicis pape et martyris.	IX l.
31	II	»	»	Sancte Petronille virginis.	IX l.

IUNIUS.

Denus pallescit
Quindenus phedera nescit

Iunius habet dies XXX. Luna XX(I)X.

1		Kal.	iunii		
2	IIII	nonas	»	Sanctorum Marcellini et Petri et Herasmi (martyrum).	IX l.
3	III	»	»		
4	II	»	»		
5		»	»		
6	VIII	idus	»	*Ultimus terminus Penthecosten.*	
7	VII	»	»		
8	VI	»	»		
9	V	»	»	Sanctorum martyrum Primi et Feliciani.	IX l.
10	IIII	»	»		
11	III	»	»	Sancti Barnabe apostoli.	IX l. Duplex minus.
12	II	»	»	Sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii (martyrum).	(IX l.)
13		»	»	*Sancti Antonii confessoris de ordine Fratrum Minorum.*	IX l. Duplex maius.
14	XVIII	kal.	iulii		
15	XVII	»	»	Sanctorum Viti et Modesti atque Crescentie martyrum.	IX l.
16	XVI	»	»		
17	XV	»	»	*Hic incipiunt dies minuere.* (Sol in cranco.)	
18	XIIII	»	»	Sanctorum Marci et Marcelliani martyrum.	(IX l.)
19	XIII	»	»	Sanctorum Gervasii et Protasii martyrum.	(IX l.)
20	XII	»	»	Silveri[i] pape et martyris.	IX l. Semiduplex.
21	XI	»	»		
22	X	»	»	Sancti Paulini episcopi et confessoris.	(IX l.)
23	VIIII	»	»	Vigilia.	
24	VIII	»	»	Nativitas Sancti Iohannis Baptiste.	IX l. Duplex maius.
25	VII	»	»		
26	VI	»	»	Sanctorum Iohannis et Pauli martyrum.	IX l.
27	V	»	»		
28	IIII	»	»	Sancti Leonis pape et confessoris, et vigilia Apostolorum Petri et Pauli.	IX l.
29	III	»	»	Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.	IX l. Duplex maius.
30	II	»	»	Commemoratio Sancti Pauli.	IX l. Duplex minus.

IULIUS.

Tredecimus mactat
Iulii denus labefactat

Iulius habet dies XXXI. Luna XXX.

1	Kal.	iulii	Octabe Sancti Iohannis Baptiste.	IX l.	Semiduplex.
2	VI nonas	»	Sanctorum Processi et Martiniani martyrum.	IX l.	
3	V »	»			
4	IIII »	»			
5	III »	»			
6	II »	»	Octabe Apostolorum Petri et Pauli.		Duplex minus.
7	»	»			
8	VIII idus	»			
9	VII »	»			
10	VI »	»	Sanctorum Septem fratrum et Sanctarum Rufine et Secunde virginum.	IX l.	
11	V »	»	Sancti Pii pape et martyris.	IX l.	
12	IIII »	»	Sanctorum Naboris et Felicis martyrum.	IX l.	
13	III »	»	Sancti Anacleti pape et martyris.	IX l.	
14	II »	»			
15	»	»	Sanctorum Quirici et Iulite martyrum.	IX l.	
16	XVII kal. augusti				
17	XVI »	»	Sancti Alexii confessoris.	IX l.	
18	XV »	»	Sancte Simphorose cum septem filiis suis martyrum.	IX l.	
19	XIIII »	»			
20	XIII »	»	Sancte Margarite virginis et martyris.	IX l.	
21	XII »	»	Sancte Praxedis virginis. Generale officium pro defunctis (fratribus et benefactoribus[1]).		
22	XI »	»	Sancte Marie Magdalene.	IX l.	Semiduplex.
23	X »	»	Sancti Appollinaris episcopi et martyris.	IX l.	
24	IX »	»	Sancte Christine virginis (et martyris). Vigilia.	IX l.	
25	VIII »	»	Sancti Iacobi Apostoli et Sancti Christofori martyris.	IX l.	Duplex m.
26	VII »	»	Sancti Pastoris presbiteri et confessoris.	IX l.	
27	VI »	»	Sancti Panthaleonis martyris.	IX l.	
28	V »	»	Sanctorum martyrum Nazarii et Celsi, Victoris pape et martyris, Innocentii pape et martyris.		
29	IIII »	»	Sancti Felicis pape et martyris, et Simplicii Faustini et Beatricis, Sancte Marthe.		
30	III »	»	Sanctorum Abdon et Sennen.	IX l.	
31	II »	»			

[1] Cf. pag. 9, not. 3, quia a capitulis ibi citatis praescribebatur hoc Officium.

AUGUSTUS.

Prima necat fortem
Perditque secunda cohortem

Augustus habet dies XXXI. Luna XXIX.

1		Kal.	augusti	Vincula Sancti Petri, et Sanctorum Machabeorum martyrum.	IX l. Duplex minus.
2	IIII	nonas	»	Sancti Stephani pape et martyris.	IX l.
3	III	»	»	Invencio Sancti Stephani prothomartyris.	IX l.
4	II	»	»	Iustini presbiteri et martyris.	IX l.
5		»	»	Sancti Dominici confessoris de ordine Fratrum Predicatorum [1].	IX l. Duplex m.
6	VIII	idus	»	Sancti Sixti pape et martyris, et Sancti Felicissimi et Agapiti martyris.	IX l.
7	VII	»	»	Sancti Donati episcopi et martyris.	IX l.
8	VI	»	.»	Sanctorum Cyriaci Largi et Smaragdi martyrum.	IX l.
9	V	»	»	Sancti Romani martyris. Vigilia.	III l.
10	IIII	»	»	Sancti Laurentii martyris.	IX l. Duplex maius.
11	III	»	»	Sanctorum Tyburcii et Susanne virginis et martyris.	IX l.
12	II	»	»	Sancte Clare virginis et matris (pauperum dominarum).	(Duplex officium).
13		»	»	Sancti Ypoliti et sociorum eius martyrum.	IX l.
14	XVIIII	kal.	sept.	Sancti Eusebii presbiteri. Vigilia.	IX l.
15	XVIII	»	»	Assumptio Beatissime Virginis Marie.	Duplex maius.
16	XVII	»	»		
17	XVI	»	»	Octabe Sancti Laurentii.	IX l. Semiduplex.
18	XV	»	»	Sancti Agapiti martyris: (Sol in virgine.)	IX l.
19	XIIII	»	»	(Sancti Ludovici episcopi et confessoris de ordine Fratrum Minorum).	Duplex m.
20	XIII	»	»	Sancti Bernardi abbatis.	IX l.
21	XII	»	»	(Sancti Privati episcopi et martyris. Sed istud transfertur.)	
22	XI	»	»	Octabe Sancte Marie. Item Sanctorum Thimothei, Ypoliti et Symphoriani.	Duplex minus.
23	X	»	»	Obitus domini Gregorii pape, pro cuius anima fiat officium [2].	
24	IX	»	»	(Sancti Bartho[lo]mei apostoli.)	Duplex
25	VIII	»	»	(Sancti Lodovici regis Francorum.)	IX l.
26	VII	»	»	Sancti Zepherini pape et martyris.	IX l.
27	VI	»	»		

[1] *In margine:* Festum nivis.

[2] Praescripta fuit haec memoria a Constit. Narbonensibus an. 1260, S. Bonav., *Opera,* VIII, 464, et a Farinerianis, *Chronolog.,* I, 85.

28	V kal. sept.	Sancti Augustini episcopi et confessoris et Sancti Hermetis martyris.	IX l.	
29	IIII » »	Decollatio Sancti Iohannis Baptiste, et Sancte Sabine virginis et martyris.	IX l.	
30	III » »	Sanctorum Felicis et Audacti.	IX l.	
31	II » »			

(Dominica immediate sequenti post octabas Assumptionis Beate Marie fiat festum consecrationis ecclesie conventus Mimatensis.)

SEPTEMBER.

Tercia Septembris
Et denus fert mala membris.

(September habet dies XXX. Luna XXX).

1	Kal. septembris	Sanctorum XII fratrum et Sancti Egidii abbatis (et confessoris).	IX l.	
2	IIII nonas »	Sancti Antonini martyris.		
3	III » »			
4	II » »			
5	» »			
6	VIII idus »			
7	VII » »			
8	VI » »	Nativitas Sancte Marie Virginis, et Sancti Adriani martyris.	IX l.	Duplex maius.
9	V » »	Sancti Gorgonii martyris.	IX l.	
10	IIII » »			
11	III » »	Sanctorum martyrum Proti et Iacincti. *Dies caniculares finiuntur.*		
12	II » »			
13	» »			
14	XVIII kal. octobris	Exaltatio Sancte Crucis et Sanctorum Corneli et Cypriani martyrum.	Semiduplex.	
15	XVII » »	Sancti Nichomedis martyris. Octabe Sancte Marie.	IX l.	(Semiduplex.)
16	XVI » »	Sanctarum Eufemie Lucie et Geminiani martyrum. (De stigmatibus sanctissimi confessoris Beati Francisci.)	IX l.	
17	XV » »			
18	XIIII » »			
19	XIII » »	*Equinoctium autumpnale.*		
20	XII » »	Sanctorum Eustachii et sociorum eius martyrum. Vigilia.	IX l.	
21	XI » »	Sancti Mathei Apostoli et Evangeliste.	IX l.	
22	X » »	Sancti Mauricii cum sociis suis martyrum.	IX l.	

23	VIIII kal. octobris	Sancti Lini pape et martyris.	IX l.	
24	VIII » »	*Mutantur indictiones* [1].		
25	VII » »			
26	VI » »	Sancti Cypriani episcopi et martyris, et Iustine virginis et martyris.	IX l.	
27	V » »	Sanctorum martyrum Cosme et Damiani.	IX l.	
28	IIII » »	Generale officium pro defunctis (fratribus et benefactoribus). [2]		
29	III » »	Dedicacio basilice Sancti Michaelis.	IX l.	
30	II » »	Sancti Ieronimi presbyteri et confessoris.	IX l.	

OCTOBER.

Tercius et denus
Sicut mors est alienus

October habet dies XXXI. Luna XXIX.

1	Kal. octobris	Sancti Remigii episcopi et confessoris.	IX l.	
2	VI nonas »			
3	V » »	Vigilia.		
4	IIII » »	Sancti Francisci patris ordinis Fratrum Minorum.	IX l.	Duplex maius.
5	III » »			
6	II » »			
7	» »	Sancti Marci pape et confessoris et Sancti Sergii et Bachi, Marcelli et Apulei martyrum.		
8	VIII idus »			
9	VII » »	Sanctorum Dyonisii Rustici et Euleuterii martyrum.	IX l.	
10	VI » »	Sancti Cerbonii episcopi et confessoris.	IX l.	
11	V » »	Octabe Beati Francisci.	IX l.	Duplex minus.
12	IIII » »			
13	III » »			
14	II » »	Sancti Calixti pape et martyris.	IX l.	
15	» »			
16	XVII kal. novembr.			
17	XVI » »			
18	XV » »	Sancti Luce evangeliste. (Sol in scorpione.)	IX l.	Duplex minus.
19	XIIII » »			
20	XIII » »			
21	XII » »	Sancti Hylarionis abbatis.	IX l.	
22	XI » »			
23	X » »			
24	VIIII » »			
25	VIII » »	Sanctorum Grisanti et Darie martyrum.	IX l.	

[1] Id est Indictiones Bedanae seu Caesareae.

[2] Cf. p. 9, nota 3, et Capitula Glia ibi citata.

26	VII kal. novembr.	Sancti Evaristi pape et martyris.	IX l.
27	VI » »	Vigilia.	
28	V » »	Sanctorum Apostolorum Symonis et Iude.	IX l. Duplex minus.
29	IIII » »		
30	III » »		
31	II » »	Vigilia Omnium Sanctorum.	

NOVEMBER.

Scorpius est quintus
Et tercius est nece cinctus.

November habet dies XXX. Luna XXIX.

1	Kal. novembris	Festivitas Omnium Sanctorum et Sancti Cesarii martyris.	IX l. Duplex maius.
2	IIII nonas »		
3	III » »		
4	II » »	Sanctorum martyrum Vitalis et Agricole.	IX l.
5	» »		
6	VIII idus »	Sancti Leonardi confessoris. *Inicium yemis.*	(IX l.)
7	VII » »		
8	VI » »	Sanctorum IIII^{or} coronatorum martyrum. (Translatio Beati Ludovici.)	IX l.
9	V » »	(Dedicatio basilice Salvatoris. Item Sancti Theodori martyris.)	IX l. Duplex maius.
10	IIII » »	Sanctorum Triphonis et Respicii martyrum et Nimphe virginis.	IX l.
11	III » »	Sancti Martini episcopi et confessoris, et Sancti Menne martyris.	IX l. (Semiduplex).
12	II » »	Sancti Martini pape et martyris.	IX l.
13	» »	Sancti Bricii episcopi et confessoris.	IX l.
14	XVIII kal. decembr.		
15	XVII » »		
16	XVI » »		
17	XV » »	(Sol in sagittario.)	
18	XIIII » »	(Dedicatio basilice Apostolorum Petri et Pauli, sed istud transfertur.)	
19	XIII » »	(Sancte Helizabeth. Item Sancti Pontiani pape et martyris).	IX l. (Semiduplex.)
20	XII » »		
21	XI » »		
22	X » »	Sancte Cecilie virginis et martyris.	IX l. Semiduplex.
23	VIIII » »	Sancti Clementis pape et martyris et Sancte Felicitatis.	IX l.
24	VIII » »	Sancti Grisogoni martyris, *Yemps oritur.*	IX l.
25	VII » »	Sancte Katherine virginis et martyris.	IX l. Semiduplex.
26	VI » »	Sancti Petri Alexandrini episcopi et martyris.	IX l.

27	V	kal.	decembr.		
28	IIII	»	»	(Officium fiat pro patribus et matribus defunctis omnium fratrum ultimo die feriali in ebdomada ante adventum.) [1]	
29	III	»	»	Sancti Saturnini martyris. Vigilia. (Anniversarium Stephani Odilonis de Chabrit.)	III l.
30	II	»	»	Sancti Andree Apostoli.	IX l. Duplex minus.

DECEMBER.

Septimus exanguis
Virosus denus ut anguis.

December habet dies XXXI. Luna XXIX.

1		Kal.	decembris		
2	IIII	nonas	»	Sancte Bibiane virginis (et martyris.)	III l.
3	III	»	»		
4	II	»	»	Sancte Barbare virginis.	IX l.
5		»	»	Sancti Sabe confessoris et abbatis.	IX l.
6	VIII	idus	»	Sancti Nicholai episcopi et confessoris.	IX l. Semiduplex.
7	VII	»	»	Sancti Ambrosii episcopi et confessoris.	IX l. (Duplex minus)
8	VI	»	»	(Conceptio Beate Virginis.)	Duplex maius.
9	V	»	»		
10	IIII	»	»	Sancti Melchiadis pape et martyris.	IX l.
11	III	»	»	Sancti Damasi pape et confessoris.	IX l.
12	II	»	»		
13		»	»	Sancte Lucie virginis et martyris.	IX l. Semiduplex.
14	XVIIII	kal.	ianuarii		
15	XVIII	»	»		
16	XVII	»	»	O Sapientia [2].	
17	XVI	»	»		
18	XV	»	»		
19	XIIII	»	»		
20	XIII	»	»	Vigilia.	
21	XII	»	»	Sancti Thome Apostoli.	IX l. Duplex minus.
22	XI	»	»		
23	X	»	»		
24	VIIII	»	»	Vigilia.	III l.
25	VIII	»	»	Nativitas Domini nostri Ihesu Christi, et Sancte Anastasie virginis.	Dicitur officium.(IX l.)
26	VII	»	»	Sancti Stephani protomartyris.	Dicitur officium.(IX l.)
27	VI	»	»	Sancti Iohannis Apostoli et Evangeliste.	Dicitur officium.(IX l.)
28	V	»	»	Sanctorum Innocentum.	IX l. Semiduplex.
29	IIII	»	»	Sancti Thome episcopi et martyris Cantuariensis.	IX l.
30	III	»	»		
31	II	»	»	Sancti Silvestri pape et confessoris.	(IX l.)

[1] Cf. p. 9, notam, 3, et Capitula Glia ibi citata.

[2] Id est prima Antiphonarum Maiorum dicendarum usque ad 23 Dec.

INDEX FESTIVITATUM CALENDARII [1]

[1] Festivitates Domini Nostri I. C. et Beatae M. Virginis ut communes praetermittuntur. Nomina vero secundum rectam scribendi formam ordinavimus. Sanctos autem qui simul laudantur, ut sunt Sergius et Bacchus, Rufina et Secunda etc., sub primo quoque nomine inscriptos satis habuimus.

NECROLOGIUM.

IANUARIUS.

[1]. [1] Kal. Obitus reverendi admodum patris magistri Bonaventurae Enjoluy, ex provincia, integritate vitae, regularis observantia disciplinae, doctrina sua et charitate in proximum conspicui, huius conventus filii et guardiani ac decoris, quamdiu vixit, perpetui et amoris. Obiit die 30 decembris, anno 1715. — Obitus P. Privati de Stabulis.

[2]. IIII nonas. Obitus Berengarii de Manso et Ysabellis, uxoris sue, et suorum. V. flor.

[3]. III nonas. Obitus domini Guillelmi Lymosas, presbyteri.

[4]. II nonas. Obitus venerabilis et nobilis domini Raymundi de Lescura, militis, preceptoris de Vado-Francisco Sancti Iohannis Ierosolimitani.

[5]. Nonis. Obiit nobilis baro dominus Guillelmus de Castro Novo in Sancto Remigio et fecit se aportari ad conventum Mimatis ubi sepultus fuit, scilicet in ecclesia, V° ydus ianuarii, anno Domini, M°. CCC°. XX°. Magnus zelator Ordinis fuit, quinquaginta libras legavit conventui. Orent fratres Dominum pro eo, quia multum tenentur.

[6]. VIII idus. Obitus domine Vilatone matris fratris G. Vilatonis.

[7]. VII idus. Obitus magistri Arnaldi Vallete. — Obitus Iohannis Praderii parrochie de Arzenco.

[9]. V idus. Obitus Alasasie Vallete, matris fr. Geraldi et G. [2] Vallete.

[10]. IIII idus. Obitus fr. Guillelmi Vallete.

[12]. II idus. Obitus magistri Arnaldi Vallete.

[13]. Idibus. Obitus Poncii Vianes et uxoris sue et omnium parentum suorum. — Die decima tertia, obiit reverendus pater fr. Leo Bonnefoy, sacrae theologiae licenciatus, huiusce conventus Fratrum Minorum Conventualium filius, et loci d' Esclanadez in eadem dioecesi nativus, qui multoties in provincia sua Sancti Rochi guardianatus, definitoris et procuratoris munere laudabiliter et perutiliter functus fuerat et praecipue in conventu nostro Uticensi, ubi plura in rerum conventus ab haereticis alienatarum recuperationem, sua opera et studio, in Parlamento Tholozano acquisivit, quibus in praesentium gaudet ipsemet conventus. Cuius anima in pace quiescat aeterna [XVII° saeculo].

[15]. XVIII kal. Obitus domini Deodati de Cha[na]cho, sacerdotis.

[16]. XVII kal. Obitus St[ephani] Osilon et Alays, uxoris sue et parentum suorum, pro quibus habuit conventus sex sestarios seliginis.

[17]. XVI kal. Obitus domini Duranti [3] Bercini, sacerdotis. — Item, obitus domini Stephani Vilatonis, burgensis de Mimate, qui legavit conventui XV libras vel XV solidos annuatim.

---

[1] In marginibus editionis pro lectorum commodo numeros dierum modo nostro ipsi adiunximus. — [2] Supple *Guillelmi*, ut constat ex eadem mentione in margine Martyrologii inserta. — [3] Praenomen traditur in mentione Martyrologii.

[19]. XIV kal. Obitus Regort de Chanacho et aliorum.

[21]. XII kal. Obitus Agnetis Runelle et aliorum. — Item, obiit fr. P. Vernerie, qui fuit lector et gardianus diversis annis.

[22]. XI kal. Eodem die obitus Raymunde Espinosela, que legavit conventui C solidos.

[23]. X kal. Obiit fr. Petrus Angelardi, predicator generalis et confessor, qui multis annis in conventu fideliter et utiliter laboravit, anno Domini M°.CCC°. XXII°.

[25]. VIII kal. Obitus domine Alazacie de Brezicio, que legavit conventui XX libras.

[26]. VII kal. Obitus domine Bompare, consortis domini Stephani Atgerii, militis, que legavit conventui X libras et ante mortem assumpsit habitum Sancte Clare.

[29]. IV kal. Obitus domini Roberti de Fara [1], militis, et omnium parentum suorum. — Obitus venerabilis patris domini Odilonis de Mercorio, quondam episcopi Mimatensis.

[30]. III kal. Obitus Iohannis Pasa Bosco et animabus [*sic*] parentum suorum.

FEBROARIUS.

[1]. kal. Obitus Catarine Amade, uxoris [2] Iohannis Pasa Bosco, et animabus [*sic*] parentum suorum.

[2]. IIII nonas. Ista die tenentur fratres celebrare pro domino Bertrando de Tremoleto [3], parrochie de Auroso, donec constet de die obitus sui, quia dedit conventui XXX [4] libras turonensium, X pro clausura monasterii et X pro opere dormitorii et X pro aliis necessitatibus conventus.

[3]. III nonas. Obitus domini Iacobi Bathonis de Lengonia.

[4]. II nonas. Obitus Berengarii de Manso et Ysabellis uxoris sue.

[5]. Nonas. Obitus Chapusa [5].

[6]. VIII idus. Obitus Bonsoti. — Item, obiit fr. Bernardus Palleti, qui fuit gardianus et lector.

[7]. VII idus februarii, sabato videlicet ante dominicam septuagesimae anni Domini M.D.CLIII, obdormivit in Domino cum magno sanctitatis odore incredibilique civium Mimatensium applausu et approbatione, reverendus admodum pater magister fr. Bonaventura Grimaldy, Mimati honesto genere ortus et virtutum nobilitate commendatissimus, qui diu in hocce conventu guardiani munere perutiliter functus est et quondam huius provinciae moderamen summa cum laude subiit ac omnium edificatione; item qui fuit praedicator celebe[r]rimus, non solum verbis, sed et exemplo, utpote qui charitatis zelo, modestiae lege, animi sumissione, ieiuniorum observatione singulis sabatis in honorem Beatae Virginis et aliorum Sanctorum vigiliis, imo et orationis assiduitate, exacta silentii custodia [6], eximius fuit; tandem, non tam plenus annis quam moribus, multis exantlatis [7] laboribus, tum in restauratione huiusce conventus, in qua non parum profecit, cum in salute hominum procuranda religionisque nostrae primaevo splendore incessanter exquirendo, vitam cum morte mutavit aeternitati donandam, ut satius credere est; bona terrae ab eo huic domui prestita ab omnibus religiosis preces exoptant et orationes.

---

[1] La Fara, *ex martyrologio*. — [2] Cod. *uxorem*. — [3] Sacerdotis, *ex martyrologio*. — [4] XX *ex martyrologio*. — [5] Chapuse *ex martyrologio*. — [6] Cod. *custidia*. — [7] Cod. *exhanlatis*.

[8]. VI idus. Obiit fr. Iohannes Blanci, sacerdos et confessor generalis, anno Domini M°. CCC°. VII°.

[10]. IV idus. Obiit fr. P. de La Prada, predicator generalis et confessor, qui diu in conventu isto fidelissime laboravit, anno Domini M°. CCC°. XXII°.

[12]. II idus. Obitus Berengarii de Manso et Ysabellis, uxoris sue. V flor.

[13]. Idus. Obitus Clare Tastavine, uxoris magistri Petri de Aureliaco, doctoris, pro cuius anima fuerunt dati conventui C solidi.

[14]. XVI kal. martii. Obitus Guillelmi Turenonii. — Item, obitus Hugonis Fabri de Floriaco, pro quo conventus habuit X libras.

[15]. XV kal. Obitus Berengari de Manso et Ysabellis uxoris sue. V flor.

[16]. XIV kal. Obitus P. Vallete.

[22]. VIII kal. Obitus Iohannis Manani et omnium parentum suorum.

[24]. VI kal. Obitus Gaucelmi Peloza.

[25]. V kal. Obitus Bertrandi Valentini et Vitalis Valentini.

MARTIUS.

[1]. Kal. Eodem die, anniversarium domini Nycholay Alamandi, a quo conventus habuit X libras.

[2]. VI nonas. Obitus Berengarii de Manso et Ysabellis uxoris sue. V flor.

[3]. V nonas. Eodem, obitus domini Thome Barberii, qui legavit conventui IX libras.

[4]. IIII nonas. Eodem die, obitus magistri Iohannis Vitalis, qui accepit habitum S. Franci[s]ci et legavit conventui centum libras turonensium.

[5]. III nonas. Obitus Guillelmi Bodonis. — Obitus Gilie, uxoris [1] quondam... Alamandi, qui dedit in vita sua pro illo obitu... [2] quinque florinos.

[7]. Nonas. Obitus domine Aldete Canonice, que anno Domini M°. CCC°. XXVI°. fuit sepulta in claustro fratrum, quibus fuerat multum devota; pro cuius anima honeste religiose filie sue, videlicet domina Agnes Vierna et Catherina de ordine Sancti Iohannis Ierosolimitani, assignaverunt conventui XX solidos annuatim, vel XX libras semel, de quibus debet satisfacere magister Iohannes Salvanhac.

[8]. VIII idus. Obitus venerabilis viri domini Fredoli, sacriste et canonici Mimatensis.

[9]. VII idus. Obitus Saure Colonhe, de civitate Mimatensi, que legavit conventui C solidos.

[10]. VI idus. Obitus Nicholie de Manso. Fratres tenentur ista die orare Deum pro ipsa et pro parentibus suis ratione bone halimosine (!) quam fecit conventui.

[12]. IIII idus. Obitus Raymundi Sarraceni de Luco. — Obitus Domini Iohannis Motas, sacerdotis,

[13]. III idus. Obitus domini Petri Chausse, presbiteri, qui dedit Magnum Decretum.

[14]. II idus. Obitus domini Pontii Barrerie. Istum obitum cum septem sequentibus, incluso obitu situato die Sancti Clementis, fundavit venerabilis dominus dominus Bartholomeus Barrerie, frater domini Pontii, officialis Mimatensis, anno Domini M°. CCC°. LXXXII° et die XXI octobris, et dedit conventui XX francos.

[15]. Idus. Obitus domini Pontii Barrerie.

[16]. XVII. kal. aprilis. Obitus Geraldi Amblardi, civis Mimatensis.

[17]. XVI kal. Obitus domini Pontii Barrerie.

[1] Cod. *uxorem*. — [2] In manuscripto sunt duo vacua spatia.

[18]. XV kal. Obitus domini Pontii Barrerie.
[19]. XIV kal. Obitus domini Pontii Barriere.
[20]. XIII kal. Obitus domini Pontii Barrerie.
[21]. XII kal. Obitus Martini Baldui, parrochie Sancti Baudilii, qui legavit conventui XV libras semel.
[22]. XI kal. Obitus domini Pontii Barrerie.
[23]. X kal. Obitus fr. S. Chathalani, magne sanctitatis viri, et cui multum conventus est obligatus, predicator et confessor et gardianus.
[25]. VIII kal. Obitus Philipe Rocherie, de perochia Rivitorti, que dedit conventui VI libras pro se et pro parentibus suis [1].

— — — — — — — — — — — —

APRILIS.

— — — — — — — — — — — —

[23]. IX kal. maii. Obitus Guillelmi Tastavini antiquioris.
[24]. VIII kal. Obitus Aybeline Pelliparie.
[25]. VII kal. Obitus Vitalis Angelardi, patris fr. P. Angelardi, et omnium parentum suorum.
[29]. III kal. Obitus Guidone Iuliane.
[30]. II kal. Eodem die, obitus Saure Rocheyre, de Freevilar, de perrochia de Stabulis, et parentum suorum.

MADIUS.

[1]. kal. Obitus Guillelmi Veteri et parentum suorum. — Item, obitus. Domina Gensiana Vasseta, que dedit conventui V florinos, anno Domini M. CCC. LXXV.
[3]. V non. Obitus Tonelle et omnium parentum suorum. — Item, obitus Privati Portanerii Donati, pro ea anima conventus habuit X florinos, anno Domini M.CCC.LXXV.
[9]. VII idus. Obitus nobilis dominae Mariae Iohannae de Alterio de Borña, relictae nobilis Melchioris de Roux, domini de Pomayrols, cuius vestes plures pretiosae concessae sunt huic conventui in donum, pro quibus fratres se obligaverunt ad unum cantare pro eius anima et omnium parentum et proavorum suorum dictae gentis d'Altier, die proxima non impedita festo duplici. Obiit anno 1715.
[14]. II idus. Obitus fratris P. Giraldi, qui fuit lector, gardianus et custos.
[16]. XVII kal. iunii. Ista die obiit reverendus pater fr. Guillelmus Rixendis, qui fuit gardianus Montispessulani et custos Alesti et obiit anno Domini M°. CCC°. LV°.
[17]. XVI kal. Obitus domini Stephani Atgerii, militis, qui legavit conventui X libras.
[18]. XV kal. Ista die obiit Guillelmus Vilatonis [2] qui legavit conventui X solidos annuatim, anno Domini M°. CCC°. XXX°.
[21]. XII kal. Obitus domini Petri Chausse, presbiteri, qui dedit Magnum Decretum.
[22]. XI kal. Obitus Guillelmi Amblardi iunioris qui dedit conventui XX libras.
[31]. II kal. Obitus Duranti Revisdat.

---

[1] Hic desunt duo folia in codice. — [2] Civis mimatensis; *ex martyrologio.*

IUNIUS.

[1]. Kal. Obitus. Iohanna Eyralda de Alteyraco que dedit V florinos, anno Domini M°. CCC°. LXXV°.

[2]. IIII nonas. Obitus R. Ebrardi, parrochie de Cultura.

[3]. III nonas. In festo corporis Christi semper obitus domini G. Tastavi iunioris celebretur in conventu pro anima eius et parentum suorum.

[4]. II nonas. Obitus animarum Purgatorii loci de Floriaco, pro quibus conventus recepit XV florinos pro duobus obitibus in anno faciendis, quos solvit Iohannes Paris, mercator eiusdem loci, anno Domini M. CCC. LXXI.

[6]. VIII idus. Obitus Agnetis, uxoris Guidonis Gras.

[7]. VII idus. Private, uxoris quondam Iohannis de Alesto. X flor.

[9]. V idus. Obitus nobilis viri domini Garini de Apcherio.

[11]. III idus. Obitus magistri Guillelmi Tonduti de Saliens, pro quo habuit conventus XV libras turonensium et tenetur conventus celebrare pro anima eius et omnium parentum suorum illo die.

[12]. II idus. Ista die, anno Domini millesimo CCC°. XXIX°, obiit in Montepessulano fr. Giraldus Vallete, qui fuit minister provincie, a quo conventus habuit plures libros.

[13]. Idus. Obitus venerabilis fr. Pontii de Apcherio [1].

[17]. XV kal. iulii. Obitus Guillerme, uxoris [2] Iohannis Pascalis de Chantorgatas.

[18]. XIV kal. Obitus Aldeta Beura et Astorgie, filie sue, pro quo habuit conventus XL florinos, anno Domini M°. CCC°. XLVIII°, tempore mortalitatis.

[19]. XIII kal. Eodem die, obitus Petri Boscheti, de Mimate.

[20]. XII kal. Iohanni de Fonte et parentum suorum.

[22]. X kal. Item, obitus domini Vitalis Rocherii.

[23]. IX kal. Item, obitus Agnetis, filie Agnetis Rebola. — Item, obitus domini Bernardi Bruni.

[24]. VIII kal. Obitus domine Alazassie Graverie, filie domini Guidonis Mores. — Obitus Agnetis Iauceline, parrochie Petrefixe, et Petri Sabbaterii, filii sui, et omnium aliorum, pro quibus intendit duos francos, anno Domini M°. IIII^{c}. LV° et die XXIIII^{ta} iunii.

[30]. II kal. Obitus Agnetis, uxoris Iacobi de Ulmo.

IULIUS.

[1]. Kal. Obitus magistri Iohannis de Cavilla, oriundi de Chanaco, qui legavit conventui XX libras turonensium. — Item, eodem die, obitus magistri Vitalis de Crozo de Toracio oriundi [3].

— — — — — — — — — — — —

[22]. XI kal. augusti. Obitus.... Ada.... Spinel.... conventui.... s.... de parrochia de la Panosa [4].

[1] Eodem die, anno Domini M°. CCC°. IX° obiit Andusie venerabilis fr. Pontius de Apcherio bone memorie, cuius anima in pace per Dei misericordiam requiescat; *ex martyrologio.* — [2] Cod. *uxore.* — [3] Hic deficit unum folium. — [4] Haec mentio abrasa est. Attamen nonnullae litterae arte chimica intelligi potuerunt.

[24]. IX kal. Obitus Iuliani Alegre, de parrochia Rivi Torti, et uxoris sue et parentum suorum.

[25]. VIII kal. Obitus fratris Privati Seguini, theologie sacre lectoris ac gardiani istius loci, magneque sanctitatis viri. — Item obitus Guillelmi Odilonis de Chabrit, parrochie Sancti Gervasii de Mimate.

[26]. VII kal. Obitus Ioannis Borrelli, de Chabrit, et omnium parentum suorum.

[28]. V kal. Obitus domini Guidonis Morres et parentum suorum, qui fuit Ordinis procurator.

[30]. III kal. Obitus Vitalis Bonbar, de Marologio, qui legavit isti conventui X libras.

[31]. II kal. Obitus Agnetis, uxoris quondam Iacobi Deuluzo.

AUGUSTUS.

[1]. Kal. Obitus. Reverendus P. Laurentius Leuvraut, huiusce conventus Mimatensis filius, obiit I aug. 1780 [1].

[2]. IIII non. Obitus domini Bermundi Dentil, prioris quondam Sancti Dyonisii, qui dedit in vita sua conventui decem libras turonencium bonorum.

[3]. III non. Obitus P. de Chaline et uxoris sue et omnium suorum vivorum et mortuorum, parrochie de Chaldairaco, qui P. dedit in vita sua C solidos turonensium bonorum, tempore quo dormitorium edifficabatur, anno Domini M°. CCC°. XXI°.

[4]. II non. Obitus Petri Vaironis, de Castro Novello, de parrochia Sancti Gervasii.

[5]. Nonas. Obitus venerabilis patris fr. Bermundi de Andusia, quondam ministri provincie.

[8]. VI idus. Obitus domini Guigonis de Vilareto, militis, pro quo legavit conventui quatuor viginti florinos semel, pro una missa omni die dicenda pro anima sua et omnium parentum suorum.

[9]. V idus. Anno Domini M°. CCC°. LXXIIII° et die IX° mensis augusti, fratres conventus Fratrum Minorum Mimatis concesserunt omnes concorditer ac promiserunt facere celebrari omni die perpetuo unam missam pro venerabili viro Raymundo Malelli, mercatori ville Mimatensis, et pro quibus intendit, pro eo quod dictus Raymundus dedit dicto conventui CCCC^a sestaria de calce · pro opere capituli et aliarum domorum ibi fiendarum, necnon et propter multa alia beneficia dicto conventui ab eo collata et propter multa alia que intendit facere in futurum; vult autem dictus Raymundus quod predicta missa continue celebretur in capella capituli [2], quando fuerit edificata, et quod interim in ecclesia ubi fratres voluerint celebretur.

[11]. III idus. Obitus Bompare, filie quondam domini Stephani Atgerii militis, qui legavit fratribus VIII libras.

[14]. XIX kal. septembris. Obitus Gervasie Tastavine, a quo conventus habuit sex libras bone monete.

[15]. XVIII kal. Eodem die, obitus Astrugie Granate, de Castro Novo, a qua conventus habuit XV libras turonensium.

---

[1] Hic frater sententiam excommunicationis anno 1753 incurrit latam a R. P. Baume, ministro provinciali, quia fratrem guardianum Mimatensem verbis graviter laeserat. Cf. apographum sententiae in *Archives de la Lozère*, H 201. — [2] Cf. p. 11 sub 2 april.

[16]. XVII kal. Obitus Yzabellis, filie quondam Palleti de Castro Novo, pro qua conventus habuit X libras.

[17]. XVI kal. Obitus nobilis viri domini Guigonis de Vilareto, militis, qui legavit conventui pro opere capituli quatuor viginti florinos, cuius anima per Dei misericordiam in pace requiescat. Amen.

[19]. XIIII kal. Anniversarium Raymundi Vallete et uxoris sue Katerine qui edificavit capellam Sancti Ludovici, pro qua L libras dedit.

[21]. XII kal. Obitus domini Guilermi Faussol, sacerdotis Sancte Crucis.

[22]. XI kal. Obitus Ioannis Ravanelli et uxoris sue et parentum eorum. — Obitus domini Iohannis Valduni, presbyteri, qui legavit conventui XXV libras turonensium que fuerunt solute per eius heredes.

[23]. X kal. Obitus Ysabellis Pallete et parentum suorum.

[24]. IX kal. Obitus domini Palleti de Castro Novo et uxoris sue domine Gilie.

[26]. VII kal. Obitus Iohannis Ianuarii, de Villa Nova, parrochie de Frothgeriis, qui legavit conventui VII libras.

[28]. V kal. Guillelmi Salayronis, dedit X florinos.

[29]. IIII kal. Astrugie Alegre.

[30]. III kal. Obitus Gilie Vallete, pro cuius anima habuit notabilem helemosinam conventus.

SEPTEMBER.

[7]. VII idus. Obitus fr. G. Vilatonis, gardiani Mimatensis. — Item, obitus Iohannis Dalmascii, clerici, filii [1] Bernardi de Alto Monte. LXXXIII.

[8]. VI idus. Obitus nobilis domine Miracle de Tornello, pro quo legavit fratribus XX libras.

[11]. III idus. Obitus domini Petri Chausse, presbiteri, et benefactorum suorum, qui dedit Magnum Decretum.

[13]. Idus. Obitus fratris Petri Vallete, predicator et confessor generalis. Fuit gardianus et pater sororum Clarissarum.

[14]. XVIII kal. octobris. Obitus domini Raymundi Sabaterii, de Bondonibus, presbyteri. — Eodem die, obiit reverendus pater fr. Bernardinus Boyer, Agathae, huiusce conventus et urbis Mimatensis filius, qui hic aliquo temporis intervallo, sicut et Gignaci guardiani munere functus est. Doctor egregius necnon concionator celeberrimus. 1653.

[16]. XVI kal. Obitus domini Iohannis Raubilherii, sacerdotis. X flor.

[19]. XIII kal. Obitus Petri Nogerii, semellatoris, a quo conventus habuit IIII florenos.

[20]. XII kal. Obitus venerabilis religiosi fr. Francisci de Castro Novo.

[21]. XI kal. Eodem die, obitus Iohannis Thome de parrochia Balsegie, a quo conventus habuit 4 libras.

[24]. VIII kal. Anno Domini M°. CCC°. LXX et XVIII° die madii, Iohannes Remehil, loci de Roclas, pro obitu suo perpetuo, legavit VII solidos super uno prato suo sito in loco de Roclas; magister B. Massas habet notam et fecit i[n]strumentum

[1] Cod. *filius*.

et si heres non vult solvere, pratum est conventus. Et pro anima Marquessa Rocleyra, uxore sua.

[25]. VII kal. Obitus Agnetis Iohanete et parentum suorum.

[26]. VI kal. Obitus fratris Benedicti Argolosii, qui fuit hic sacrista gratus, anno Domini M°. CCC°. XLIIII°.

[29]. III kal. Anniversarium Beatricis Blancarde, de parrochia de Stabulis.

[30]. II kal. Obitus domini Ugonis de Garda, militis, qui legavit XX libras bone monete conventui.

OCTOBER.

[1]. Kal. Obitus Stephani Ruphi et omnium parentum suorum et Agnetis Aeralde, uxoris Stephani predicti et filie Iohannis Aeraldi.

[2]. VI nonas. Obitus Guilermi Angolardi, a quo conventus habuit X libras.

[3]. V nonas. Obitus fr. Bernardi Ylarii, viri magne sanctitatis ac theologie sacre lectoris.

[4]. IIII nonas. Obitus magistri Laurentii, canonici Mimatensis, a quo conventus habuit multa bona.

[5]. III nonas. Obitus nobilis viri domini Deodati, domini de Canilhaco, qui legavit fratribus X libras.

[6]. II nonas. Obitus Petri de Rausacio, domicelli, qui legavit conventui Mimatis XX solido annuatim vel XX libras semel.

[7]. Nonas. Obitus fratris Raymundi de Caniliaco.

[8]. VIII idus. Obitus domini Privati Tonduti, rectoris ecclesie de Servayrata, qui XV libras conventui legavit.

[9]. VII idus. Anniversarium fr. Bertrandi de Croseto et parentum suorum. — Item obitus Ysabellis, de parrochia Stabulorum, uxoris quondam Raymundi Gausioydi, de parrochia eadem, que dedit conventui IIII libras, anno Domini M°. CCC°. XXXVI°, primo die iulii.

[10]. VI idus. Nicholai de Fonte et filii sui Arnoldi et parentum suorum.

[11]. V idus. Obitus Johannis Bonaldi et uxoris sue, de perochia Rivi Torti.

[12]. III idus. Obitus fr. Petri Augusti, layci, qui fuit procurator multum utilis longo tempore in isto conventu.

[13]. II idus. Obitus venerabilis et nobilis domine Miracle, domine de Tornello, que legavit fratribus XX libras, pro uno convivio perpetuo XX s. et pro aliis duobus conviviis XL solidos, et sic dominus de Tornello tenetur perpetuo solvere fratribus conventus Mimatis LX solidos omni anno pro anima eius, pro quibus mansus de Megantello est obligatus.

[17]. XVI kal. novembris. Obitus fr. Ugonis de Monte Iudeo, qui fuit hic gardianus et lector Parisiensis.

[18]. XV kal. Obitus Iohannis Tyerni, pro se et uxore sua et omnibus eorum parentibus.

[19]. XIIII kal. Obitus Bertrandi Malinholis et sororis sue, Philippe, et Johannis Passavelli et omnium parentum eorum, qui dederunt conventui XV libras.

[23]. X kal. Eodem die, obitus domini Petri, presbyteri de Manso Ricardi, a quo conventus habuit C solidos.

[24]. IX kal. Obitus Petri Romegio, parochie de Frayceneto, dedit vacam. — Obitus Reverendi Patris magistri fr. Nicolai Gallien, doctoris theologi, definitoris perpetui, guardiani huius conventus, pluries magistri novitiorum officio perfunctus ac guardiani in provincia sicut et predicatoris, tandem multis laboribus pie exhoneratis, anno aetatis suae 70mo obdormivit in Domino. Requiescat in pace. (XVIII° s.)

[27]. VI kal. Obitus R. Barres et uxoris sue et omnium parentum suorum.

[28]. V kal. Eodem die obitus Johannis Brunelli, aliter Messayger, de perochia de Javolis.

[31]. II kal. Obitus fr. Raymundi Atgerii, qui fuit lector multum sollempnis, a quo conventus habuit multa volumina, sicut ad partem in tabula librorum armarii continetur.

NOVEMBER.

[1]. Kal. Obitus Guillelme, filie Bernardi Salze, et Iohannis de Campolongno, viri sui, et omnium parentum suorum, perrochie de Fruggeriis.

[3]. III nonas. Obitus animarum Purgatorii de Floriaco.

[4]. II nonas. Obitus domini Iohannis capellani, sacerdotis de Floriaco, qui dedit unum modium de bono vino.

[5]. Nonas. Obitus domini Petri Chausse, presbyteri, et benefactorum suorum, qui dedit Magnum Decretum.

[6]. VIII idus. Obitus Saure Ermenterie del Rotbaldes, qui legavit conventui VI libras, perrochie de Rivo Torto.

[9]. V idus. Obitus domini Raymundi de Moreriis, ebdomadarii ecclesie Mimatensis.

[10]. IIII idus. Eodem, obitus Petri Cavalada, de Floriacho, et uxoris sue Guilerme et parentum suorum, qui legavit conventui C solidos.

[11]. III idus. Obitus domini Guillelmi del Bergonho, ebdomadarii ecclesie Mimatensis. — Obitus Petri Plantini, de Floriaco, qui cum magna devotione dedit unum modium de vino.

[19]. XIII kal. decembris. Obitus fr. Iohannis Giraldi, qui fuit lector Parysiensis et custos et mortuus est anno Domini M°. CCC°. XXVI, gardianus Lodove existens.

[21]. XI kal. Obitus fr. Iohannis Vasconis, qui obiit lector existens conventus Marologii.

[22]. X kal. Obitus P. [1] Rixendis, de Chabanas, et parentum suorum.

[23]. IX kal. Obitus Privati Bornes, de Chantorgetas, et parentum suorum. — Obitus domini Pontii Barrerie.

[24]. VIII kal. Obitus Iohannis Paschalis, de Chantorgetas, et parentum suorum.

[27]. V kal. Obitus domini Bernardi Bodolle, sacerdotis de Cucuresio.

[28]. IIII kal. Obitus domini Vitalis Rocherii, sacerdotis, et Acnetis Rebola.

[29]. III kal. Anniversarium Stephani Odilonis, de Chabrit. — Item, obiit fr. Bernardus Bernardi, qui fuit gardianus diversis annis.

[30]. II kal. Obitus domini Raymundi de Mayreriis, militis, et omnium parentum suorum.

---

[1] Petri, *ex martyrologio*.

DECEMBER.

[1]. kal. Obitus Michaelis d'Esclanede, domicelli.

[2]. IIII non. Obitus Planchonis et uxoris sue, de perochia Rivi Torti.

[3]. III non. Eodem, obitus Iohannis Martini, de Sancta Helena, qui legavit conventui LX solidos, et eadem die heres suus debet comedere in conventu.

[4]. II non. Obitus domini Stephani Maurini, sacerdotis. — Item, obitus Maysane Boxresse de Gaunha. — Item, obitus domine Bertrande Lebratona, que legavit conventui IIII florinos; anima eius requiescat in pace. Amen.

[6]. VIII idus. Obitus Petri Bonoti, civis Mimatensis, et parentum suorum.

[7]. VII idus. Eodem die, obitus Bertrandi Bausadati et uxoris sue Aybeline et parentum suorum, a quibus conventus habuit C solidos.

[8]. VI idus. Obitus Vivaresie de Rivo Torto et viri sui. — Obitus Pauche Cochona et parentum suorum, que dedit pro opere dormitorii C solidos.

[10]. IIII idus. Obitus Basterie.

[13]. Idus. Eodem die, anniversarium domini Nycholai Alamandi, a quo habuit conventus X libras.

[15]. XVIII kal. Eodem die, obiit fr. Iohannes Garini, de custodia Nemausensi et conventu Bellicadri.

[16]. XVII kal. Eodem die, obitus domini Benedicti Ayglini, sacerdotis; solvit conventui decem florinos.

[17]. XVI kal. Obitus fr. Bernardi de Oratorio, qui fuit miles in seculo et sacerdos in ordine.

[18]. XV kal. Obitus fr. Guillermi de Nova Ecclesia, predicatoris et confessoris.

[20]. XIII kal. Festum Beati Thome Apostoli. Obitus magistri Privati Vincentii, de Mimate, qui dedit conventui C sol. bone monete, qui fuerunt positi et expensi pro capitulo faciendo, tempore quo fuit novum dormitorium consummatum. Item, dedit alios C pro necessitatibus conventus iuxta voluntatem gardiani.

[21]. XII kal. Eodem die, obitus Agnetis Gresas.

[26]. VII kal. Obitus Alasacie Symonde.

[29]. IIII kal. Item, obitus Iohannis Boniol.

[30]. III kal. Item, obitus Guillelme Fuscone.

EX CALENDARIO.

[30 ian.] III kal. februarii. Obitus domini Odilonis, episcopi Mimatensis.

[2 April.] Consecratio capituli huius Conventus [1].

[21 April.] XI kal. mad. Obitus fratris Dominici, ministri provincie [2].

[24 maii] Obitus Domini Alexandri pape III [3].

[25 aug.] Obitus Domini Gregorii pape [IX] [4].

[29 nov.] III kal. decembris. Anniversarium Stephani Odilonis, de Chabrit.

[1] Cf. p. 27 nota 2. — [2] Cf. pag. 11, nota 1. — [3] Cf. p. 12, n. 1. — [4] Cf. p. 15, n. 2.

EX MARTYROLOGIO.

[9 ian.] V idus ianuarii. Eodem die sepelitus fuit in ecclesia fratrum nobilis baro, dominus Guillelmus de Castro Novo.

[13 ian.] Idibus eiusdem. Item, obitus fr. Iohannis Palleti.

[22 ian.] XI kal. februarii. Eodem die, obitus domini Iohannis Broardi, prioris ecclesie Sancti Salvatoris. — Item, obitus domini Stephani Augerii, qui dedit VII libras turonensium pro dormitorio, qui nunc est prior Sancti Germani.

[3 febr.] IIII non. eiusdem. Item, obitus G. Vigorosis, qui XXXV annis continuis fuit conventus barbarius fidelis et devotus.

[10 febr.] IIII id. februarii. Eodem die, obitus R. Tantini, sacerdotis.

[17 mart.] XVI kal. aprilis. Eodem die, obitus G. de Rubeis, de et Chanaco, omnium parentum suorum.

[21 mart.] XII kal. eiusdem. Eodem die, obitus domini Astorgii domini de Petra, militis.

[22 mart.] XI kal. eiusdem. Eodem die, obitus venerabilis viri domini Raymondi Pisci, de Servayreta, canonici Mimatensis, qui preter leguatum suum principale ex quodam codicillo dedit conventui VI libras turonensium.

[24 mart.] IX kal. eiusdem. Obitus Laurentii Paschasii, de parochia de Rivo Torto.

[25 mart.] VIII kal. eiusdem. Eodem die, obitus domini Abonis, sacerdotis, et aliorum. Die martis ante Ramispalmarum obitus venerabilis domine domine Philipe, matris domini R. de Petra, militis.

[4 apr.] II nonas aprilis. Eodem die, obitus Iohannis Broil et uxoris sue Gensane.

[5 apr.] Non. eiusdem. Feria IIª post Pascha celebretur obitus G. Vilatonis.

[11 apr.] III idus eiusdem. Eodem die, obitus Raymundi, canonici.

[14 apr.] XVIII kal. maii. Obitus domini Hugonis Meruli, militis, domini de Servaireta.

[6 maii] II nonas eiusdem. Obitus Genciane Nogareti et omnium parentum suorum.

[8 maii] VIII idus eiusdem. Feria IIª post Penthecosten, obitus P. Melesia de parochia Ribene.

[29 maii] IIII kal. iunii. Eodem die, obitus Petri Bonaldi et omnium parentum suorum.

[31 maii] II kal eiusdem. Eodem die, obitus domini Poncii Codonis, sacerdotis.

[8 iun.] VI idus eiusdem. Eodem die, obitus domini P. Pagani, prioris ecclesie de Stabulis.

[14 iun.] XVIII kal. iulii. Item, eodem die, obitus domini Duranti Besserie, quondam canonici Mimatensis.

[17 iun.] XV kal. eiusdem. Eodem die, obitus Bartinole et omnium parentum suorum.

[19 iun.] XIII kal. eiusdem. Eodem die, obitus fr. Iohannis Blancii et parentum suorum.

[22 iun.] X kal. eiusdem. Obitus domini Gi. de Tarno, presbyteri.

[23 iun.] IX kal. eiusdem. Obitus Petronille Mersena. — Eodem die, anniversarium Willelme, uxoris Pitoth Rocherii, que assignavit...

[25 iun.] VII kal. eiusdem. Eodem die, obitus P. Clementis et omnium parentum suorum.

[29 iun.] III kal. eiusdem. Eodem die, obitus domini Guillelmi Richardi, sacerdotis, qui dedit, X libras fratribus de...

[30 iun.] II kal. eiusdem. Eodem die, obitus Paschale Palete.

[2 iul.] VI nonas eiusdem. Eodem die, obitus domini Iohannis del Cros, de Toracio.

[4 iul.] IV nonas eiusdem. Obitus domini G. de Crosatio, presbyteri, et parentum suorum.

[7 iul.] Nonis. Item, eodem die, anniversarium Bernardi Chambonis.

[15 iul.] Idibus eiusdem. Obitus Reverendi Patris domini fr. Bonaventure, generalis ministri et tandem cardinalis episcopi Albanensis.

[19 iul.] XIV kal. augusti. Eodem die, obitus P. de Petra, a quo conventus habuit XX libras.

[21 iul.] XII kal. eiusdem. Item, eodem die, obitus Raymunde Praderie, parochie de Arsenc.

[22 iul.] XI kal. eiusdem. Item, eodem die, obitus domini Guillelmi Reyserii, sacerdotis de Cubeyra.

[23 iul.] X kal. eiusdem. Item, eodem die, obitus Willelmi de Arsilerio.

[24 iul.] IX kal. eiusdem. Eodem die, obitus Duranti Delavaissa.

[25 iul.] VIII kal. eiusdem. Eodem die, obitus Valencie, uxoris quondam Gaucelmi Peloze.

[27 iul.] VI kal. eiusdem. Eodem die, obitus domini P. de Petra, sacerdotis, et Raymunde Manelphe.

[2 aug.] IV nonas eiusdem. Item, obitus Iohannis de Nozeriis.

[4 aug.] II nonas eiusdem. Eodem die, obitus de Borela de Cabrit, a qua conventus C sol.

[5 aug.] Nonis eiusdem. Eodem, obitus Iohannis de Valelis, qui legavit conventui XX libras super campum de Doliapauc.

[6 aug.] VIII idus eiusdem. Eodem die, obitus domini Petri Scontut, sacerdotis, qui legavit conventui X libr. turonensium pro suo obitu annuatim faciendo.

[9 aug.] V idus. Item, eodem die, obitus Privati, de Sancta Enimia. — Item, eodem die, obitus Guillelmi Merlonis, domicelli.

[10 aug.] IV idus eiusdem. Item, eodem die, obitus Alazacie Richarde.

[13 aug.] Idibus eiusdem. Obitus nobilis domine Maragde, de Castro Novo.

[14 aug.] XIX kal. septembris. Eodem die, obitus Philippe de La Moleta, uxoris quondam G. Villatonis.

[15 aug.] XVIII kal eiusdem. Eodem die, obitus R. Bertrandi.

[28 aug.] V kal. eiusdem. Obitus Gilie Pallete et parentum suorum.

[29 aug.] IIII nonas eiusdem. Obitus Raymunde Richarde, filie quondam G. Tastavivini.

[5 sept.] Nonis eiusdem. Obitus R. Vallete, patroni huius loci, et Vallete, eius filie.

[14 sept.] XVIII kal. octobris. Obitus domini P. Virgilii, militis, et parentum eius.

[15 sept.] XVII kal. eiusdem. Eodem die, obitus R. Vallete.

[21 sept.] XI kal. eiusdem. Eodem die. obitus domini P. Gorgori, sacerdotis, de parrochia Rivi Torti.

[24 sept.] VIII kal. Obitus P. de Crosatio et parentum suorum, qui dedit XV libras.

[29 sept.] III kal. eiusdem. Eodem die, obitus G[uillelmi] Bodonis.

[1 oct.] kal. eiusdem. Eodem die, obitus Gilie Richarde, uxoris quondam Guillelmi Vilatonis.

[28 oct.] V kal. novembris. Eodem die, obitus Raymondi Croserii, de Chamiofeia.

[29 oct.] IV kal. Eodem die, obitus domine Amblarde de Yspaniacho et omnium...

[31 oct.] II kal. eiusdem. Eodem die, obitus Iohannis Torasii et omnium parentum suorum.

[1 nov.] kal. eiusdem. Eodem die, obitus Guillelmi Bareti et Petronille Matheaie et omnium parentum dicti Guillelmi.

[2 nov.] IIII nonas eiusdem. Eodem die, obitus domini Willelmi de Petra, militis.

[3 nov.] III nonas eiusdem. Eodem die, anniversarium Guilalmonis Richardi de La Bastida, qui legavit fratribus centum sol. turonensium.

[4 nov.] II nonas. Eodem die, obitus Saure Barbude.

[5 nov.] Nonis. Eodem die, obitus Raymunde Aymerigue et omnium suorum parentum.

[7 nov.] XII idus eiusdem. Eodem die, obitus P. Filiolis.

[11 nov.] III idus eiusdem. Eodem die, obitus domine Guidone Morres.

[19 nov.] XIII kal. decembris. Eodem die, obitus domini Amorosii, sacerdotis, qui etiam fieri fecit altare sancte Helizabeth.

[25 nov.] VII kal. eiusdem. Eodem die, obitus domine Agnetis Virgilie et parentum eius.

[30 nov.] II kal. eiusdem. Obitus Beatricis Fornerie, de Sancto Amantio.

[11 dec.] III idus eiusdem. Obitus domine Angline, domine de Bosco Montis.

[14 dec.] XIX kal. ianuarii. Obitus domini Privati Fulci.

[26 dec.] VII kal. eiusdem. Obitus P. Vallete et parentum suorum.

[27 dec.] VI kal. eiusdem. Item, eodem die, anniversarium domini Barrerie, canonici Mimatensis.

[31 dec.] II kal. ianuarii. Eodem die, obitus venerabilis viri domini Raymondi Atgerii, decani Aniciensis, qui mortuus fuit in habitu nostro et pro eo fratres libros et plura bona alia habuerunt.

APPENDIX.

NOTAE VARIAE POST NECROLOGIUM EXARATAE.

I. — Anno Domini M°. CCC°. LXXI° in die Pentescoten, Reverendus Pater fr. Hugo Gardilionis, [minister][1] provincie, celebravit capitulum provinciale in isto conventu Mimatensi, in quo fuerunt d... LX[2] fratres vel circa, et intraverunt fratres die Iovis ante Pentecosten hora cene que fuit d[iei] XXII mensis madii, et exiverunt die mercuri sequenti de mane, et fuit primum capitulum [quod] dictus pater minister tenuerat, et ideo in ipso in principio prestitit sacramentum fidelitatis [sancte] matri ecclesie, ut est moris, in presentia omnium fratrum et dominorum canonicorum ac mult[arum] personarum, qui ibidem sermonem factum ad fratres in refectorio audiverant.

Ordo autem talis fuit observatus in ipso capitulo, quod qualibet die post prandium, completis grati[is, fuit] facta collatio moralis coram fratribus et secularibus pro recomendatione illius vel illorum [qui illo] die providebant capitulo. Item, facta collatione prefata, in choro coram omnibus [propo]nebatur quaestio ad disputandum per unum iuvenem studentem, et una die [res]pondebat unus parisiensium[3] de sufficientioribus citrarodanencibus et ultrarodanences arguebant, et alio die fiebat e converso, et ibi conveniebant [multi] seculares, quamvis ibidem non essent pransi, et istud fuit observatum per totum c[apitulum]. Item, in die dominica

[1] Pergamenum truncatum est. Verba uncis inclusa supplevimus. — [2] Forsan legendum *ducenti LX.* — [3] Cod. *parysiensium.*

Pentecosten, fuit facta processio sollempnis per totam villam per o[mnes] fratres. Et tunc de voluntate dominorum canonicorum portavimus crucem et dein fuerunt fratres in ingressu platee. Domini canonici et presbyteri ac ceteri corales venerunt obviam in medio ipsius platee cum capis sollempnibus et reliquiis processionaliter in quorum medio omnis fratrum processio transivit, et cum ipsis ultimo venientibus intraverunt ecclesiam Sancti Privati, ubi sollempniter celebrata fuit missa de Sancto Spiritu per fr. Rostangnum Peyrerie, olim custodem, et domini de ecclesia voluerunt quod fratres haberent unum corum et ipsi alium, et fuit ibi sermo sollempnis, et post missam absolutio per totam ecclesiam et cimiterium et ipsa die domini canonici et ceteri domini de ecclesia multos honores ipsis fratribus impenderunt.

Item, die martis Pentecosten fecit communitas ville cantare pro domino papa Urbano et venit ad conventum tota universitas clericorum processionaliter et tota villa cum eis cum facibus [1] corporis Christi accensis, et omnes fratres cum processione exierunt eis obviam usque ad portale cum cruce et ipsi transierunt per medium, et quando recesserunt, ad idem. Post hec fuit sollempnis missa de mortuis celebrata per dominum archidiaconum et sermo sollempnis et sollempnitas magna et absolutio per eosdem dominos parrocum (!) facta. Item domini canonici tradiderunt ipsis fratribus vestes, paramenta et ornamenta diversa multum grate et benigne pro honore ipsius capituli que omnia eis fideliter et plenarie fuerunt restituta. Item, dicti domini canonici continue de eorum presentia et beneficiis honoraverunt totum capitulum et Ordinem. Item gentes ville libere tradiderunt pannos et alia [necessaria] pro capitulo, que etiam fideliter fuerunt absque scandalo reddita, et ea que... et caritative receperunt fratres et multa bona eis fecerunt... sollempniter autem sine aliquo scandalo dictum capitulum ad Dei laudem et gloriam est terminatum, cui est honor et gloria et...

II. — Anno Domini M°. CC°. LXXXXIII°, in festo Omnium Sanctorum, dominus G[uillelmus] Dei gratia Mimatensis episcopus [2] ante altare Sancte Trinitatis, ubi idem dominus episcopus se parabat ad celebrandum missam, presente domino P. de Ruthena, preposito, R. de Aula, canonico, P. Gascon et Ioh. de Moreriis, ebdomadario Mimatensi, consilio et deliberatione prehabitis, revocavit auctoritate ordinaria sententiam illam que per predecessorem suum dominum S[tephanum] [3] dicebatur lata fuisse contra vendentes et ementes diebus dominicis infra fines dyocesis Mimatensis, et hoc propter multa pericula que super hoc subditis ymminebant. Multi etiam alii presentes fuerunt revocationi predicte.

III. — Dominica immediate sequenti post octabas assumptionis Beate Virginis, fiat festum in conventu Fratrum Minorum Mimatensium de consecratione ecclesie eorumdem fratrum, quam tali die consecravit venerabilis pater dominus Guillelmus, Dei gratia Mimatensis episcopus, ad honorem omnipotentis Dei et Beate Marie virginis et specialiter Beati Francisci omniumque Sanctorum, ac in die

[1] Cod. *fassibus*. — pro Urbano V, ex dioecesi orto, qui electus 28 sept. 1362, iam obierat 19 dec. 1370. — [2] Est celebris Guillelmus Duranti, episcopus Mimatens. 1285-1296, de quo cf. *Histoire littéraire de la France*, XX, 411-97; Feret, *La faculté de Théologie de Paris*, IV, 355-60; Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*, I, Monasterii Guestf. 1898, 358 etc. Cf. Chevalier, *Répertoire Bio-bibliogr.*, I², 1253. Obiit 1 nov. 1296. — [3] Stephanus qui occurrit annis 1275-1283. Cf. Charbonnel, *Origine et histoire abrégée de l'église de Mende*, Mende 1859, 129.

consecrationis ipsius ecclesie et per octo dies sequentes XL dies indulgentie assignavit in presentia Reverendi Patris fr. Ar[naldi] de Rochafolio, ministri provincie[1], et omnium dominorum canonicorum qui tunc erant Mimate et aliorum tam fratrum quam secularium plurimorum, anno Domini millesimo CC[LXXXXIII], die quo supra.

IV. — Post hec, videlicet anno Domini millesimo CCC°. XX° in festo beati Augustini[2], quidam dominus episcopus de ordine fratrum Carmelitarum duo altaria consecravit, scilicet unum quod est situm ex parte carrerie, circa medium ecclesie, ad honorem beati Antonii et beati Ludovici, confessorum, fratrum nostrorum, et aliud quod est situm circa medium ecclesie ex parte claustri ad honorem beate Clare virginis, et beate Elizabet, ac diversorum Sanctorum reliquias condidit in eisdem, necnon et in presentia multorum religiosorum et quorumdam secularium omnibus vere penitentibus in die consecrationis dictorum altarium et per octo dies sequentes ad ipsam ecclesiam [ven]ientibus XL dies vere indulgentie assignavit.

---

[1] Litteras uncis inclusas supplevimus. De eo tunc revera Ministro Provinciae cf. Ubertini de Casali, Apologiam pro Fr. Petro Iohannis Olivi, ap. Ehrle. *Archiv. für Litt. u. Kirchengesch.*, II, Berlin 1886, 388; cf. l. c. III, 14, 144, 428, 445 s; B. Hauréau, *Bernard Délicieux et l'inquisition albigeoise*, Paris 1877, 167-8. — [2] Id est 28 augusti.

INDEX NECROLOGII [1]

[1] Ubi nullum *département* designatum, supplendum est *Lozère*. — Numeri *italicis typis* excusi ad obitus Martyrologii referantur, qui vero inter uncos, ad obitus Calendarii.

Boniol (Iohannes), 29 dec.
Bonnefoy (fr. Leo), loci d'Esclanadez, guardianus conventus Uticensis, 13 januar.
Bonoti (Petrus), civis Mimatensis, 6 dec.
Bonsotus, 6 febr.
Bornes (Privatus), de Chantorgetas, 23 nov.
Boscheti (Petrus), de Mimate, 19 jun.
Bosco Montis (Anglina domina de), *11 dec.*
Boyer (fr. Bernardinus), guardianus Mimatensis, 14 sept.
Boxresse (Maysana), de Gaunha, 4 dec. — *La Gaugne.*
Brezicio (Alazacia de), 25 januar.
Broardi (Iohannes), prior Sancti Salvatoris, *22 januar.*
Broil (Iohannes), *4 apr.*
Brunelli (Iohannes), aliter Messayger, de Iavolis, 28 oct.
Bruni (Bernardus), 23 jun.

Cabrit (Borela de), *31 jul.* — *Chabrits.*
Campo Longno (Iohannes de), 1 nov. — *Champ-Long.*
Canilhaco (Deodatus de), 5 oct. — *Canillac.*
Caniliaco (fr. Raymundus de), 7 oct. — *Canillac.*
Canillac (*c*[on] *de La Canourgue*), v. Canilhaco, Caniliaco.
Canonice (Aldeta), 7 mar.
Castro Novello (Petrus Vaironis de). — *Chastel-Nouvel.*
Castro Novo (fr. Franciscus de), 20 sept.
— (Guillelmus de), baro, 5, 9, januar.
— (Maragda de), *15 aug.*
— (Palletus de), 24 aug.
— (Astrugia Granata de). — *Châteauneuf-de-Randon.*
Catherina, filia Aldete Canonice, 7 mar.
Cavalada (Petrus), de Floriacho, 10 nov.
Cavilla (magister Iohannes), de Chanaco, 1 jul.
Chabanas (Petrus Rixendis de). — *Chabannes.*
Chabannes (*c*[ne] *de Mende*), v. Chabanas.
Chabrit (Guillelmus et Stephanus Odilonis de). — *Chabrits.*
Chabrits (*c*[ne] *de Mende*), v. Cabrit, Chabrit.
Chaldairaco (P. de Chaline de). *Chaudeyrac.*
Chaline (P. de), de Chaldairaco, 3 aug.
Chambonis (Bernardus), *7 jul.*
Chamiofeia (Raymundus Croserii de). — *Changefèges.*
Champ-Long-de-Lozère aut *Champ-Long-de-Bougès* (*c*[ne] *de Pont-de-Montvert*), v. Campo Longno.
Chanac, v. Chanacho, Chanaco.
Chanacho (Deodatus de)), 15 ian.; — (Regort de), 19 januar. — *Chanac.*
Chanaco (Iohannes de Cavilla et G. de Rubeis de). — *Chanac.*
Changefège (*c*[ne] *de Balsièges, c*[on] *de Mende*), v. Chamiofeia.
Chantorgatas (Iohannes Pascalis de).
Chantorgetas (Privatus Bornes de).
Chapusa, 4 febr.
Chastel-Nouvel (*c*[on] *de Mende*), v. Castro Novello.
Chathalani (fr. S.), guardianus, 23 mar.
Châteauneuf-de-Randon, v. Castro Novo.
Chaudeyrac (*c*[on] *de Châteauneuf-de-Randon*), v. Chaldairaco.
Chausse (Petrus), presbyter, 13 mar., 21 mai., 11 sept., 5 nov.
Clementis (P.), *25 jun.*
Cochona (Pauche), 8 dec.
Cocurès (*c*[on] *de Florac*), v. Cucuresio.
Codonis (Poncius), sacerdos, *31 mai.*
Colonhe (Saura), de civitate Mimatensi, 9 mar.
Cros (Iohannes del), de Toracio, *2 jul.*
Crosatio (G. de), presbyter, *4 jul.*
— (P. de), *24 sept.*
Croserii (Raymundus), de Chamiofeia, *28 oct.*
Croseto (Bertrandus de), 9 oct.
Crozo (Vitalis de), de Toracio, 1 jul.
Cubeyra (Guillelmus Reyserii sacerdos de). — *Cubières.*
Cubières (*c*[on] *du Bleymard*), v. Cubeyra.
Cucuresio (Bernardus Bodolle sacerdos de). — *Cocurès.*
Cultura (R. Ebrardi de). — *Cultures.*
Cultures (*c*[on] *de Chanac*), v. Cultura.

Dalmascii (Iohannes), clericus, 7 sept.
Dentil (Bermundus), prior Sancti Dyonisii, 2 aug.
Deuluzo (Iacobus), 31 iul.
Doliapauc (campus de), v. (Valelis) Iohannes de.
Dominicus (frater), minister provinciae [21 apr.]

Ebrardi (R.), de Cultura, 2 jun.
Enjolny (fr. Bonaventura), guardianus Mimatensis, 1 januar.
Ermenterie (Saura), del Rotbaldes, 6 nov.
Esclanadez (fr. Leo Bonnefoy loci de). — *Esclanèdes.*
Esclanede (Michael d'), domicellus, 1 dec. — *Esclanèdes.*
Esclanèdes (*c*[on] *de Chanac*), v. Esclanadez, Esclanede.
Espinosela (Raymunda), 22 januar.
Estables (*c*[on] *de Saint-Amans*), v. Stabulis.
Eyralda (Iohanna), de Alteryraco, 1 jun.

Fabri (Hugo), de Floriaco, 14 febr.
Fara (Robertus de), 29 januar. — *La Fare.*
Faussol (Guilermus), sacerdos, 21 aug.
Filiolis (P.), *7 nov.*
Florac, v. Floriacho, Floriaco, Floriacum.
Floriacho (Petrus Cavalada de). — *Florac.*
Floriaco (Hugo Fabri de)
— (Iohannes sacerdos de)
— (Petrus Plantini de). — *Florac.*
Floriacum 4 jun. — *Florac.*
Fonte (Arnoldus de), 10 oct. — *La Font.*
— (Iohannes de), 20 jun.
— (Nicholaus de), 10 oct.
Fornerie (Beatrix), de Sancto Amantio, *30 nov.*
Fraissinet (multa sunt ejusdem nominis villae in *Lozère*), v. Frayceneto.
Frayceneto (Petrus Romegio de). — *Fraissinet.*
Frecvilar (Saura Rocheyre de). — *Froid-Viala.*
Fredolus, sacrista et canonicus Mimatensis, 8 mar.
Froid-Viala (*c*[ne] *d'Estables, c*[on] *de Saint-Amans*), v. Frecvilar.
Frothgeriis (Villa Nova, par. de). — *Frutgères.*
Fruggeriis (Guillelma, par. de). — *Frutgères.*
Frutgères (*c*[ne] *de Pont-de-Montvert*), v. Frothgeriis, Fruggeriis.
Fulci (Privatus), *14 dec.*
Fuscone (Guillelma), 30 dec.

Gallien (fr. Nicolaus), guardianus Mimatensis, 24 oct.
Gap-Français (olim praeceptoria ordinis Sancti Iohannis Ierosolimitani, non longe a Fruggeriis), v. Vado-Francisco.
Garda (Ugo de), miles, 30 sept. — *La Garde.*
Garini (fr. Iohannes) de custodia Nemausensi et conventu Bellicadri, 15 dec.

Moreriis (Raymundus de), 9 nov. — *Les Moulières* (?).
Mores (Guido), 24 jun., 28 jul.
Morres (Guidona), *11 nov.*
Motas (Iohannes), sacerdos, 12 mar.

Nemausensis (custodia), v. fr. Iohannes Garini. — *Nimes.*
Nimes (*Gard*), v. Nemausensis.
Nogareti (Genciana), *6 mai.*
Nogerii (Petrus), semellator, 19 sept.
Nova Ecclesia (fr. Guillermus de), 18 dec.
Nozeriis (Iohannes de), 28 jul. — *Nozières.*
Nozières (ambiguum de quo agatur inter nonnullos eiusdem nominis locos in *Lozère*), v. Nozeriis.

Odilo, episcopus Mimatensis, [30 ian.]
Odilonis (Guillelmus), de Chabrit, 25 jul.
— (Stephanus), de Chabrit, [29 nov.], v. Osilon.
Oratorio (fr. Bernardus de), 17 dec.
Orgolosii (fr. Benedictus), sacrista, 26 sept.
Osilon (Stephanus), 16 januar., v. Odilonis.

Pagani (P.), prior ecclesie de Stabulis, *8 jun.*
Palete (Paschale), *30 jun.*
Pallete (Gilia), *28 aug.*
Pallete (Ysabellis), 23 aug.
Palleti (fr. Bernardus), guardianus, 6 febr.
— (fr. Iohannes), *15 januar.*
Palletus de Castro Novo, 16 aug.
Paris (Iohannes), mercator de Floriaco, 4 jun.
Parisiensis (lector), v. Iohannes Giraldi, Ugo de Monte Judeo.
Pasa Bosco (Iohannes), 30 januar., 1 febr.
Pascalis (Iohannes), de Chantorgatas, 17 jun., 24 nov.
Paschasii (Laurentius), de Rivo Torto, *24 mar.*
Passavelli (Iohannes), 19 oct.
Pelliparie (Aybelina), 24 apr.
Peloze (Gaucelmus), 24 febr., *25 jul.*
Petra (Astorgius dominus de), miles, 21 mar.
— (P. de), sacerdos, *19, 27 jul.*
— (R. de), miles, *mar.*
— (Willelmus de), miles, *2 nov.* — *Peyre.*
Petrafixa (Agnes Jauceline par. de). — *Pierrefiche.*
Petrus, presbyter de Manso Ricardi, 23 oct.
Peyre (antiqua baronia Gaballitana cujus nomen servant *Saint-Sauveur-de-Peyre*, *Sainte-Colombe-de-Peyre*, *con d'Aumont*), v. Petra.
Philipa, mater R. de Petra, *25 mar.*
Philippa, soror Bertrandi Malinholis, 19 oct.
Pierrefiche (*con de Châteauneuf-de-Randon*), v. Petrafixa.
Pisci (Raymundus), de Servayreta, canonicus Mimatensis, 22 mar.
Plancho, de par. Rivi Torti, 2 dec.
Plantini (Petrus), de Floriaco, 11 nov.
Pomeirols (*cne de Naussac, con de Langogne* aut *cne de Saint-Martin-de-Boubaux, con de Saint-Germain-de-Calberte*), v. Pomeyrols.
Pomeyrols (Melchior de Roux dominus de). — *Pomeirols.*
Portanerii (Privatus), 3 mai.
Praderie (Raymunda), de Arsenc, *21 jul.*
Praderii (Iohannes), de Arzenco, 7 januar.
Privata, (uxor Iohannis de Alesto), 7 jun.
Privati (P.), de Stabulis, 1 januar.

Raubilherii (Iohannes), sacerdos, 16 sept.
Rausacio (Petrus de), domicellus, 6 oct. — *Rauzas.*
Rauzas (*cne de Laval-du-Tarn, con de La Canourgue*), v. Rausacio.
Ravanelli (Iohannes), 22 aug.
Raymundus, canonicus, *11 apr.*
Rebola (Agnes), 23 jun., 28 nov.
Remehil (Iohannes), de Roclas, 24 sept.
Revisdat (Durantus), 31 mai.
Reyserii (Guillelmus), sacerdos de Cubeyra, *22 jul.*
Ribene (P. Melesia par. de). — *Ribennes.*
Ribennes (*con de Saint-Amans*), v. Ribene.
Richarde (Alazacia), *10 aug.*
— (Gilia), *1 oct.*
— (Raymunda), *29 aug.*
Richardi (Guilalmo), de La Bastida, *5 nov.*
— (Guillelmus), sacerdos, *29 jun.*
Rieutort (*con de Saint-Amans*), v. Rivi Torti.
Rivi Torti (sacerdos), v. P. Gorgori.
— (incolae), v. Iulianus Alegre, Iohannes Bonaldi, Saura Ermenterie, Laurentius Paschasii, Plancho, Philippa Rocherie, Vivaresia. — *Rieutort.*
Rixendis (fr. Guillelmus), guardianus Montispessulani et custos Alesti, 16 mai.
Rixendis (Petrus), de Chabanas, 22 nov.
Rocherie (Philippa), de Rivo Torto, 25 mar.
Rocherii (Pitoth), *25 iun.*
— (Vitalis), 22 jun., 28 nov.
Rocheyre (Saura), de Frecvilar, 30 apr.
Roclas (Iohannes Remehil de). — *Rocles.*
Rocles (*con de Langogne*), v. Roclas.
Rocleyra (Marquessa), 21 sept.
Romegio (Petrus), de Frayceneto, 24 oct.
Rotbaldes (Saura Ermenterie de).
Roux (Melchior de), dominus de Pomeyrols, 9 mai.
Rubeis (G. de), de Chanaco, *17 mar.*
Runelle (Agnes), 21 ianuar.
Ruphi (Stephanus), 1 oct.

Sabaterii (Raymundus), de Bondonibus, presbyter, 14 sept.
Sabbaterii (Petrus), 24 iun.
Saint-Amans, v. Sancto Amantio.
Saint-Bauzile (*con de Mende*), v. Sancto Baudilio.
Saint-Denis, (*con de Saint-Amans*), v. Sancto Dionisio.
Sainte-Enimie, v. Sancta Enimia.
Saint-Germain-de-Calberte aut *Saint-Germain-du-Teil*, v. Sancti Germani.
Saint-Gervais (parochia Mimatensis), v. Sancto Gervasio.
Sainte-Hélène (*con du Bleymard*), v. Sancta Helena.
Saint-Louis (capella conventus Mimatensis) v. Sancti Ludovici.
Saint-Remy (*Cantal, con de Chaudesaigues*), v. Sanctus Remigius.
Saint-Sauveur-de-Ginestoux (*con de Châteauneuf*) aut *Saint-Sauveur-de-Peyre* (*con d'Aumont*), v. Sancti Salvatoris.
Salayronis (Guillelmus), 28 aug.
Saliens (Guillelmus Tonduti de). — *Les Salhens.*
Salvanhac (Iohannes), 7 mar.
Salze (Bernardus), 1 nov.
Sancto Amantio (Beatrix Fornerie de). — *Saint-Amans.*
Sancto Baudilio (Martinus Baldui de). — *Saint-Bauzile.*
Sancto Dyonisio (Bermundus Dentil, prior de). — *Saint-Denis.*
Sancta Enimia (Privatus de), *9 aug.* — *Sainte Enimie.*

II.

NECROLOGIUM

PROVINCIAE S. ELISABETH THURINGIAE

ORDINIS FRATRUM MINORUM

(1633-1910)

COLLEGIT ET EDIDIT

P. GALLUS HASELBECK, O. F. M.

DE FONTIBUS HUIUS NECROLOGII

EORUMQUE VALORE ET USU

FONTES INEDITI.

I. Necrologia Provinciae.

1. Nomina Defunctorum Patrum et Fratrum Ordinis Minorum Recollectorum Provinciae Thuringiae S. Elisabeth.

Codex in folio oblongo sine paginarum numeratione, conscriptus circa annum 1730 et inde continuatus usque ad annum circiter 1875. Pertinet ad archivum conventus Salismonasteriensis. = Sign. **S.** [1].

2. Catalogus Fratrum in Provincia Thuringiae S. Elisabeth Defunctorum.

Codex in folio oblongo sine pag., conscriptus circa annum 1770 et inde continuatus usque ad annum circiter 1875. Pertinet ad archivum conventus Fuldensis. = Sign. **F.**

3. Diarium Defunctorum Patrum et Fratrum ex Provincia.

Codex in folio oblongo sine pag., conscriptus circa annum 1780 et inde continuatus ferme usque ad annum (1826), quo conventus Volkersbergensis Provinciae Bavaricae incorporatus est. Pertinet ad archivum conventus Volkersbergensis. = Sign. **V.**

4. Redactio nova compilata a P. Theophilo Erb O. F. M. circa annum 1880.

Volumen in folio oblongo. Pertinet ad archivum conventus Fuldensis. = Sign. **E.**

II. Necrologia Conventuum.

1. Necrologium conventus Limburgensis ab anno 1310-1750.

Huius necrologii manuscriptum asservatur in archivo publico Wiesbadensi. Ad manus meas pervenit sola copia a R. P. Ferdinando Doelle descripta mihique benigne communicata. = Sign. **L.**

2. Liber Benefactorum et Confratrum Defunctorum conventus Fuldensis.

Volumen in-8° sine pag., incipiens ab anno 1625 et ordinate continuatum usque ad annum circiter 1850; inde integritate caret. Pertinet ad archivum conventus Fuldensis. = Sign. **BF.**

3. Liber Recommendationis Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Almae Provinciae Thuringiae S. Elisabethae. Pro Con-

---

[1] Signum quo designantur fontes in tractatu, notatur litteris crassioribus in fine descriptionis cuiusque fontis.

ventu Salismonasteriensi ad S. Bonifatium Episcopum et Martyrem. Compilatus a V. A. P. F. Gratiano Dirix eiusdem ordinis et Provinciae, Conventus Salismonasteriensis Guardiano ac Parochiae administratore ab anno 1686.

Volumen in-8° sine pag.; iuxta notam in pagina 1 conscriptam anno 1705, continet defunctos ab anno 1650 usque ad annum circiter 1850. Pertinet ad archivum conventus Salismonasteriensis. = Sign. **BS.**

4. Nomina Benefactorum et Confratrum Defunctorum Conventus S. Montis Sinai.

Volumen in-8° sine pag. conscriptum circa annum 1800. Continet nomina defunctorum ab anno 1658 usque ad anum circiter 1850. Asservatur in archivo conventus Volkersbergensis. = Sign. **BV.**

5. Liber recommendationis et catalogus pie in Domino Defunctorum Benefactorum, Benefactricum et huiatis conventus Confratrum. Initium sumens a 13 Iunii 1678 ipsa S. Antonii Paduani festivitate, qua scilicet die primus lapis huius conventus [Worbiani, in opp. Worbis] ponebatur.

Documentum hoc descriptum est manu R. P. Osmundi Rindermann O. F. M.; eius vero exemplar originale, quod in archivo parochiali Worbii asservatur, non vidi, quia parochus huius loci illud mihi non credidit, quare nec de forma nec de vetustate huius documenti aliquid edicere possum. = Sign. **BW.**

6. Nomina Fratrum in residentia Friesenhagensi Defunctorum ab anno 1670-1808.

Apographum manu R. P. Leonardi Lemmens O. F. M. Locum in quo exemplar originale asservatur, necnon eiusdem vetustatem explorare non potui. = Sign. **MF.**

7. Nomina Fratrum in conventu Miltenbergensi Defunctorum.

Pauca folia, conscripta a R. P. Iacobo Leitner O. F. M. anno 1877, quae asservantur in archivo conventus Miltenbergensis. = Sign. **M.**

III. Documenta quae Fratres in tota Provincia intra certum terminum defunctos exhibent.

1. Annales conventus Sanctorum Auxiliariorum extra muros Hammelburgenses ordinis Fratrum Minorum Recollectorum anno a partV VirgIneo, qVo saLVs nostra ChrIstus IesVs est natVs fILII seraphIcI FranCIscI PaLaeopoLIM obtInebant, qVeIs seMper faVeat gratIs ter DVLCIs IesVs.

Volumen in-fol. sine pag., conscriptum a P. Casparo Liebler, quod res in conventu Hammelburgensi et in tota Provincia gestas ab anno 1649-1680 describit. Asservatur in archivo conv. Hammelburgensis. = Sign. **Liebler.**

2. Origo et Status Provinciae Thuringiae ab anno 1629-1698.

Fasciculus in-fol. sine pag., qui asservatur in archivo Provinciae Bavaricae Monachii sub n° 6. = Sign. **O et S.**

3. Annales Provinciae Thuringiae ab anno 1701-05.

Fasciculus in-fol. sine pag., qui asservatur in archivo Provinciae Bavaricae Monachii sub n°. 7. = Sign. **AP.**

4. Chronica conventus Episcopiensis (ad Tuberam).

Volumen in-8° sine pag., quod res gestas conventus Episcopiensis et partim totius Provinciae ab anno 1666 usque ad annum circ. 1780 continet. Asservatur in archivo Provinciae Bavaricae Monachii. = Sign. **CE.**

5. Codex miscellaneus Hammelburgensis.

Volumen in-8° sine pag. conscriptus circa annum 1735, quod praeter compendiosam historiam Provinciae et seriem Fratrum in Prov. Thuringiae vestitorum etiam nomina Patrum et Fratrum ab anno 1730-1745 defunctorum continet. Asservatur in bibliotheca conventus Hammelburgensis. = Sign. **MH.**

6. Codex miscellaneus Salismonasteriensis.

Volumen in-8° a pag. 1 ad 188 numeratum et inde sine numeris usque ad pag. ultimam (297) conscriptum a P. Gerardo Gerard O. F. M., quod praeter varia exercitia pietatis continet nomina Fratrum defunctorum ab anno 1777-1812. Pertinet ad bibliothecam conventus Salismonasteriensis sub n°. P. 68. = Sign. **MS.**

7. Ortus et progressus conventus Attendornensis.

Apographum manu R. P. Wenceslai Kinold O. F. M. factum et notulis manu R. P. Leonardi Lemmens auctum, cuius exemplar originale tempore quo descriptum est, in possessione R. D. Lex, Vicarii paroch. Attendornensis erat. = Sign. **O et PA.**

8. Chronica de bello et pace, polemica nova et vetera, regularia et ordinis nostri vindiciae, reformationis diversa necessitas, biographica et adiaphora, Fratrum nostrorum ab anno 1785 funera, qui in Domino requiescunt a laboribus suis.

Volumen in-8° pag. 820 (manu posteriori paginatum), conscriptum a P. Seraphino Hipler O. F. M. Provinciae Chronologo, circa 1796 usque ad annum 1799. Pertinet ad archivum Provinciae Thuringiae in conv. Fuldensi. = Sign. **SH.**

9. Varia Memorabilia nova et vetera conscripta a P. Sebaldo Nüchter.

Volumen in-fol. pag. 212, quod a pag. 77-125 continet: « De Patribus et Fratribus in Provincia Thuringiae S. Elisabeth pie in Domino defunctis ». Pertinet ad archivum Prov. Thuringiae in conv. Fuldensi. = Sign. **SN.**

IV. — Acta capitularia.

Quatuor volumina in folio sine pagin. et quatuor fasciculi foliorum vagorum, quae asservantur in archivo Provinciae Thuringiae in conv. Fuldensi. = Sign. **AC.**

Tom. I continet documenta de resuscitatione Provinciae Thuringiae et acta capitularia ab anno 1637-1671.

Tom. II continet acta capitularia ab anno 1672-1720.

Tom. III » » » » » 1722-1761.

Tom. IV » documenta de divisione provinciae anno 1762 peracta et acta capitularia ab anno 1762-1812.

Desunt tabulae capitulares annorum 1792, 1800 et 1801; sed tabula anni 1800 in documentis bibliothecae publicae Fuldensis denuo inventa est.

Fasc. I continet acta capitularia ab anno 1855-1867.

Fasc. II » » » » » 1869-1872.

Fasc. III » » » » » 1881-1893.

Fasc. IV » » » » » 1893-1905.

V. Documenta circa vestitionem et professionem Fratrum.

Hoc loco praeprimis notandae sunt: « Series Patrum et Fratrum in Provincia Thuringiae investitorum ».

1. Series iam citata in codice miscellaneo Hammelburgensi; cf. III 5.

2. Series in codice miscellaneo Fuldensi n. 1.

Hoc volumen in-8° sine pag. conscriptum est circa annum 1770. continetque praeter compendiosissimam historiam Provinciae et seriem Ministrorum Provincialium, partem quae inscribitur: Nomina Patrum et Fratrum Provinciae Thuringiae; Fratres Laici: Tertiarii perpetui, demum: Tertiarii ad capucium aspirantes.

Haec series quoad numerum Fratrum brevior est ceteris, nec ullibi in Necrologio expresse adducitur. Pertinet ad archivum Provinciae Thuringiae in conventu Fuldensi.

3. Series in codice miscellaneo Fuldensi n. 2. in cuius initio legitur: Ortus, Progressus et Successus almae Provinciae Thuringiae S. Elisabethae: adiecto Catalogo Patrum et Fratrum viventium et mortuorum ab anno 1746 a F. A. K. (Angelino Kalb?).

Volumen in-8° sine pag., conscriptum circa annum 1785, exaratum est eodem modo ac num. 2; differt vero in eo, quod seriem omnium copiosissimam exhibet, retrocedens usque ad statum anni 1746 eumque continuans usque ad annum 1800. Asservatur in archivo Provinciae. = Sign. **O et P.**

4. Series in codice miscellaneo Fuldensi num. 3, qui continet: Chronologiam Provinciae Thuringiae S. Elisabethae. — Ibi praeterea habes:

Seriem PP. Provincialium, Custodum ac Definitorum Provinciae Thuringiae, Nomina Patrum Provinciae Thuringiae, Nomina Fratrum Laicorum, ac demum Tertiariorum professorum.

Volumen in-8° sine pag., conscriptum circa annum 1780, continet quasi eundem numerum ac **O et P.** Asservatur in archivo Provinciae in conventu Fuldensi.

Deinde huc pertinent libri Vestitionum et Professionum.

1) Matricula Provinciae Thuringiae S. Elisabeth Fr. Minorum S. Francisci Strictioris Observantiae Recollectorum postquam ab eadem Provincia per R. Ministrum Generalem P. Clementem a Panormo separati sunt conventus sequentes: Limburgensis etc.

Volumen in-fol. sine pag. continens vestitiones et professiones ab anno 1762-1885 factas. Asservatur in archivo Provinciae, Fuldae.

2) Liber Nominum investitorum ab anno 1762 et Professorum ab anno 1763.

Volumen in-8° sine pag. continuatum usque ad annum 1825. Asservatur ibidem.

3) Neo-Investiti ab anno 1855-1875.

Volumen in-fol. sine pag., quod pertinet ad archivum Provinciae.

4) Liber Novitiorum in hoc Fuldensi conventu Montis Mariani habitu S. Ordinis indutorum ac in eodem professorum.

Volumen in-12° sine pag. inceptum anno 1649 et continuatum usque ad annum 1859, saepius tamen interruptum. Asservatur in archivo Provinciae.

5) Nomina investitorum et professorum conventus Salismonasteriensis (excepto tempore, quo ibidem novitiatus fratrum clericorum erat) inveniuntur in libro Recommendationis iam (supra II. 3.) citato sub rubrica: Investiti ac Professi (circa finem libri).

VI. Documenta varia.

1. Brevis Instructio de Provinciae Thuringiae S. Elisabeth Ortu, Interitu, Resuscitatione, Incremento et Divisione.

Volumen in-12° conscriptum a P. Conrado Seubert, O. F. M. (cuius nomen legitur in fine) circa annum 1780. Est in archivo Provinciae. = Sign. **Brevis Instructio.**

2. Beiträge zur Geschichte von Salmünster, grösstenteils aus Pfarrbüchern und anderen schriftlichen Documenten der Stifts-Pfarr- u. Kloster-Repositur zusammengetragen von H. K. O. S. F. 1842.

Volumen in-8° pag. 356, conscriptum a P. Hieronymo Koch O. F. M. Pertinet ad archivum conventus Salismonasteriensis. = Sign. **HK.**

FONTES EDITI.

1. *P. Fortunatus Hueber,* Dreyfache Chronikh von dem dreyfachen Orden des grossen H. Seraphinischen Ordensstifters Francisci, soweith er sich in Ober und Nieder Teutschland... erstrecket. München 1686. = Sign. Hueber.
2. *P. Michael Bihl O. F. M.,* Geschichte des Franziskanerklosters Frauenberg zu Fulda 1623-1887. Fulda 1907. = Sign. Bihl.
3. *P. Parthenius Minges O. F. M.,* Geschichte der Franziskaner in Bayern. München 1896. = Sign. Minges.
4. *P. Leonard Lemmens O. F. M.,* Aus der Werdezeit der thüringischen Franziskaner-Provinz. Fulda 1899. (Opus incompletum).
5. *Idem,* Aus den ersten Jahrzehnten der thüringischen Ordensprovinz. Fulda 1908.
6. *P. Stephanus Schoutens O. F. M.,* Martyrologium Minoritico-Belgicum. Hoogstratae s. a. (1902). = Sign. Schoutens.
7. *Sulzbacher Kalender,* Jahrgang 1884, 1888.
8. *Historisch-politische Blätter* für das kath. Deutschland, Jahrgang 1868, tom. 72.

DE NATURA FONTIUM MODO ALLEGATORUM.

Necrologia Provinciae ad normam mensium anni in duodecim dispertiuntur partes, quae iuxta numerum dierum respectivi mensis subdividuntur. Singulis diebus defuncti secundum prioritatem anni obitus recensentur.

Commemoratio defunctorum paucissimis absolvitur verbis; adducitur enim solummodo annus et locus obitus, nomen, titulus et, si aderat, munus ultimum defuncti. Ab anno 1760 ordinarie aetas vitae, ordinis et sacerdotii adiungitur. Rarissime una vel altera ulterior notula accedit.

Fide dignissimum mihi videtur esse F, quocum si S comparetur, iam multas variationes, praesertim mense Ianuario exhibet, quae absque dubio inter errata computandae sunt. Minoris etiam valoris V est, cuius iam forma exteriori suadetur opus hoc minus accurate esse confectum.

Tribus his Necrologiis usus sum tanquam fundamento compilationis meae, desumens ex eis annum et locum obitus, necnon (quatenus suberat) triplicem defuncti aetatem. Ne autem notae ad calcem paginarum nimis augeantur, has fontes citare praetermisi excepto casu, quo variantes exhibent.

Modus citationis hic est (cf. sub 27 Ian.):

F « Kögel » = Catalogus Fratrum in Provincia Thuringiae S. Elisabeth defunctorum die 27 Ianuarii vocat hunc Kögel.

Redactio denique P. Theophili Erb critica penitus caret, quare semel tantum ea usus sum (die 25 Ianuarii pro Fr. Aemiliano Wittmann, circa quem F, S, et V deficiunt, quamvis ex CE constat eum fuisse membrum Provinciae). Adhibui hoc in casu redactionem praefatam supponens eam hanc notitiam ex Necrologio Miltenbergensi traxisse, quod hodie deperiit, dum P. Theophilus Erb eo usus est, prout ex eius epistolis patet.

2.) *Documenta numeri II* duplicem prae se ferunt typum: MF et M exhibent solummodo seriem defunctorum respectivae familiae, adiecto die et anno obitus atque aetate triplici designata.

Ipsis solummodo deficientibus ceteris, fontibus usus sum ad aetatem vitae, professionis et sacerdotii destinandam, quin tamen, ex causis supra adductis, eadem citarim nisi lectiones variantes maioris momenti contineant.

Typus alter, quem L, BF, BC, BW et BV exhibent, similis est quoad distributionem materiae Necrologiis.

L etiam in ceteris a forma Necrologiorum non longe recedit, si excipias, quod solos defunctos conventus Limburgensis continet et hinc inde exiles notitias personales inserit. Quia vero documentum omnino contemporaneum est, eo studiose usus sum citans illud singulis casibus.

BF, BS, BW et BV respectu comprehensionis a Necrologiis differunt eo, quod cum defunctis fratribus etiam benefactores conventus singulis diebus exhibent, ac proinde pro Necrologio conventus et libro Benefactorum simul inserviunt.

Pretium horum fontium in eo est, quod non raro elogia defunctorum continent ideoque saepe notitias personales magni momenti praebent, praesertim BF, quod est documentum omnino contemporaneum, et saepe etiam BS, quod anno 1705 conscriptum est. BW vero et BV paucas tantum tales notitias praestant, neque (saltem BV) fontes sufficienter contemporanei sunt. Quoties notitias personales ex his libris transsumpsi, toties eosdem citavi, triplicem vero aetatem absque citatione transsumpsi deficientibus ceteris fontibus. Modus citationis idem est ac pro Necrologiis Provinciae.

Sub numero III inprimis Chronicae Conventuum et Provinciae continentur. Chronicae conventuum non raro sensim sine sensu ad facta totius Provinciae sese extendunt, chronicae vero Provinciae saepe facta totius ordinis immo historiae universalis complectuntur.

Liebler et AP stilo annalium consueto conscripta sunt, CE et O ac PA stilum chronicarum praeseferunt. O et S atque SN compendium historiae Provinciae tradunt. Stilum nativum SH monstrat, in quo res bellicosae illius temporis apte cum factis historiae Provinciae, cum meditationibus notatu dignis ac cum bonis poematibus Latinis conseruntur. — Scopo meo inserviebant eo, quod saepe notitias personales referunt, praecipue ubi obitus fratrum commemorant.

Cum hae chronicae facta maximam ad partem contemporanea vel quasi contemporanea tradant, eis securus usus sum, nisi ex toto stilo apparebat schedulam

mortuariam schematicam recenseri, quod saepissime accidit in SN. Quandocumque his fontibus usus sum, eos citavi, excepto casu, quo solam triplicem aetatem transsumpsi.

MH et MS, documenta contemporanea, quasi ita parca se praebent, ut Necrologia. At paucas notulas ex eis desumere potui, praecipue quoad triplicem aetatem, quo vero in casu ea non citavi, si variantes maioris momenti excipias. Quoties vero alias notitias ex eis hausi, toties ea expresse commemoravi.

Documenta sub numero IV exhibita Acta capitularia sunt, i. e. protocolla de tractatibus ac ordinationibus in capitulis provincialibus actis. Cum haec documenta in ipso gremio respectivi capituli ex officio conscripta sint, absolutam merentur fidem.

Ex his Actis praecipue exploravi, quae munera singuli fratres gesserint, necnon quamdiu sacerdotes fuerint, nisi aetas sacerdotii iam aliunde constabat. Exceptionis tamen loco habendum est, si ea, quae ex Actis capitularibus desumpsi ad calcem paginae expresse designantur. Ordinarie enim hoc omisi ex causa in principio huius tractatus proposita [1]. Quia vero anni gestionis munerum in ipso textu adiunguntur, ideo ea, quae desumpsi facile verificari poterunt, si capitulum anni designati consulitur. — Quando autem Acta capitularia circa nomina fratrum lectiones variantes maioris momenti continent, eas expresse citavi.

Sub numero V sequuntur «Series Fratrum», quae iuxta indolem suam initia catalogorum modernorum esse videntur.

Complectuntur hae series fratres initio recensionis adhuc viventes iuxta praecedentiam vestitionis, necnon locum eorum natalem, diem et annum vestitionis, aetatem vestiti et, si agitur de laicis, etiam eorum opificium. Series semel inceptae deinde annuatim continuabantur nominibus etc. neo-investitorum adiectis.

Cum hae series non omnino contemporaneae sint, mirum non est, quod numeri, quos exhibent, non semper cum numeris aliunde notis concordent, necnon raro differentiam 2 vel 3 annorum ostendant. Sed variantes huius generis tamquam exigui momenti nullibi adducuntur, quia secus notae ad calcem paginarum nimis crevissent, quin emolumentum certum procurassent. Solae variantes maioris momenti commemorantur, quod etiam valet de modo scriptionis nominum. — Ex his fontibus locum natalem defunctorum et opificium fratrum laicorum desumpsi, necnon triplicem eorum aetatem ubi ceteri fontes deficiebant, quin tamen singulis in casibus fontes adducerem, ex causa iam notata. Eidem scopo libri professionum inserviebant, quos eodem modo tractavi.

Documentis denique sub numero VI descriptis rarissime usus sum, altero, quia exile tantum rerum gestarum provinciae compendium tradit, ideoque notitias personales parce seminat; altero, quia ingenio critico valde deseritur. Ubicunque hos fontes adhibui, hoc expresse commemoravi.

PROVINCIA THURINGIAE HISTORICO-GEOGRAPHICE

BREVITER DELINEATA.

Cum Ordo FF. Minorum ad Rhenum et in Saxonia pedem fixisset [2] mireque ibidem floresceret, Albertus Pisanus Minister Provincialis secundus Theutoniae, nexum

[1] P. 50. l. 3. — [2] Sequentia innituntur praesertim operi « *Aus der Werdezeit d. Thüringischen Provinz.* » a P. L. Lemmens conscripto (cf. p. 49) et *Chronicae manuscriptae*, cui titulus *Chronologia Prov. Thur.* (v. Fontes n. V, 4 supra p. 48).

inter conventus Germaniae orientalis et occidentalis constituturus Fr. Iordanum a Iano, Guardianum Moguntinum, in Thuringiam misit, ut ibi conventus fundaret [1]. Non secus ac alibi etiam in his regionibus novus Ordo benigne receptus est moxque conventus Erfordiensis (1224), Nordhusanus (1230) et Mühlhusanus (1225, 1231) orti sunt. Mox aliae quoque domus accesserunt, ita ut per Thuringiam propria Custodia Thuringiae exsisteret, quae primis decenniis saeculi XIV conventibus Erfordiensi, Mühlhusano, Nordhusano, Arnstadtensi, Meiningensi, Koburgensi, Saalfeldensi et duabus domibus Eisenacensibus coalescebat [2]. Territorium huius custodiae, quae magnae Provinciae Saxoniae suberat, modernam administrationem Erfurt et maiorem partem statuum Thuringiae complectebatur.

Relaxatio disciplinae saeculo XV magnam partem Ordinis Seraphici maculans neque provinciam Saxoniae intactam reliquit, ast anno divisionis ordinis 1517 reformatio morum iam eousque mire progressa erat, ut ibi iuxta multos Observantes solummodo Martinistae invenirentur, Conventuales vero disparuissent [3]. Custodia Thuringiae Martinistis adnumerabatur. Cum Martinistae in Bulla unionis Leonis X Observantibus adiungerentur, Minister Generalis Franciscus Lichettus anno 1520 praeclarum Observantiae promotorem Franciscum Quiñonez extraordinariis instructum plenipotentiis in Saxoniam misit, ut reformationem Provinciae perficeret. Tribus annis post, in capitulo generali Burgis celebrato idem Franciscus Quiñonez Minister Generalis electus, statim Custodiam Thuringiae simul cum Custodiis Lipsiae, Misniae, Goldbergii, Vratislaviae et Prussiae a Provincia S. Ioannis Baptistae seiunxit. Ita anno 1523 ex Provincia Thuringiae seu Saxoniae Superioris, quae 47 orta est conventus numerabat [4].

Sed nova Provincia erecta est tempore his conatibus iniquissimo. Reformatio namque Protestantium tunc iam eousque profecerat, ut plurimi principes Germaniae fidem, quam patres eorum gladio defenderant evaginato, relinquerent, integras ditiones secum ab Ecclesia avellentes. Cumque principes statuum Thuringiae in primis fidem catholicam abicerent, mirum non est Provinciam Thuringiae iam fuisse mortuam priusquam vitae sibi conscia fieri posset. Lutherana haeresis, ita scribit chronista,... in ipsis quasi cunis... Thuringiae Provinciam suffocavit per 100 annos et ultra sepultam [5].

Tandem aliquando, cum 100 circiter annis post, ineunte bello 30 annorum exercitus imperialis victor existeret, ita ut Catholici sperare inciperent religionem suam in Germania plene restitutum iri, etiam Ordo Minorum ad occupandas domus derelictas iterum sese accinxit. Cum iam anno 1627 resuscitatio Provinciae Saxoniae S. Ioannis Baptistae - frustra quidem - tentata esset, capitulum generale Toletanum

---

[1] Cf. *Chronica Fr. Iordani de Iano*, ap. *Analecta Franc.* (AF) I, 12, n. 34 sqq.; ed. Böhmer, Paris 1909, 35 sqq. — [2] Eubel, *Provinciale O. F. M. vetustissimum*, Quaracchi 1892, pag. 29. Cf. etiam Pisanum ap. haec *An. Fr.*, IV, 552. — [3] L. Lemmens, *Die Provinzialvikare der sächsischen Observanten*, apud *Beiträge zur Geschichte der sächsischen Franziskanerprovinz vom hl. Kreuze*, III, 1910, 69-75. *Compendium Chronologicum Provinciae Saxoniae S. Crucis O. F. M.* Warendorpii 1873, 26 sqq. — [4] *Chronologia historico-legalis Ord. FF. Min.*, I, Neapoli 1650, 253. Wadding, *Annales Minorum*, XVI^2, Romae 1736, 146. Cf. L. Lemmens, *Die Provinzialminister der alten sächsischen Provinz*, apud *Beiträge* cit., II, 1909, 12; et P. Patr. Schlager, O. F. M. *Zwei Urkunden aus dem Schweriner Hauptarchiv*, ap. *Beiträge*, cit., III, 108-112. — [5] *Chronologia Prov.*, § III. Sed hoc cum grano salis accipiendum est; constat enim adhuc anno 1554 Vice-ministrum Saxoniae Superioris extitisse. Cf. L. Lemmens, *Die Provinzialminister*, l. c. 12.

anno 1633 decrevit, ut Provincia Thuringiae denuo constitueretur, mandans Ministro Generali P. Ioanni a Campanea, ut eidem Provinciae de Ministro provideret [1]. Hic. P. Aegidium Houtmans a Bruxellis, Belgam, Ministrum Provincialem instituit, qui postea, anno 1633, simul cum P. Joseph Bergaigne, Commissario Generali nationis Germano-Belgicae, P. Lambertum a Weyer Custodem elegit, P. Andream Kircher, P. Chrysostomum Hein, P. Arnoldum Peerkens et P. Rainerium Hensberg Definitores, quo facto erectio Provinciae Thuringiae in effectum deducta erat.

Territorium Provinciae Thuringiae iuxta patentales Ministri Generalis praeter partes ab antiquiore Thuringia possessas etiam totam Hassiam, Buchoniam et Wetteraviam complectebatur [2]. Accuratius fines delineantur in decreto, quo Urbanus VIII anno 1637 resuscitationem Provinciae approbavit: « Tota Thuringia, tota Hassia cum aliis terris oppidisque adiacentibus ubique mediate usque ad Rhenum, incipiendo ab oppidis Siegen et Attendorn usque Francofurtum inclusive cum omnibus quoque terris adiacentibus iuxta et supra Moenum usque ad civitatem Herbipolensem [3] ». His territorium novae Thuringiae admodum ampliatum est, probabiliter, quia fieri posse duxerunt, ut exigua tantum pars veterum conventuum de facto occuparetur. Iuxta modernam Germaniam status Thuringiae, totam provinciam Borussicam Hassiae-Nassoviae, provinciam Darmstadtianam Hassiae Superioris, principatum Waldeck, totam administrationem Erfurt et partes administrationum Arnsberg, Coloniae et Confluentiae quae ad Borussiam pertinent, insuper partem septentrionalis Bavariae complectebatur nova Thuringiae Provincia, necnon et totum regnum modernum Saxoniae et partem provinciarum Borussicarum Silesiae ac Prussiae orientalis et occidentalis, iuxta vim terminorum saltem et antiquum Provinciae S. Iohannis Baptistae statum.

Nova hac circumscriptione Provinciae Thuringiae praeter conventus nativos Franconiae Inferioris et Superioris, multae domus antiquae obtigerant [4]:

1) a Provincia antiqua Coloniae [5]: idque *α*) a Custodia Trevirensi: conventus Limburgensis et Wetzlariensis.

β) a Custodia Hassiae: conventus Marburgensis, Grünbergensis, Fritzlariensis, Hofgeismariensis, Hersfeldensis et Fuldensis.

2) a Provincia Argentinensi [6], idque a Custodia Rheni: conventus Francofurtensis, Friedbergensis (in Hassia) et Gelnhusanus.

3) a Provincia Coloniae Observantium [7]: conventus Korbacensis et Sigenensis.

Ita saltem 60 conventus antiqui decreto Pontificis Thuringiae resuscitatae assignati erant, quare chronista prosequitur: « Rebus sic constitutis, dives videri haec Provincia poterat, sed eheu! ipso restaurationis anno primo non habebat, in re, nisi duos conventus Limburgensem et Fuldensem [8] ».

---

[1] *Chron. hist.-leg.*, I, 402. — [2] *Chronol. Prov.* § IV et V. — [3] Ex Bulla confirmationis apud Lemmens, op. cit. pag. 20. — [4] Ex *Chronol.*, § X. — [5] De qua Eubel, *Provinciale*, p. 24-5; Pisanum, AF IV, 548-9. Cf. Patr. Schlager, O. F. M., *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskanerordensprovinz im Mittelalter*, Köln 1904; Idem, *Geschichte der kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz während des Reformationzeitalters*, Regensburg 1909; Konr. Eubel, O. M. Conv., *Geschichte der kölnischen Minoritenordensproviuz*, Köln 1906. De quibus operibus cf. *Archiv. fr. hist.* (AFH) III, 1910, 758-66. — [6] De qua cf. Eubel, *Prov.*, 26-7; Pisanum, AF IV, 530-1; K. Eubel, O. F. M. Conv., *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoriten-Provinz*, Würzburg 1886. — [7] Cf. Schlager, *Beiträge*, 67, 105, 118; 105, 117, 128, 159; *Geschichte*, 17, 26, 75-80; Eubel, *Gesch. Köln.*, 6, 15. — [8] *Chronol. Prov.*, § X.

Conventum Limburgensem, qui anno 1577 ob vexationes acatholicorum derelictus erat, fratres iam 5 annis post, anno 1582, iterum occuparunt nec amplius tradiderunt. Conventus Fuldensis[1] in principatu ecclesiastico eiusdem nominis, a Provincia Coloniae paulo ante resuscitationem Provinciae Thuringiae fundatus erat, an. 1620, veteri conventu Conventualium anno 1548 exstincto.

Accesserunt anno 1655 conventus Erfordiensis[2] in Thuringia Moguntina, et vetus domus in civitate Gelnhausen, quae tunc temporis ad possessiones Schwarzburgicas pertinebat; eodem circiter tempore (1655-57) conventum Wetzlariensem recuperatum esse liquet[3].

Annus 1657 provinciam duabus fundationibus novis auxit. Ioannes Ludovicus, comes de Nassau-Hadamar, qui Viennae ad religionem catholicam redierat, et qui anno 1652 Franciscanos in ditionem suam advocaverat, ut opus contra-reformationis a Iesuitis coeptum continuarent, Provinciae in praemium laborum residentiam in civitate Hadamar assignavit. Eodem anno comes de Hatzfeld et Gleichen fratres Thuringiae, quorum unus ipsum ad Ecclesiam reduxerat, in dominium suum Wildenberg-Krottorf accersivit, ubi primum in arce Krottorf habitabant, usque dum anno 1640 propriam domum in vicu Friesenhagen acciperent.

Ast eodem anno novella plantatio grave detrimentum est passa, cum domus Erfordiensis multo labore comparata, sed a Conventualibus sibi vindicata, a curia Moguntina eisdem Conventualibus adiudicaretur[4].

Eodem insuper anno primum capitulum Provinciae celebratum est. Ex tabula capitulari innotescit Thuringiam tunc quattuor conventus: Limburgensem, Fuldensem, Wetzlariensem et Gelnhusanum, necnon duas residentias: Hadamariensem et Krottorf-Friesenhagensem possedisse. Etiam conventibus Erfordiensi et Hersfeldensi Guardiani praeficiebantur, qui tamen Guardiani mere titulares habendi sunt, mandatarii sane ad occupandos hos conventus, quod vero ad effectum perduci non potuit.

Sed annus hic 1657 ad finem non pervenit, priusquam damnum, quod Provincia conventu Erfordiensi amisso perpessa erat, aliqualiter resarciretur. Inprimis residentia Hadamariensis in numerum conventuum recepta est, deinde contigit Ministro Provinciali, ut consensum magistratus pro fundanda domo in civitate Attendorn, tunc ditionis Coloniensis, impetraret, quae residentia iam anno sequenti 1658 guardianatus titulo condecorata est.

Eodem anno 1658 erecta est residentia Hachenburgensis in comitatu Sayn-Wittgenstein. Duobus annis post 1640 Thuringia in civitate Wipperfurth ditionis Jülich-Berg pedem figere tentabat, quin tamen ad interim plus consequeretur, quam administrationem parochiae[5]. Item duobus annis post 1642 orta est residentia in Montabaur in electoratu Trevirensi.

---

[1] Bihl, 1-14. — [2] Ferd. Doelle, O. F. M. *Beiträge zum Studium und zur wissenschaftlichen Tätigkeit der Franziskaner zu Erfurt,* ap. *Beiträge zur Gesch. d. sächs. Franziskanerprovinz v. hl. Kreuze,* (I), 1908, 65-96. Eubel, *Gesch. Köln.,* 21 s., 298-301. Bihl, 32 sqq. — [3] Nisi chronista in loco modo citato errat; ideoque conv. Wetzlariensis iam anno 1633 exstitisset. — [4] Eubel, *Gesch. Köln.,* 21-22. Bihl, 32-4. — [5] Bürvenich, Adam, O. M., *Annales Provinciae Thuringiae Fratrum Minorum strictioris Observantiae seu Recollectorum a me F. Ad. B.... collecti et propria manu conscripti a. 1672;* MS. in-fol. 654 pp. (MS. modo asservatur in Bibliotheca civica Düsseldorpii) cf. ad hunc annum.

Ita Provincia Thuringiae a tempore primi capituli prospere processerat, cum praeter exspectationem magnum caperet detrimentum. E conditionibus iniquis pacis Westfalicae Ecclesia catholica Germaniae perpessa est gravissima damna, quae etiam in Provinciam nostram redundarunt; non solum enim duos conventus iam occupatos iterum cedere debuit, scilicet Gelnhusanum et Wetzlariensem, sed etiam omnem spem recipiendorum ceterorum conventuum antiquorum omnino perdidit.

Revera igitur Provincia Thuringiae ex 60 conventibus, quos enumeravimus, quinque receperat, quorum unum Conventualibus cedere debuit et duos pace Westfalica amisit, quo facto, duo soli ipsi remanserunt, quibus postea uti videbimus conventus Wetzlariensis iterum adiectus est. Pace Westfalica facta Franciscani statim e conventibus Wetzlariensi et Gelnhusano pulsi sunt, anno scilicet 1649.

Ast viri fortes, qui de resuscitatione Thuringiae optime meriti sunt, his omnibus animum non deposuerunt, sed maiori adhuc studio finem suum consequi tentarunt, quo factum est, ut sequentibus quattuor decenniis tot domus novae erigerentur, ut haec periodus proprie evolutionem Provinciae contineat.

Iam eodem anno 1649 residentia Hammelburgensis constituta est et anno sequenti 1650 residentia Salismonasteriensis. Anno 1655 domus Montaburana et anno 1655 domus Hammelburgensis ad guardianatum evectae sunt, ac anno 1658 Brückenavii ad radicem montis Volkersberg nova residentia aedificabatur. Hae tres domus (videlicet Hammelburgensis, Salism. et Brückenaviensis) in principatu ecclesiastico Fuldensi sitae erant. Anno 1660 Henricus Christianus, comes catholicus de Hohensolms, fratres in ditionem suam vocavit eisque domus in Hohensolms et in Niederweisel prope Butzbach commisit [1]. Anno 1661 residentia Bruckenaviensis in montem Volkersberg translata est et duobus annis post 1665, intercessione imperatoris conventus Wetzlariensis Thuringiae iterum traditus est, quo anno etiam residentia Hachenburgensis conventus evasit.

Anno 1665 cum Ioannes Philippus a Schönborn, Archiepiscopus Moguntinus, fratribus Thuringis de electoratu Moguntino tempore pestis optime meritis gratias relaturus esset, ipsis conventum Moguntinum Provinciae Coloniensis et conventum Dettelbacensem Provinciae Argentinensis cum consensu Summi Pontificis et Curiae generalis tradidit. Sed iam anno sequenti 1666 fratres conventione pacifica conventum Moguntinum Coloniae reddiderunt et iura sua in civitatem Wipperfurth concesserunt, horum vice conventum Episcopiensem ad Tuberam et Miltenbergensem in ditione Moguntina recipientes. Eodem anno de facto conventum Dettelbacensem possederunt, cui Ioannes Philippus a Schönborn residentiam in monte Kreuzberg prope Episcopium in Rhöna adiunxit.

Item eodem anno prima domus in territorio proprie Thuringiaco inaugurata est, videlicet Dingelstadii in parte Moguntina ditionis Eichsfeld; simul residentia Volkersbergensis guardianatus titulum accepit.

Anno sequenti 1667 comes de Sayn-Wittgenstein fratres ad ecclesiam Mariaevallensem ad Siegam flumen, ubi homines voti causa confluebant, accersivit; residentia Dingelstädtiensis Worbium translata et anno 1669 conventus iura accepit [2].

---

[1] P. Adam Bürvenich, *Annales* cit., ad ann. — [2] Bürvenich, p. 601. Lemmens, 19 sqq. Cf. et quaedam de eo ap. Ph. Knieb, *Das Franziskanerkloster zu Worbis*, ap. *Beiträge z. G. d. sächs. Franziskp.*, III, Düsseldorf [1911], 93-8.

Circa annum 1670 haeres Calvinista, comiti catholico de Hohensolms succedens, residentias in eadem ditione fundatas sustulit [1].

Anno 1670 residentia in Markt-Scheinfeld in territorio Schwarzenbergensi orta est, et domus Mariaevallensis ad numerum conventuum accessit; 1672 fratres in vicu Rödchen prope Siegen ditionis Hessen-Nassau pedem figere conati sunt atque sequenti anno comes de Hohenlohe eosdem ad sua, scil. in Schillingsfürst vocavit. Anno 1676 provincia conventum Dettelbacensem necnon domum in monte Kreuzberg, quae paulo ante (1674) conventus facta erat, provinciae Argentinensi reddidit, simulque fundationem in Rödchen dereliquit.

Anno 1686 civitas Mosbach in Palatinatu Neoburgico domum provinciae recepit et residentia Schillingsfürstensis guardianatus titulo decorata est.

Deinde 20 circiter anni absque nova fundatione transacti sunt, qui ad perficienda iam adepta impendebantur. Anno 1695 residentia Mosbacensis et anno 1697 residentia Salismonasteriensis ad conventus dignitatem evectae sunt; anno 1701 fratres domum in Markt-Scheinfeld in montem Schwarzenberg transtulerunt.

Denique Thuringia tribus adhuc domibus novis aucta est: residentia Spalatina in principatu ecclesiastico Eistettensi (1705), residentia Sinsheimensi in Palatinatu Neoburgico (1714) et residentia Dermbacensi in ditione Fuldensi (1716).

Hisce Provincia Thuringiae ample constituta, exinde non amplius domus novae recipiebantur, sed solae residentiae adhuc exsistentes paulatim guardianatus titulum acceperunt: scil. Sinsheim 1729, Dermbach 1730, Schwarzenberg 1732, Spalt 1743.

Provincia ipsa culmen suae evolutionis attigerat.

a) Constabat enim tunc 20 conventibus: Limburgensi, Fuldensi, Hadamariensi, Attendornensi, Hachenburgensi, Montaburano, Hammelburgensi, Salismonasteriensi, Volkersbergensi, Wetzlariensi, Episcopiensi ad Tuberam, Miltenbergensi, Worbiano, Mariaevallensi ad Siegam, Schwarzenbergensi, Schillingsfürstensi, Mosbacensi, Sinsheimensi, Dermbacensi, Spalatino ac residentia Friesenhagensi. Praeterea Ministro monasterium Monialium Tertii Ordinis Limburgi suberat.

b) Limites eius ultra ditionem a Pontifice assignatam excreverant ita, ut territorium tertia parte maius intercluderent, videlicet iuxta limites modernos duas provincias Bavaricas (Unter-Franken et Mittel-Franken), partem septentrionalem regni Württemberg, quatenus ex dictione Hohenlohica orta est, et partem septentrionalem magni ducatus Badeniae, videlicet administrationem Mosbach et maiorem partem administrationis Heidelberg.

c) Numerus membrorum admodum creverat. Dum enim anno 1635 soli 24 Fratres in provincia invenirentur [2], anno 1656 capitulum Provinciae 140 fratrer recenset, inter quos 50 praedicatores fuere [3]. Sed usque ad annum 1762 tale augmentum acciderat ut provincia ultra 600 alumnos numeraret. Constat enim ex libris pannificii adhuc servatis, Superiorem Thuringiam post an. 1762 405 membra retinuisse.

d) Provincia Thuringiae, quae anno constitutionis suae 1655, Observantibus se adiunxerat, postea anno 1672 ad familiam Recollectorum nationis Germano-Belgicae transivit, quorum sana et severa disciplina ubique sarta tectaque servabatur.

Attamen conventus supra enumerati non per totam ditionem Provinciae assignatam dispersi, sed magis circa fines eiusdem extremos siti erant, ita ut a civitate Frankfurt ad Moenum recta via usque ad civitatem Kassel amplum territorium absque

[1] Bürvenich, *Annales* cit., 611. — [2] *Chronol. Prov.* § X. — [3] Acta capitularia ad a. 1656.

domibus fratrum inveniretur, quo factum est ut Thuringia ipso situ in duas partes divideretur. Cumque ex ditione intermedia, conventibus carente, nullus candidatus provinciam ingrederetur, ceteri vero fratres in conventus solo natali proximiores in genere mitterentur, sensim sine sensu dualismus quidam in Provinciam irrepsit, qui paulatim anno 1762 divisionem provinciae adduxit.

Ipsa divisio a Clemente Panormitano, Ministro Generali, ita perfecta est, ut utraque pars, situ ipso separata, in novam provinciam erigeretur [1]. Pars meridionalis, qui vetus nomen absque ulla mutatione retinuit, 13 conventus complexa est: Fuldensem scilicet, Episcopiensem ad Tuberam, Miltenbergensem, Hammelburgensem, Mosbacensem, Volkersbergensem, Worbianum, Schillingsfürstensem, Salismonasteriensem, Schwarzenbergensem, Sinsheimensem, Dermbacensem et Spalatinum, dum parti septentrionali, quae abhinc Provincia Thuringiae Inferioris audiebat, 7 conventus: Limburgensis, Wetzlariensis, Hadamariensis, Hachenburgensis, Montaburanus, Mariaevallensis ad Siegam et Attendornensis necnon residentia Friesenhagensis adiudicarentur.

Ab anno 1762 solum de rebus gestis partis meridionalis sermo erit ad quam iura veteris Thuringiae transierant. Historia de eadem usque ad saecularisationem saeculi XIX extraordinaria non transmisit, si excipias, quae anno 1773 acciderunt. Hoc videlicet anno conventus Neoburgensis ad Danubium in Palatinatu Neoburgico necnon residentia Beilngries in principatu ecclesiastico Eistettensi, quae anno 1769 ab Electore Bavarico a Provinciae Bavariae exclusa erant [2], Provinciae Thuringiae incorporari petierunt, sed iam anno 1778, electore Bavarico defuncto, iterum ad provinciam matrem redierunt.

Paucis decenniis post, Provincia hucusque florescens internecioni dedita videbatur, cum nefasti undique effectus magnae perturbationis Gallicae, bella continua, rerumque et finium politicorum eversiones creberrimae, novorumque dominorum et principum in religiosos infensus animus saeculo XIX ineunte asyla pietatis omnino delere studerent et conarentur [3].

Circa annum 1805 conventus Worbianus [4] et anno 1809 conventus Mosbacensis, Episcopiensis ad Tuberam et Sinsheimensis, qui mutatione dominii temporalis partim ad regnum Borussiae partim ad magnum ducatum Badeniae devenerant, a nexu Provinciae soluti sunt, quod eodem fere tempore conventibus Miltenbergensi, Schillingsfürstensi, Schwarzenbergensi et Spalatino contigit, qui regno Bavariae incorporati erant. Iidem conventus a matrice separati quasi omnes ad emoriendum condemnabantur.

Anno 1814 conventus Mosbacensis, Sinsheimensis et Spalatinus iam erant suppressi, conventus in ditione Fuldensi exsistentes, videlicet Hammelburgensis, Fuldensis, Volkersbergensis, Salismonasteriensis et Dermbacensis sub Vicario provinciali adhuc perstabant, quia politici sic dicti Congressus Viennensis de divisione territorii Fuldensis adhuc litigabant; ceteri conventus cum missionibus nexu cum Provincia carebant, et ob Patrum penuriam interdictamque novitiorum receptionem agonizabant.

[1] Cf. *Chronologia hist.-legalis*, IV, Romae 1795, 420-1. — [2] Cf. Minges, 170. — [3] Sequentia maiorem ad partem ex SN. Status nationis Germano-Belgicae 1814 et 1815. (Relatio Commissarii generalis ad Ministrum Generalem). — [4] Knieb, *Das Franziskanerkloster* etc. apud *Beiträge z. Gesch. Säch. Prov.*, III, 1911, 97.

Divisione principatus Fuldensis anno 1815 peracta, conventus Hammelburgensis et Volkersbergensis Bavariae obtigerunt, conventus Dermbacensis ducatui Sachsen-Weimar, et conventus Fuldensis ac Salismonasteriensis electoratui Hassiae (1816) [1].

Dum vero priores tres conventus a dominis territorialibus statim ad emoriendum destinati fuere, duo conventus posteriores, a gubernio Hassiaco in exsistentia sua confirmati, miserae reliquiae florentis olim Provinciae permanebant.

Sortes domorum diversae erant. Conventus Mosbacensis, Sinsheimensis et Spalatinus iam non erant, uti notavimus. Deinde anno 1822 conventus Schillingsfürstensis [2], anno 1823 conventus Episcopiensis ad Tuberam [3], 1824 conventus Worbianus [4] de facto suppressi sunt, quod eodem fere tempore conventui Dermbacensi accidisse videtur.

Conventus Hammelburgensis, Volkersbergensis et Miltenbergensis anno 1826 a Ludovico I, rege Bavariae, unacum aliis conventibus in Bavaria Septentrionali exsistentibus, iussi sunt Provinciam Franconiae constituere, quae tamen durare non valuit, quare anno 1834 cum Provincia Bavariae coadunati sunt. Conventus Schwarzenbergensis anno 1836 eidem Provinciae adiunctus, sed paulo post anno 1866 Conventualibus traditus est [5]. Dum igitur conventus priores perierunt absque spe resuscitandi, quattuor posteriores adhuc hodie perdurant, etsi a matre sua avulsi.

Thuringia vetus in solis duobus conventibus Fuldensi et Salismonasteriensi exsistentiam suam prorogabat, usquedum auctoritate Apostolica ambo cum provincia Saxoniae coadunarentur, quod factum est anno 1853 [6]. Sed iam an. 1855 ambae domus a S. Sede tamquam Custodia Thuringiae iterum sui iuris factae sunt, quia sortes Religiosorum sensim sine sensu in melius mutari videbantur.

Revera ex ruinis nova vita florescere coepit, novae domus duobus conventibus antiquis aggregatae sunt [7], scilicet: Anno 1868 residentia in vico Ottbergen prope Hildesheim; anno 1869 residentia in vico Stetten prope Hechingen; anno 1873 residentia Mariaevallensis ad Rhenum.

Ast graviora adhuc divina Providentia decreverat. Persecutio Ecclesiae Catholicae « Kulturkampf » vocata, omnes Religiosos e limitibus Borussiae exturbavit, et sic Provincia Thuringiae in Germania inde a Iunio anni 1875 omnino disparuit.

Plurimis difficultatibus superatis, demum fratres in Statibus Foederatis reipublicae Americae Septentrionalis consederunt et paulatim pedem fixerunt. Anno 1876 residentia Croghan in statu New York et domus Patersonensis in statu New Jersey ortae sunt, quibus anno 1880 residentiae Butler in statu New Jersey et Denver in statu Colorado accesserunt.

Ita Provincia Thuringiae, cui de iure territorium Thuringiae in Germania competebat, de facto in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis exsistebat.

Ecclesia Germaniae denique pacificata, Fratres Thuringiae statim in patriam suam contenderunt. Postquam ab anno 1884 duo vel tres Patres privatim conventum Fuldensem inhabitarunt [8], legibus iniquis mitigatis, die 4 Octobris 1887 hunc conventum iterum formaliter ceperunt; anno 1888 residentiam Ottbergensem et

[1] Bihl, 212. — [2] Minges, 268. — [3] Bihl, *Geschichte des Franziskaner-Gymnasiums zu Tauberbischofsheim*, Fulda [1907] 23. — [4] Zehrt, *Eichsfeldische Kirchengeschichte des 19. Jahrh.*, Heiligenstadt 1892, 166. — [5] Minges, 282-288. — [6] Bihl, *Gesch. d. Franziskkl. Frauenberg*, 224. — [7] Sequentia ex archivo recentiore provinciae et e relatione R. P. Maximiliani Brandys, Ex-Ministri Provinciae. — [8] Bihl, l. c. 236 seqq.

Mariaevallensem ad Rhenum instaurarunt. Anno 1890 novae residentiae in Bornhofen ad Rhenum et Gorheim prope Sigmaringam fundatae sunt; anno 1892 residentia Ottbergensis et anno 1894 residentia Gorheimensis conventus titulum acceperunt; item conventus Salismonasteriensis iterum formaliter captus est.

Eodem anno 1894 Custodia Thuringiae iterum in Provinciam Ordinis erecta est [1]. Anno 1895 Collegium Seraphicum in Watersleyde prope Sittard in Hollandia erectum est.

Anno 1899 Provincia Thuringiae incorporatione conventus Metensis [2] atque ipsius residentiae Lutterbacensis, novum incrementum accepit. Conventus Metensis, qui a Provincia Obs. S. Ludovici in Gallia fundatus fuerat an. 1888 [3], et inde ab anno 1891 Ministro Generali immediate suberat, una cum suo Collegio Seraphico adnexo et Novitiatu proprio, 55 religiosos tunc numerabat. Sed residentia ipsius in Lutterbach a gubernio non approbata anno 1905 iterum cessavit.

Anno 1901 domus Americanae, quibus interim residentiae Obernburgh (1892) et Callicoon (1895) in statu New York accesserunt, a domibus Germaniae separatae et cum conventibus PP. Hibernorum exsistentibus in illis partibus in Provinciam Ss. Nominis Iesu adunatae sunt, quia periculum suberat, ne illi conventus Hiberni iterum perirent, nisi hoc modo fulcirentur [4].

Anno 1905 residentia Lubelnensis in Lotharingia fundata est et anno 1906 residentia Mariaevallensis ad Rhenum et Bornhofensis ad numerum conventuum accesserunt. Anno denique 1908 in Lotharingia residentia Gutenbrunn et anno 1909 residentia Hobatzenheim in Alsatia et residentia Kelkheimensis prope Francofurtum ad Moenum originem duxerunt.

Ita Provincia Thuringiae post varios casus post tot discrimina rerum iterum florescit virens atque fortis [5].

* * *

Ut ea, quae in Necrologio continentur, melius intelligantur, pauca lubet addere de illis, quae Provincia tam in cura animarum, quam in scientiis praestitit.

Ditio Provinciae Thuringiae anno 1633 resuscitatae fere omnino a Protestantibus habitabatur; si enim principatum Fuldensem excipias, sola territoria ad fines Provinciae sita catholica erant. Cumque Provincia ipsa tempore contrareformationis erigeretur, mirum non est, quod omnem laborem missionibus inter protestantes adhiberet. « Provincia Thuringiae », ita P. Lambertus van den Weyer, Minister Provincialis ad S. Congregationem de Propaganda an. 1651 scripsit, « .... quasi .... in .... haereticorum medio sita nunquam cessavit nec cessat per fratres et filios suos in terris haere-

[1] Cf. *Acta Ord. Minorum*, XIII, 1894, 84-5. — [2] Cf. *De novo Conventu Metensi* ap. *Acta Ord. Min.*, XI, 1892 60-62. — [3] Othon de Pavie, O. F. M., *L'Aquitaine Séraphique*, IV, Tournai 1907, 323, 330. — [4] *Acta O. M.*, XX, 1901, 168-9. — [5] Cf. Provinciae Schematismos, qui inde ab an. 1897, prodierunt e Provinciae typographia in Conventu Fuldensi Montis Mariani, quorum paenultimus prodiit: *Schematismus Provinciae Thuringiae S. Elisabeth Ord. FF. Minorum dispositus post capitulum provinciale anno Domini 1909*, ibi 1909, in-8°, 20, 18*, IV pp.; ultimus demum: *Schem. Prov. Thur. S. Elis. O. F. M. dispositus post congregationem Cap. intermediam A. D. 1911*, ibidem, 1911, in-8°, 18, IV pp.

ticorum exsistentes catholicos conservare et errantes oves ad caulam Dominici gregis et sanctae Romanae ecclesiae gremium reducere, cum ipsi soli ex omnibus religiosis mendicantibus (duobus tantum locis exceptis) amplissimas illas regiones inhabitent[1] ».

In locis, in quibus fratres pedem fixerant, saepe statim parochiam fundabant, Catholicos in loco et in vicinio superstites congregabant, et conventum suum quasi centrum constituebant, unde etiam regionibus longinquioribus officio divino, praedicatione et doctrina christiana providebatur. Ita Hadamariae, ubi Franciscani primis decenniis suae habitationis totam curam principatus Nassau-Hadamar susceperunt; Friesenhagae, unde tota ditio Hatzfeld-Krottorf et terrae adiacentes pastores suos acceperunt; Hachenburgi, quod per ditionem Sayn-Wittgenstein et dominationes vicinas missiones agebat; Salismonasterii, ubi Fratres non solum curam animarum loci ipsius susceperunt, sed etiam comitatus Isenburgici, Hanoviani (Hanau) et diversarum dominationum minorum, velut Frankensteinicae in Ockstadt-Friedberg.

Ad eundem finem Fratres Thuringiae in Wetzlariam, ad locum Markt-Scheinfeld ditionis Schwarzenberg, Schillingsfürst ditionis Hohenlohe vocati sunt, et postea ad locos Mosbach et Dermbach.

Sed etiam illi conventus, qui in locis quidem, in quibus exstructi erant, curam animarum ordinariam non susceperunt, saltem pro regionibus Protestantium circumiacentibus stationes evaserunt, unde missionarii ad catholicos congregandos et acatholicos convertendos emittebantur. Ita a conventu Attendornensi comitatus Waldeck, Wittgenstein, Nassau-Dillenburg et diversae dominationes liberae, a conventu Limburgensi comitatus Katzenelnbogen, Dietz, Idstein, Runkel et Schaumburg et a conventu Montaburano comitatus Wied evangelizando pervadebantur. Domus Fuldensis et Hammelburgensis in pluribus dominationibus protestantibus Buchoniae et Franconiae, conventus Sinsheimensis in Palatinatu Neoburgico et conventus Spalatinus in principatu Eistettensi et in ducatu Ansbach laborabant.

Summis cum difficultatibus Patres stationes suas retinuerunt. Priusquam e. g. in civitatem Mosbach admitterentur, per duos annos in mola vetustate paene diruta prope civitatem victitabant. Hachenburgi domo eorum combusta, per plures annos in angusto solario et hypocaustulo habitabant[2]. Simul ubique continuis vexationibus a parte acatholicorum et non raro ipsius vitae periculo expositi erant. Nihilominus fortiter et zelose in laboribus suis perstiterunt, quod praeclaris testimoniis adhuc exsistentibus comprobatur. Ita Ioachim a Gravenegg, Princeps Abbas Fuldensis, fratrum « singularem operam, quam in lucrandis animabus navant », extulit, et Cancellaria regiminis Schwarzenberg aedificationem conventus commendans scripsit: « indefessi laboris, dexteritatis et zeli, quo dictus ordo conversionem ac lucrum animarum ad fidei orthodoxae incrementum prae aliis prosequatur, talia esse testimonia, ut consultum duxerit, Illustrissimum Dominum desuper informare ».

Inde evenit ut Thuringiae Fratres uberem sudoris sui mercedem reportarent. Ut pauca commemoremus: spatio annorum 5 totum comitatum Hatzfeld-Krottorf ad sinum Ecclesiae catholicae reduxerunt; parochia Hachenburgensis, quam anno 1658

---

[1] Cf. P. L. Lemmens, *Aus den ersten Jahrzehnten der thüringischen Ordensprovinz*, Fulda 1908, et manuscriptum, quod inscribitur *Chronologia Provinciae Thuringiae*. Cf. Fontes supra V 4, (p. 48). Duo loca supra commemorata erant Francofurtum ad Moenum cum conventu Carmelitarum et Fritzlar cum conventu Conventualium. — [2] Lemmens, *Aus der Werdezeit* etc., 33 nota 1.

cum paucissimis catholicis in loco omnino acatholico fundarunt. 33 annis post iam 500 catholicos communicantes complectebatur; in ditione Schwarzenbergica intra paucos annos civitatem principalem Markt-Scheinfeld cum sex aliis locis ecclesiae recuperarunt; Dermbaci post laborem 40 annorum iam 200 personas ad Confirmationis sacramentum adduxerunt. Difficile non esset talia testimonia successus Fratrum augere, attamen limites nostri tractatus excederet. Notamus solummodo statisticam conversionum ab anno 1698 usque ad annum 1798 in capitulis provincialibus ex officio exhibitam 4509 personas ad fidem conversas numerare [1]. Scitu quoque dignum est Christophorum de Rojas y Spinola, Episcopum Neostadiensem, maximum inter catholicos Irenicum, Provinciae Thuringiae membrum fuisse [2].

Praeterea Fratres Minores Thuringi etiam in partibus catholicis clerum saecularem alacriter adiuvabant, multasque parochias ob sacerdotum penuriam vacantes stabiliter administrabant.

Ita factum est, ut temporum decursu plurimae parochiae constituerentur, partim in regionibus acatholicis (missiones) [3] partim in locis catholicis (stationes) [3], quarum cura spiritualis Fratribus Minoribus Thuringiae stabiliter demandata erat.

Ut exempla adducamus: e conventu Fuldensi spiritualiter et parochialiter providebatur locis: Blankenau, Büchenberg, Burghaun, Dammersbach, Dipperz, Eichenzell, Eiterfeld, Flieden, Kleinlüder, Maberzell, Margarethenhaun, Müs, Neuhof, Niederbieber [4], Rasdorf, Rommerz, Rückers prope Flieden, Rückers prope Marbach, Steinau, Welkers.

E conventu Hadamariensi locis: Offheim, Nieder-Hadamar, Weilburg.

E conventu Hammelburgensi locis: Euerbach, Feuerthal, Fuchsstadt, Hetzlos, Morlesau, Obererthal, Obereschenbach, Ochsenthal, Pfaffenhausen, Schwärzelbach, Untereschenbach, Völkersleier, Weihersfeld, Zeutzleben [5].

E conventu Volkersbergensi locis: Riedenberg, Züntersbach, Werberg, Volkerz, Speicherz, Burkhardroth.

E conventu Miltenbergensi locis: Kleinheubach, Riedern, Schollbrunn etc.

E conventu Schwarzenbergensi locis: Appenfelden, Breitenlohe, Erlabronn, Hüttenheim, Oberköst, Scheinfeld, Schlüsselfeld, Seehaus, Seinsheim, Ullstadt, Wilhermsdorf, et interdum cura animarum militum in civitate Neustadt ditionis Ansbach suscipiebatur.

E conventu Mosbacensi locis Fahrenbach, Hasmersheim, Lohrbach, Sulzbach [6].

E conventu Sinsheimensi locis Düren, Eichtersheim, Hoffenheim, Kirchardt, Neidenstein, Steinfurt, Waibstadt [6].

Pars quoque missionum a Patribus expositis administrabatur velut Bartenstein, Haltenbergstetten, Waldenburg, Waldmannshofen, Kupferzell, Braunsbach et Schweigern in moderno regno Württemberg. — Büchold, Marktbreit, Erlach et Windheim in Bavaria hodierna. — Eschwege et Wanfried in Hassia [6].

Tantum vero abest, ut hic catalogus parochiarum et ecclesiarum filialium a Fratribus Thuringiae administratarum omnibus numeris absolutus sit, ut potius censeamus, eum saltem duplicandum esse, ut ad veritatem propius accedat. Ast neque

[1] Cf. Bihl, 162. — [2] Cf. Acta Capitularia anni 1663. De eo (obiit an. 1695), cf. O. Klopp, ap. *Kirchenlexikon,* XI[2], 550-25; et infra sub die 12 martii. — [3] Sed haec nomina saepe non accurate distinguuntur. — [4] Bihl, 160 sq. — [5] Cf. Minges, 251 sq. — [6] De his cf. Acta Capitularia passim.

putandum est, Provinciam omnibus his parochiis eodem tempore providisse; diverso enim tempore acceptatae et partim etiam post diuturniorem moram clero saeculari traditae sunt. — Brevis hic conspectus facile evincit, Thuringiam semper vocationi suae Apostolicae strenue satisfecisse.

Cultum scientiarum quod attinet, Provincia nostra aliis societatibus religiosis sui temporis inferior non fuit.

Temporis indoli, post Reformationem humanismo deditae, obsecundantes Iesuitae collegia erigebant, in quibus litterae humaniores tractabantur, quod exemplum etiam Franciscani imitati sunt. Provincia Thuringiae in omnibus quasi conventibus tale institutum pro iuvenibus saecularibus fovebat, cuius erectio interdum fratribus tamquam conditio admissionis in civitatem imposita est, velut Attendorniae.

Ita mature gymnasia Franciscalia [1] Limburgi, Attendorniae, Hammelburgi, Episcopii ad Tuberam [2] et Miltenbergae orta sunt, postea gymnasium Schwarzenbergense, Schillingsfürstense, Haltenbergstettense, Mosbacense et ad tempus Montabu-ranum, Marktbreitense, Sinsheimense et Salismonasteriense.

Horum Athenaeorum quaedam non exigua fruebantur fama, velut Limburgense, quod chronista « nobilem palaestram litterariam » appellat [3]. Hammelburgense quod non raro a circiter 200 studentibus frequentabatur [4] et anno 1746 solemniter universitati Fuldensi incorporatum est [5]; Miltenbergense quo undique iuvenes litterarum cupidi confluebant, etiam a regione Aschaffenburgica, quamquam Aschaffenburgi proprium gymnasium exstabat [6].

Etiam aliis in scientiis, praecipue theologicis notatu digna praestiterunt, quo factum est, ut anno 1780 Ordine Iesuitarum suppresso, ad cathedras publicas universitatis Fuldensis vocarentur [7]. E numero virorum maioris momenti adducimus P. Fridericum Stummelium Scotistam, P. Edmundum Baumann, fertilem controversiarum scriptorem, P. Arsenium Rehm, magnum linguarum Orientalium cultorem, cuius nomen multi Codices Arabici hodie Monachii asservati portant [8], denique P. Wolfgangum Schmitt, egregium Canonistam.

Videmus igitur Provinciam Thuringiae semper sedulo laborasse, ut partes expleret, quae ei ad incrementum Ecclesiae Christi concreditae erant. Maiorum igitur nostrorum exempla aemulantes alacriter et nos, vires nostras, prout Creator O. M. nobis divisit mensuram gratiae, operi Dei applicemus, ut Provincia Thuringiae semper vivat, crescat, floreat!

Fontes mei more Germanico parci sunt in encomiis tribuendis, parcior adhuc ego, quippe qui elogia schema aliquod redolentia constanter praetermiserim. Notamus igitur in genere omnes Fratres in hoc Necrologio contentos, paucissimis exceptis, semper fuisse strenuos S. Regulae et Statutorum observatores et sedulos in vinea Domini operarios — in quibus consistit filiorum S. P. Francisci laus summa. Florebat enim in omnibus Provinciis nationis Germano-Belgicae verus spiritus Seraphicus quam maxime, quare observatio sedula et impigra eorum, quae ab omnibus absque indulgentia exigebantur, mihi non videbatur expresse notanda.

[1] Acta Capitularia passim. — [2] De quo Bihl, *Gesch. des Franzisk.-Gymn.;* cf. supra 58, n. 3. — [3] Sebaldus Nüchter, *Varia Memorabilia:* « Conventus Limburgensis ». — [4] Minges, 252. — [5] *Chronog. Prov.* § XV. — [6] Minges, 252. — [7] Bihl, *Gesch. d. Fr. Frauenberg,* 138 sqq. — [8] De his cf. Bihl 136 sq.

NECROLOGIUM.

IANUARIUS

I.

A.[1] 1674 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Fridericus Staubach, Vicarius, sacellanus urbicus, sacerdotii anno 5. — Ipse quondam a conventu Schwarzenbergensi ad Dettelbacensem proficiscens duos milites haereticos obvios habuit, qui illusum convitiisque affectum ita graviter vulnerarunt, ut prope exanimis concideret. Nihilominus iterum convaluit, ut in servitio pestiferorum consecuturus esset martyrium amoris, cui denegatum fuit martyrium sanguinis[2].

1735 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Fridericus Lambi, Tertiarius professus, aet. a. 62, professionis a. 26[3].

1805 obiit in Conventu Mosbacensi V. P. Burchardus Rammes Grünsfeldensis, iubilarius ordinis aet. a. 71, prof. a. 50, sac. a. 47, quondam Guardianus Mosbacensis (1788-91).

1825 obiit in conventu Fuldensi Fr. Elias Auth, Fuldensis, laicus, sutor et coquus, aet. a. 75, prof. 58.

II.

1655 obiit in conventu Limburgensi Fr. Servatius Noël laicus, sartor[4].

1728 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Leonardus Vaith laicus, aet. a. 28, prof. a. 6[5].

1738 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Berardus Schmidt, Frickenhusanus, aet. a. 56, prof. a. 35, sac. a. 32[6].

1759 obiit in Leichtersbach V. P. Accursius Heim, Episcopiensis ad Rhönam, aet. a. 65, prof. 55, sac. 33, ex conv. Volkersbergensi quondam magister (1708-13) atque praefectus scholarum (1713-14; 1717-19) in gymnasio Franciscali Hammelburgensi, et concionator urbicus Mosbacensis (1726-28)[7].

1799 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Matthias Matthes, Schippacensis, laicus sartor, iubil. ord. aet. a. 80, prof. 52.

1855 obiit in conventu Fuldensi V. P. Florentius Weichlein, Fuldensis, aet. a. 60, prof. 42, sac. 36.

---

[1] En abbreviationes saepius in Necrologio isto occurrentes: a.=anno (anni); aet.=aetatis; duodenn.=duodennalis (guardianus); conv.=conventus (conventu etc.); em.=emeritus; iub., iubil.=iubilarius; ord.=ordinis; prof.=professionis; prov.=provincialis; provinciae; sac.=sacerdotii. — [2] Cf. Hueber, 867; Minges, 263. — [3] Deest in F et S; invenitur tamen in Misc. II. et AC ad annum 1734. — [4] Deest in F; L die 4 huius. — [5] S vocat eum sacerdotem; V die 8 huius sine anno. — [6] V vocat eum « Bernardum »; F 8. huius; Misc. II. die 3. huius. — [7] Deest in S.

1849 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Aloysius Merz, Fuldensis, aet. a. 58, prof. 38, sac. 34, qui aliquando parochum Salismonasteriensem (1831-40) Guardianum Fuldensem (1840-47) et curatum militum ibidem (1841-47) egit, praefuitque residuis Provinciae post saecularisationem titulo Directoris (1842-47).

III.

1680 obiit in conventu Montaburano V. P. Eucharius Balthassar, Kochemensis, sac. a. 1.

1682 obiit in conventu Worbiano V. P. Adam Adami, Neostadiensis ad Salam, sac. a. 2.

1727 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Ioseph Katzenberger, laicus, aet. a. 70, prof. 45 [1].

1751 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Ioseph Straven, laicus, aet. a. 73, prof. 46 [2].

1759 obiit in conventu Worbiano V. P. Ioannes Langenbach, Limburgensis, aet. a. 69, prof. 59, sac. 55, curatus copiarum militarium Fuldensium [3], (1719-26), parochus Wetzlariensis (1714-16), concionator summae aedis Fuldensis (1717-25), ac sacellanus domesticus D. Generalis de Buttlar (1728).

1747 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Adolarius Engelhard Lutterensis, aet. a. 55, prof. 35, sac. 31, quondam Superior residentiae Spalatinae (1726-28) et Guardianus Mosbacensis (1729-32), Schillingsfürstensis (1734-37) atque Worbianus (1738-41). Praeterea bis munere Secretarii Provinciae functus est (1732-34; 1737-38).

1796 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Hugo Weber, ex Hilders, aet. a. 45, prof. 18, sac. 15.

IV.

1691 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Hubertus Ceulemans, laicus [4].

1704 obiit in Obermörlen in Wetteravia V. P. Hermanus Wiesenbach, Siegenensis, ex conventu Wetzlariensi, aet. a. 55, prof. 31, sac. 28, qui parochiam Obermörlensem administrabat [5].

1765 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Panthaleon Schaupp, Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., Guard. duodennalis, aet. a. 74, prof. 54, sac. 50. Ipse magistri (1714-19) et praefecti scholarum (1719-20) munere in gymnasio Franciscali Limburgensi functus est, et parochiam Schillingsfürstensem administravit (1720-26), fuitque Praeses (1726-28) et Guardianus (1746-47) Schwarzenbergensis, atque praeterea Guardianus Schillingsfürstensis (1731-34), Episcopiensis ad Tuberam (1735-38), Salismonasteriensis (1740-41), Mosbacensis (1741-43) et Dermbacensis (1744-46) [6].

---

[1] S eum vocat sacerdotem. — [2] Ita CE et AC ad annum 1731; S, F: « Strauben » V: « Strauphen ». — [3] Tabulatus demum ab anno 1720. Bihl, 157 sq. — [4] V « Kölemans ». — [5] Ita AP. ad annum 1704. — [6] F die 5 huius.

1778 obiit in conventu Neoburgensi ad Danuvium A. V. P. Daniel Fischer, Lect. em. aet. a. 49, prof. 31, sac. 25, ex Neoburgensibus anno 1775 Provinciae nostrae incorporatis. Post receptionem in Thuringiam agebat Lectorem Theologiae (1774-76), atque Guardianum Neoburgensem (1776-77) et Spalatinum (1777-ad mortem?) [1].

1781 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Heribertus Burger, Miltenbergensis, ord. et sac. iub., aet. a. 80, prof. 55, sac. 52, quondam Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1746-49) et Praeses residentiae Friesenhagensis (1750-55).

V.

1728 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Henricus Kreppel, Praeses actualis, aet. a. 62, prof. 48, sac. 42, postquam officio magistri (1692-97) et praefecti scholarum (1697-1700) in gymnasio Franciscali Attendornensi, et officio Guardiani Salismonasteriensis (1722-25) functus est ac bis residentiae Friesenhagensi praefuit (1716-17; 1726 ad mortem) [2].

1767 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Nicolaus Simon, Worbianus, laicus sutor, aet. a. 75, prof. 46.

1791 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Reinhardus Wigand, Borschensis iub. ord. et sac. aet. a. 77, prof. 55, sac. 51.

1797 obiit in conventu Volkersbergensi A. R. P. Peregrinus Jansen Wildenburgensis, Ex-minister Prov., Guard. duodenn., aet. a. 64, prof. 47, sac. 42. Cum guardianatu Miltenbergensi (1774-76), Hammelburgensi (1779-80), Worbiano (1780-82) et Spalatino (1785-88) atque munere Secretarii Prov. (1788-89) et Definitoris (1782-85; 1788-91) functus esset, Minister Provincialis electus est, rexitque Provinciam a 12 Iunii 1791 usque ad 8 Iunii 1794. Fuit vir vere religiosus et exemplaris [3]. Quam bene gesserit Provincialatum, demonstrat eius dictum: « Timebam, inquit, ne assumptus ad ministerium extraneus fierem fratribus meis, nunc autem patris loco color [4] ».

VI.

1662 obiit Parisiis in conventu Recollectorum Fr. Balthassar Eberhard, laicus, socius A. R. P. Philippi Hoegel Ministri provincialis, qui Frater a capitulo Generali in Hispania peracto rediens, ibidem mortuus est [5].

1685 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Arnoldus Coninex, laicus ord. iub., prof. a. 55 [6].

1720 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Agapitus Finger, Lect. em., aet. 54, prof. a. 36, sac. 30, qui paulo ante mortem ex provincia Argentinensi ad nostram transierat [7].

---

[1] V die 11 huius. — Cf. p. 57 l. 16 sqq. — [2] Deest in V. — [3] BV. — [4] SH ad annum 1797. — [5] A capitulo generali Toletano (1658) ideoque diu aegrotasse videtur. Iuxta Liebler ad annum 1661, iam a. 1661 obiit, quod fortassis verisimilius erit; S. die 5 huius « Oberhard » AC ad annum 1663 Everard. — [6] S die 5 huius « Coninck »; AC Koening V. Koninx; ipse se signat nomine supra posito. — [7] AC 1719; S die 5 huius.

VII.

1656 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Chrysostomus Hein Fuldensis, Definitor actualis, prof. 14, qui anno 1655 a P. Josepho Bergaigne in primum definitorium Provinciae nostrae relatus erat [1].

1681 obiit in conventu Hachenburgensi V. P. Felicianus Sell [2].

1755 obiit in Vockenhausen prope Limburgum V. P. Totnanus Rohner aet. 59, prof. 19, sac. 15, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Limburgensi (1720-22) et praefectus in gymnasio Episcopiensi ad Tuberam (1725-26) [3].

1768 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Magnericus Mohr Egenhusanus, Guard. em., aet. 60, prof. 45, sac. 39, postquam magistri scholarum officio in gymnasio Franciscali Limburgensi (1732-34) et Miltenbergensi (1734-35), necnon munere concionatoris summae aedis Fuldensis (1746-47), item guardianatu Hadamariensi (1749-50), Wetzlariensi (1750-52), Montaburano (1755-56), Mosbacensi (1766-67) et Miltenbergensi (1758-61; 1764-66) functus, et bis Definitor Provinciae electus est (1762-65; 1767 - ad mortem).

VIII.

1698 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Valentinus Lesch, laicus, aet. 65, prof. 32 [4].

1715 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Cornelius Duysens, aet. 45, prof. 24, sac. 21, quondam magister (1695-1700) et praefectus scholarum (1700-01) in gymnasio Franciscali Limburgensi [5].

1814 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Adalbertus Soeder, Thulbensis, activissimus in vinea Domini [6], aet. 52, prof. 12, sac. 8.

IX.

1662 obiit in conventu Fuldensi Fr. Antonius Meuwrer, laicus, aet. 58, prof. 27 [7].

1695 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Henricus Stummelius, Olpensis, aet. 67, prof. 44, sac. 42, quondam instructor novitiorum (1656-57) necnon Guardianus Hachenburgensis (1667-70) et Miltenbergensis (1672-75) [8].

1778 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Philibertus Wiederhold, Limburgensis, ordinis iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 49, quondam Guardianus Salismonasteriensis (1747-49) ac Mariaevallensis (1749-50).

1792 obiit in conventu Spalatino V. P. Engelhardus Schmauser, Leibenstadtensis, ordinis iub., aet. 74, prof. 51, sac. 49 [9].

1805 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Franciscus Weber, a Walldürn, laicus hortulanus, aet. 61, prof. 35.

---

[1] S die 6 huius; V et F vocant eum « Christophorum ». — [2] S falso dicit eum Hammelburgi esse mortuum die 6 huius; deest in V. — [3] S die 6 huius. — [4] BV « Leschert ». — [5] S die 7 huius. — [6] SN ad annum 1814. — [7] S die 7 huius. — [8] S die 7 huius. — [9] V die 12 huius.

1809 obiit in conventu Worbiano V. P. Floribertus Bertig, Fuldensis, aet. 40, prof. 22, sac. 18, vir zelosus et exemplaris[1], cuius symbolum erat: « In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum[2] ».

1827 obiit in Langenschwarz prope Fuldam V. P. Paschalis Jaeckel, Fuldensis, aet. 66, prof. 47, sac. 45; ultra 50 annos ibidem zelosus et fidelis in vinea Domini operarius[3].

1892 obiit in nosocomio Fuldensi V. P. Alphonsus Jordan, Geismariensis, actualis Praeses residentiae Mariaevallensis ad Rhenum (1890 usque ad mortem) aet. 60, prof. 35, sac. 31; antea Praeses Ottbergensis (1870-72) et Discretus Custodiae (1890-91).

X.

1676 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Christophorus Conincx[4], Trajectensis, sac. anno 30, qui quatter residentiam (1650-52; 1655-57; 1660-61; 1667-70) et parochiam (1650-52; 1655-57; 1660-61; 1667-70) Salismonasteriensem rexit, item residentiae Friesenhagensi praeerat (1665-66) gessitque guardianatum Fuldensem (1659-60), Montaburanum (1672-73) et Episcopiensem (1673-74)[5]. Vir erat constans et fortis, qui in vindicandis proventibus parochiae Salismonasteriensis a D. de Hutten-Stolzenberg verbera et carcerem perpessus est.

1687 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Iacobonus Marchandise laicus, aet. 50, prof. 27[6].

1659 obiit in conventu Montaburano V. P. Franciscus Laurentii a Sancto Trudone, quondam Guardianus Gelnhusanus (1645-46) et Definitor Provinciae (1646-49)[7].

1741 obiit in conventu Limburgensi A. R. P. Ludovicus Eisenbach Villmariensis[8], Ex-Minister Provinciae, Guard. et Lect. em., ordinis iub., aet. 71, prof. 51, sac. 46. Cum philosophiam (1695-98), et theologiam (1698-1705) docuisset guardianatum Schillingsfürstensem (1705-07), Hammelburgensem (1710-11) ac Worbianum (1707-08; 1711-13; 1716-19) gessisset, necnon officio Definitoris (1719-22) et Custodis (1731-34) functus esset, praefuit Provinciae a die 21 Iunii 1722 usque ad diem 20 Iunii 1725.

1747 obiit in conventu Montaburano V. P. Iulianus Fuchs Limburgensis, Vicarius, aet. 49, prof. 30, sac. 25[9].

1772 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Rogerius Scheffer, Waibstadtianus, aet. 39, prof. 18, sac. 16[10].

XI.

1674 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Wolfgangus Quast, Siegenensis, Minister provincialis actualis, aet. 50, prof. 30, sac. 28. Postquam primus Commissarius Terrae Sanctae Provinciae nostrae (1666), ter Guardianus Ham-

[1] SN ad annum 1809. — [2] BW — [3] BF. — [4] ita ipse se signat. V « König » F « Cöninck » S « Winck ». — [5] S die 8 huius. — [6] S die 8 huius, V falso † anno 1681. — [7] S die 8 huius, V falso † 1655. — [8] F die 16 huius; S die 8 huius. — [9] S die 8 huius. — [10] S et V: « Schaefer ».

melburgensis (1657-60; 1663-66; 1669-72) bisque Definitor (1660-63; 1666-69) fuit, a die 21 Februarii 1672 usque ad mortem Provinciam gubernavit [1].

De ipso scribit chronista: Zelus, quo P. Wolfgangus pro animabus lucrandis urgebatur, per totum principatum Fuldensem claret, quippe quia vir ille indefessus in confessionibus excipiendis et concionibus habendis totum saluti proximorum se dedit, quam ut consequeretur, nullam verebatur adversitatem [2]. Magnus erat poenitentiae praedicator per Franconiam afflictorumque consolator studiosus [3]. In dignitatibus constitutus, fratribus suis bonum se praebuit superiorem, praecipue infirmis, quibus curandis omnem operam studiumque adhibuit. Pro incremento Provinciae, quam in capitulo anni 1672 familiae Recollectorum adiunxit [4], ingentes suscepit labores [5].

Cum esset Minister provincialis, aliquando Colonia rediens ad locum Rüntzel [6] prope Attendorn simul cum sociis suis in manus militum Brandenburgicorum praedantium incidit, qui eis illusis mortem minabantur, usquedum candidatus quidam iuris, Westphalus, eos redimeret, dato in pretium gladio suo pretioso [7].

Quo ex tempore P. Wolfgangus infirmus factus, pauloque post, omnibus lugentibus mortuus est, postquam filiis suis tamquam alter Iacob benedixit [8]. Sepulchrum eius ornatum est hoc Epitaphio:

Quem
Populus et Clerus dilexit
Eheu!
Hoc sub lapide delitescit:
A. R. P. F. Wolfgangus Quast
FF. Min. Recoll. Provinciae Thuringiae
actualis
Minister Provincialis
Magnus Disciplinae Religiosae Zelator
Ac egregius
Verbi Divini per Franconiam Praedicator
Communis
Male pressorum ac Moerentium consolator
Huius Ecclesiae et Conventus Palaeopolitani
Ad sanctos Auxiliares Hammelburgiorum
Labore et sudore strenuus Fundator [9].

1687 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Arnoldus Thenarts, Guardianus actualis, sac. 28, qui philosophiam (1661-66) et theologiam (1666-67; 1672-73) tironibus tradidit, guardianatum Montaburanum (1667-72), Hachenburgensem (1673-74) et Hadamariensem (1674-77; 1680-83; 1686-mortem) administravit simulque Cels. Principi de Nassau-Hadamar a servitiis fuit (1674?-mortem?) [10] et bis in definitorium Provinciae receptus est (1677-80; 1683-86) [11].

---

[1] S die 9 huius. — [2] Liebler ad annum 1674. — [3] Minges 264. — [4] AC. — [5] Liebler ad annum 1674. Bihl, 57, 68, 125. — [6] Hunc locum invenire non potui; forse idem est ac « Rünthe » in satrapia Arnsberg. — [7] Hueber, 867; Bihl, 133; Minges, 264; Liebler ad annum 1673. — [8] Liebler ad annum 1674. — [9] Hueber, 855. Scripsit libellum: *Das wunderbarliche Leben dess Heiligen Petri von Alcantara*, Fulda 1670; Minges, 257. — [10] Tabulatus ab anno 1677-80. — [11] S die 9 huius.

1774 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Capistranus Seuffert, Virnspergensis, clericus sacerdos, aet. 26, prof. 5, sac. 2 [1].

1776 obiit in conventu Worbiano V. P. Robertus Beck Arnsteinensis, aet. 54, prof. 15, sac. 10 [2].

1796 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Carolus Hertwig, Worbianus, laicus coquus, aet. 65, prof. 55 [3].

1798 obiit in statione Hasmersheim V. P. Hermenegildus Zimmermann Sannerzensis, curatus ibidem (1766-98), aet. 60, prof. 45, sac. 38 [4].

1814 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Leonardus Lillinger Salismonasteriensis, aet. 46, prof. 26, sac. 22, qui zelo lucrandarum animarum typho aegrotantium incensus, tandem eadem febri consumptus est [5].

1871 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Hermannus Fink Fuldensis, cooperator parochiae aet. 55, prof. 35, sac. 31.

XII.

1655 obiit in conventu Fuldensi Fr. Hubertus Quadbach, clericus, studiosus theologiae, aet. 22, prof. 4 [6].

1689 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Georgius Schupp Limburgensis, Vicarius, sac. 16 [7].

1803 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Linus Bayer Zirkenbacensis laicus hortulanus, aet. 55, prof. 26.

XIII.

1694 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Adrianus Segers, laicus, ord. iub., prof. 55 [8].

1708 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Lambertus Hendrix, laicus [9].

XIV.

1757 obiit in conventu Hachenburgensi V. P. Lubentius Fickermann Wertensis, iub. ord. et sac., aet. 75, prof. 55, sac. 52, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Attendornensi (1707-11).

1811 obiit in missione Mosbacensi V. P. Nicolaus Kaeflein Hardheimensis, praeses actualis (1809?-mortem), aet. 51, prof. 28, sac. 25.

1877 obiit in conventu Ismailiae in Aegypto Fr. Clemens Kraus a Rossdorf, laicus aet. 42, prof. 18.

XV.

1674 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Wilhelmus Witte, laicus, socius P. Wolfgangi Quast, Ministri provincialis, cum hic prope Attendorn in manus militum Brandenburgicorum incideret [10].

---

[1] Deest in S. — [2] V die 13 huius; BW die 12 huius. — [3] S et SH « Hertwich ». — [4] F falso, eum per 23 annos parochum fuisse tradit. — [5] SN ad annum 1814. — [6] S die 9 huius; BF falso † anno 1665. — [7] S die 10 huius. — [8] S die 10 huius: « Seyers ». F die 14 huius « Sigers ». — [9] Ita AC ad annum 1708; F et S « Henrici » « Henricus » S die 10 huius. — [10] Liebler ad annum 1673; cf. Wolfgang Quast die 11 Ian.; S die 10 huius; V « Bitter ». — Supra 68 l. 12ss.

1694 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Vitus Reuss, laicus [1].

1715 obiit Viennae in Austria V. P. Godefridus Noëtmans, sac. 15, quondam Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1710-11) [2].

1725 obiit in missione Marktbreitensi V. P. Thomas Dichtel, missionarius in Erlach, aet. 29, prof. 8, sac. 4 [3].

1755 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Paulus Wolf, Lect. em., aet. 60, prof, 39, sac. 35, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Limburgensi (1701-04) atque Lector philosophiae (1704-10) et theologiae (1710-16). Anno 1716 a Celsissimo D. Constantino de Buttlar, Principe Abbate Fuldensi, Dermbacum ad catholicos in satrapia Fischbacensi dispersos missus est, quos confessionibus excipiendis, concionibus habendis et pueris catechizandis congregavit. Non obstantibus Protestantium machinationibus et trepidatione Principum Abbatum, Catholicis usum separatae partis coemeterii et ius ad processiones publice celebrandas comparavit, ludimagistrum catholicum Dermbacum adduxit, effecitque, ne ministris Protestantibus amplius officii sui munus apud catholicos obire sportulasque extorquere liceret. Quapropter ab his tamquam interfector gregis Christi « nomine et omine lupus [4] » egregio vexatus est odio, cui quoque post laborem 8 paene annorum cedere cogebatur [5].

1754 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Augustinus Otto Suzenbacensis(?), laicus coquus, aet. 55, prof. 19.

1769 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Emmericus Fromm, Lenterodensis, aet. 68, prof. 47, sac. 44, postquam munere magistri scholarum in gymnasio Franciscali Hammelburgensi (1728-29) ac Attendornensi (1731-32) et Lectoris philosophiae (1734-40) necnon officio Guardiani Dermbacensis (1750-52), Mariaevallensis ad Siegam (1752-55) et Worbiani (1755-58) functus est.

1800 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Eleutherius Anne Kissingensis, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 58, sac. 55.

1808 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Elzearius Schwab Windheimensis, aet. 64, prof. 44, sac. 42.

1819 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Philotheus Grossmann, Miltenbergensis, Guard. em., ord. et sac. iub., senior Provinciae, aet. 89, prof. 68, sac. 64. Hic primo magister scholarum in gymnasio Franciscali Limburgensi (1755-61) et Schwarzenbergensi (1762-64) necnon praefectus scholarum in gymnasio Miltenbergensi (1770-71) fuit et postea Guardianus Volkersbergensis (1771-73) Episcopiensis ad Tuberam (1776-79) et Miltenbergensis (1782-85) ac instructor novitiorum (1773-76) factus, terque Definitor Provinciae electus est (1773-76; 1779-82; 1785-88).

1819 obiit in missione Marktbreitensi V. P. Ioseph Frank Hammelburgensis, Praeses missionis et curatus actualis, aet. 67, prof. 45, sac. 39, postquam missionem Wilhermsdorf (1788-89), Braunsbach (1789-95) et Marktbreit (1800-mortem) administravit ac concionatorem aulicum apud Dominum Comitem de Hohenlohe-Schillingsfürst egit (1795-97) [6].

---

[1] S die 11 huius. — [2] S die 11 huius; AC etiam: Nootmans. — [3] S die 11 huius: « Dichtell ». — [4] Ita Zerbst, superintendens. Lupus germanice dicitur « Wolf. » — [5] Cf. *Hist. pol. Bl.*, tom. 72, 688 sqq., S die 12 huius. — [6] V: † 1820.

1829 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Angelinus Braun Fuldensis, Director Provinciae et Guardianus Fuldensis actualis, aet. 65, prof. 45, sac. 39. Ipse primum munus concionatoris urbici Mosbacensis (1798-1801?), concionatoris aulici apud D. Comitem de Hohenlohe-Schillingsfürst (1801?-1804) et concionatoris ecclesiae cathedralis Fuldensis (1806-15?) obierat, deinde ab anno 1825 usque ad mortem guardianatum Fuldensem administravit et residua Thuringiae saecularizatae laudabiliter gubernavit. Fuit vir maxime devotus et religiosus [1], concionatorque valde disertus atque facetus [2].

XVI.

1675 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Daniel van den Hoffen, laicus [3].

1690 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Massaeus Wagner, laicus [4].

1709 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Melchior Mayr, laicus, ordinis iubilarius, prof. 59; qui cum aliquando e conventu Wetzlariensi Amoeneburgum termini seu eleemosynarum conquirendarum causa peteret, in manus ministrorum et studentium Calvinianorum incidit, qui fustibus et gladiis eum ita male tractarunt, ut vix ad conventum redire valeret [5].

1711 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Andreas Schmitt, Vicarius, sac. anno 28, quondam concionator summae aedis Fuldensis (1692-93) [6].

1735 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Carolus Thielens, laicus, aet. 78, prof. 48 [7].

1742 obiit in conventu Attendornensi V. P. Henricus Thenarts Tungrensis, iub. ord. aet. 74, prof. 55, sac. 46, quondam parochus Hachenburgensis (1714-?) et sacellanus aulicus D. Comitissae de Hatzfeld et Gleichen in Krottorf (1722-?) [8].

1760 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Paulinus Zentgraf Obernistenbergensis [9], ord. iub., laicus hortulanus, aet. 76, prof. 50 [10].

1772 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Ferdinandus Koppstadt Attendornensis, Guard. em. ord. et sac. iubilarius, aet. 74, prof. 55, sac 50. Postquam Praeses residentiae Friesenhagensis (1737-38) fuit, Guardianus Fuldensis (1738-41), quatter Guardianus Salismonasteriensis (1744-47; 1749-52; 1755-58; 1762-65) et bis Definitor Provinciae (1752-55; 1758-61) factus est. Ab anno 1741-65 parochiam Salismonasteriensem egregie administravit, introduxitque feriationem festi S. Sebastiani et octavae Corporis Christi [11].

---

[1] Ita BF. — [2] Cf. Bihl, 154-5; 219. — [3] S die 12 huius. — [4] S die 12 huius F falso † 1693. — [5] Hueber, 865. — S die 12 huius. — [6] S die 12 huius. — [7] S die 12 huius. — [8] S die 12 huius. — [9] Hunc locum invenire non potui, forse idem est ac Nister prope Hachenburg. — [10] S die 16 Febr. F † anno 1758. — [11] HK. Scripsit: *Nützliche Seelenweid oder andächtiges Gebett- und Gesang-Büchlein. In drei Weidgängen eingetheilt, wo in ersterem die zarte und auferwachsene Jugend zum Sitten- und Tugendsamen Leben eingeführet wird, im zweiten alle und jede ihrer Andacht pflegen und dann im dritten mit freudigem und andächtigem Hertzen Gott loben und preisen können, In kurtzen Begriff zusammengetragen und seinen lieben Pfarr-Kindern zum nützlichen Gebrauch mitgetheilet von einem gegen seine Herd sorgsamen Catholischen Hirten,* Fulda 1747. — Patet ex praefatione libri auctorem esse Fratrem Minorem, signans nomen F. F. K., i. e., uti plane videtur, Fr. Ferdinandus Koppstadt.

1776 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Godefridus Wankel Hammelburgensis, Concionator em., aet. 64, prof. 45, sac. 40, qui in gymnasio Franciscali Limburgensi magistrum (1738-40) et praefectum scholarum (1740-41) egit necnon ter Concionator urbicus (1744-50; 1752-67; 1770-73) et bis Guardianus (1763-64; 1767-70) Episcopiensis ac semel Definitor Provinciae (1764-67) factus est.

1784 obiit in conventu Spalatino V. P. Edilbertus Fugmann Königheimensis, aet. 55, prof. 33, sac. 29 [1].

1861 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Augustinus Deuschle Fuldensis, laicus aet. 75, prof. 48 [2].

XVII.

1664 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Didacus Bergerhausen, laicus aet. 57, prof. 13, in terminis semper fidelis et laboriosus, domi nunquam otiosus, ad laborem omnem paratus, nunquam superioribus contradicens vel moram faciens, nihilque orationi subducens mane et sero orationi visus est instare [3].

1692 obiit in conventu Attendornensi A. V. P. Ludovicus Jungen, Praeses residentiae Friesenhagensis, sac. anno 20, postquam guardianatum Wetzlariensem (1679-80) et Mariaevallensem (1685-86) administravit, concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1686-87) et residentiae Schillingsfürstensi (1680-81; 1683-85) ac Friesenhagensi (1689-mortem) praefuit [4].

1735 obiit in missione Schweigern V. P. Gregorius de Mündre, missionarius, aet. 70, prof. 47, sac. 44, quondam Guardianus Mosbacensis (1713-16) et concionator urbicus ibidem (1716-17) [5].

XVIII.

1705 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Dominicus Lücken Vicarius, sac. 35, qui antea Praeses Friesenhagensis (1683-86), ac Guardianus Volkersbergensis (1692-95) et Montaburanus (1700-03) fuerat.

1714 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Augustinus Wolst Hammelburgensis, Guard. duodenn., aet. 65, prof. 45, sac. 41, qui bis Guardianus Fuldensis (1702-07; 1710-11) ac semel Definitor Provinciae (1707-10) electus est atque ab anno 1711 usque ad mortem Celsiss. D. Principi Abbati Fuldensi, D. Adalberto de Schleifras a confessionibus fuit [6].

1768 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Geminianus Schürer, Gauretter sheimensis, laicus aet. 42, prof. 15 [7].

1779 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Nivardus Dieterich Giboldshusanus, Clericus Diaconus, aet. 25, prof. 3.

1795 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Accursius Zeyer Brückenaviensis, ord. et sac. iubil., Concion. em., aet. 73, prof. 54, sac. 50.

1812 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Victorianus Manuel Hammelburgensis, iubil. ord., aet. 71, prof. 51, sac. 47.

[1] F die 17 huius. — [2] F die 18 huius. — [3] Liebler ad annum 1665. S die 13 huius. — — [4] F et S die 13 huius. V dicit cum † Friesenhagi. — [5] S die 13 huius. F « de Mintere ». — [6] BF; S die 14 huius « Woltz ». — [7] F « Scheurer ».

XIX.

1731 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Balthassar Topetz, laicus, aet. 53, prof. 21 [1].

1758 obiit in conventu Fuldensi V. P. Aegidius Hartmann Bessinganus, sacellanus aulicus et curatus in Eschwege apud D. Lantgravium de Hessen-Rheinfels (1750-ad mortem?), vir valde exemplaris et omnibus acceptissimus, aet. 44, prof. 23, sac. 20; sepultus est in coemeterio Horaviensi [2].

1768 obiit in conventu Fuldensi V. P. Andreas Reidelbach Frauenrodensis, aet. 44, prof. 20, sac. 16, quondam in gymnasio Franciscali Episcopiensi scholarum magister (1752-53) et praefectus (1753-58) atque curatus militum Fuldensium (1763-a. mort.) et Director pannificii (1766-ad mortem).

1792 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Cassiodorus Mahr Islingensis, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 55, sac. 52. [3].

1799 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. David Hornung Hammelburgensis, aet. 34, prof. 15, sac. 11.

1803 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Otto Roehrig Schwarzenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 73, prof. 54, sac. 51.

XX.

1673 obiit in urbe Friedberg in Wetteravia V. P. Balthassar Offheim, Vicarius conventus Limburgensis, aet. 30, prof. 11, sac. 8, quondam Praeses et Pastor Salismonasteriensis (1670-72) [4].

1736 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Hilarius Hübens aet. 66, prof. 44, sac. 40 [5].

1743 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Hyginus Schlosser, laicus, aet. 53, prof. 25 [6].

1749 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Wendelinus Hildmann Fuldensis, aet. 32, prof. 15, sac. 11. [7].

XXI.

1666 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Benedictus Lauter, Clericus [8].

1741 obiit in conventu Limburgensi V. P. Xystus Dornuff Niederbrechensis, aet. 46, prof. 25, sac. 22 [9].

1769 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Anastasius Ackermann Külsheimensis, iub. ord., aet. 74, prof. 51, sac. 46 [10].

1773 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Wilhelmus Hauck Freudenbergensis, laicus hortulanus, aet. 71, prof. 41.

---

[1] S die 15 huius; CE aet. 56, prof. 24. — [2] BF; V falso † 1768. — [3] S et V « Mohr ». — [4] S die 16 huius; F dicit eum esse † in resid. Friesenhagen. II K scribit eum fuisse paroch. Salism. a. 1671-76 (!) — [5] S die 17 huius. — [6] S die 16 huius. — [7] S die 17 huius. — [8] S die 18 huius. — [9] S. die 18 huius. — [10] F die 23 huius.

XXII.

1654 obiit Coloniae Fr. Iohannes Bergerhausen, laicus [1].

1681 obiit in conventu Attendornensi A. V. P. Clemens Vigener, Guard. em. et act., sac. anno 36, postquam quatter officium instructoris novitiorum (1647-49; 1652-55; 1666-69; 1672-74) et sexies guardianatum Attendornensem (1655-57, 1658-59; 1660-61; 1663-64; 1669-72; 1680-mortem) absolvit atque praeterea Praeses Salismonasterii (1664-66) Guardianus Fuldae (1650-52) et Montaburi (1659-60; 1674-77) quatterque Definitor Provinciae (1652-55; 1660-65; 1672-74; 1677-80) fuit [2].

1722 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Iohannes Kolb Thulbensis, ordinis iub., aet. 75, prof. 55, sac 45, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Attendornensi (1681-85) itemque magister (1686-87) et praefectus (1687-89) in gymnasio Hammelburgensi.

1748 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Hugo van den Acker Trajectensis, iub ord. aet. 71, prof. 50, sac. 45 [3].

1759 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Lucianus Strauss Fladungensis, aet. 57, prof. 35, sac. 31.

1798 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Longinus Knoblach Northeimensis, Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 52, sac. 50, primum missionarius in locis Euerbach (1758-61) et Schweigern (1761-62), deinde concionator aulicus D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst (1762-76), postea Guardianus Mosbacensis (1776-77) ac Guardianus (1777-79; 1782-85) et parochus (1779-88) Schillingsfürstensis, denique Definitor Provinciae (1785-88) et praeses missionis Kupferzell (1788-92).

1814 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Pancratius Krapff ex Bässges, ord. et sac. iub., senior Provinciae, aet. 89, prof. 70, sac. 66.

XXIII.

1757 obiit in conventu Worbiano Fr. Eustachius Hoffius Cambergensis, laicus hortulanus, aet. 62, prof. 38 [4].

1791 obiit in conventu Fuldensi Fr. Ignatius Gref Fuldensis, ord. iub., laicus sutor, aet. 80, prof. 54. [5].

1797 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Iohannes Dieterich Horaviensis, laicus pictor, aet. 60, prof. 25, qui socius P. Dorothei Eppt, Agentis generalis, per 6 annos Romae morabatur (1766-72), ubi pictoriam artem didicit, cuius amore iam a puero flagravit [6].

1797 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Petronius Schuler Arnsteinensis, Guard. act., aet. 71, prof. 48, sac. 45. Postquam concionatorem urbicum Miltenbergae (1762-67; 1770-74), concionatorem summae aedis Fuldensis (1767-70; 1774-76) ac curatum militum ibidem (1774-76) egit, factus est Guardianus Salismonasteriensis (1776-77) terque Guardianus Schwarzenbergensis (1777-79; 1780-85;

---

[1] S die 19 huius. — [2] S die 19 huius. — [3] S die 20. huius — [4] F die 17 et 25 huius V « Hovius ». — [5] V « Gres ». — [6] SII ad annum 1797 et S vocant eum « Ditterich ».

1794-mortem) ac praeses missionis Marktbreit (1785-94?) simulque magister scholarum in gymnasio Franciscali ibidem instituto (1786-94?). Fuit divini verbi praeco celeber, vir probus et ad chorum plane indefessus [1].

1806 obiit in conventu Fuldensi V. P. Remigius Möhres Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 57, sac. 54.

XXIV.

1756 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Barnabas Roden Confluus, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 54, sac. 51 [2].

1808 obiit Hammelburgi apoplexia tactus in domo sororis suae, cuius filiam aegrotantem inviserat, V. P. Candidus Kirchner Hammelburgensis, vir tenerrimae conscientiae, aet. 66, prof. 46, sac. 42 [3].

1814 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Antonius Weismüller Fuldensis, Theol. Lector act., aet. 38, prof. 19, sac. 14, qui philosophiam (1800-03) et theologiam (1803?-ad mortem) docebat. Aegrotantibus inserviens malignam contraxit febrem [4].

XXV.

1654 obiit in conventu Limburgensi V. P. Sixtus Bott [5].

1699 obiit in conventu Limburgensi Fr. Felix Svennen, laicus socius Ministri Provincialis [6].

1719 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Aemilianus Wittmann Inglostadiensis, Clericus [7].

1751 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Isidorus Wagner, aet. 51, prof. 10, sac. 7 [8].

1752 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Georgius Höffling, aet. 59, prof. 32, sac. 27 [9].

1767 obiit in conventu Spalatino V. P. Eligius Rinecker Hammelburgensis, aet. 52, prof. 32, sac. 28, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi (1740-41), Miltenbergensi (1741-45) et Hammelburgensi (1746-47) atque concionator summae aedis Fuldensis (1750-53).

1769 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Meinradus Schmitt ex Zimmern [10], laicus hortulanus, aet. 81, prof. 48.

1773 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Felix Pfister Egenhusanus, laicus sartor, aet. 66, prof. 55.

1795 obiit in conventu Miltenbergensi A. R. P. Xaverius Gaubl Miltenbergensis, Ex-minister Prov., ord. iub., aet. 70, prof. 52, sac. 47. Sacrariis Terrae Sanctae visitatis [11], guardianatum Spalatinum (1759-65) et Salismonasteriensem (1766-67) administravit atque Secretarius Prov. (1767-70), instructor novitiorum (1765-66) et Custos (1767-70) fuit, electus est Minister Provincialis, rexitque Provinciam a die 5 Iunii 1770 usque ad 30 Maii 1773.

[1] SH ad ann. 1797. — [2] V die 12 Febr. — [3] SN ad annum 1808. — [4] SN ad an. 1814. — [5] S die 21 huius. — [6] S die 21 huius; F falso dicit † 1669; V falso dicit † 1696: « Schwennen ». — [7] Invenitur in CE et E, quod eius nomen probabiliter ex Necrol. Miltenbergensi hodie deperdito traxit — deest in S, F et V. — [8] S die 22 huius. — [9] deest in S; F die 26 huius. — [10] Hunc locum, qui in Franconia inquirendus est, reperire non potui. — [11] SH ad annum 1795.

1806 obiit in loco Aufenau prope Salismonasterium V. P. Heribertus Glück Wartmannsrothensis, aet. 58, prof. 19, sac. 15. Primum docuit philosophiam (1798-1801), deinde factus est curatus de Aufenau (1801), quo in munere animam suam posuit pro salute animarum [1].

1808 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Gregorius Rieger Elfershusanus, laicus sutor et coquus, aet. 55, prof. 24 [2].

XXVI.

1675 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Franciscus Goss, Definitor actualis (ab anno 1674), sac. anno 15, quondam Praeses Friesenhagensis, (1669-70) Guardianus Hachenburgensis (1666-67) et Hadamariensis (1670-74) ac Secretarius Provinciae (1667-69) [3].

1690 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Valentinus Schloder, sac. anno 25, qui Praeses ibidem (1774-76) ac in residentia Maria-Schönfeld (1686-87) fuerat et guardianatum Mariaevallensem (1676-77) administraverat [4].

1694 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Casparus Welpert, sac. anno 13 [5].

1701 obiit in conventu Limburgensi A. R. P. Martinus Sneps [6], Minister Prov. actualis, Lect. em. aet. 61, prof. 45, sac. 38. Postquam philosophiam (1665-69) et theologiam (1669-80) docuit et Custos (1677-80) terque Minister Provincialis Thuringiae fuit (videlicet a 25 Iunii 1680 usque ad 5 Iulii 1683; a 26 Iunii 1689 usque ad 25 Iunii 1692 et a 10 Augusti 1698 usque ad mortem), in capitulo Toletano anni 1682 electus est Definitor generalis [7] (usque ad annum 1688), fuitque legatus Celsissimi D. Bernardi Gustavi a Baden, Principis Abbatis Fuldensis, ad curiam Viennensem [8].

Anno 1673 P. Wolfgangum Quast, Ministrum Provincialem comitatus in manus militum Brandenburgicorum incidit. Colonello cuidam eum ad apostasiam instiganti eique sclopeto mortem minitanti constans confessor respondit: Unam tantummodo vitam habeo tradendam, ast si 100 haberem, mallem centies mori, quam semel apostatare. Cui miles: Monache, in veritate hoc dicis sentisque in corde, quae loqueris lingua? Respondit P. Martinus: Experire, si rationem de hoc facto coram Deo redditurum te posse credis. Tunc milites eum turpiter mutilare conantes impediti sunt ab incolis pagi Protestantibus, usquedum simul cum sociis suis redimeretur [9].

Cum post vitam illustrem iamiam moriturus erat dignam vita sua constantiam monstrabat orans cum sancto Francisco et Martino: Deus meus et omnia, non recuso vivere, nec timeo mori [10].

1704 obiit in conventu Attendornensi V. P. Cornelius Mertens aet. 27, prof. 6, sac. 2 [11].

1730 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Nicolaus Ernst, Lect. em., Guard. duodenn., aet. 65, prof. 46, sac. 40, primum Lector philosophiae (1690-95) et theologiae (1695-1701), deinde Guardianus Worbianus (1701-02), Mariaevallensis (1707-08) et Attendornensis (1725-26) [12].

---

[1] Ita BS. — [2] V « Rüger ». — [3] S die 21 huius. — [4] S die 21 huius. F etiam die 28 huius. — [5] S die 21 huius « Welbert » F « Welwert ». — [6] S die 22 huius. — [7] *Chron. hist. leg.*, III, p. I, Romae 1752, 215. — [8] AP ad annum 1701, iuxta quas Minges, 264. — [9] Liebler ad annum 1673. — [10] AP l. c. et iuxta haec Minges, 264; Bihl, 133 sq.; supra 68, l. 12 sqq. — [11] S die 22 huius. — [12] S. die 22 huius.

1734 obiit in conventu Montaburano V. P. Felicianus Dinning, aet. 51 prof. 27, sac. 24, quondam scholarum magister et praefectus in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi (mag. 1711-14, praef. 1714-17) et Attendornensi (mag. 1723-24, praef. 1720-21).

1735 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Aquilinus Och, Guard. act., aet. 42, prof. 22, sac. 18, qui in gymnasio Episcopiensi magistrum (1717-20) et in gymnasio Limburgensi praefectum (1720-21) scholarum egit, deinde Episcopii (1725-28), Mosbaci (1728-29) et Miltenbergae (1729-32) concionator urbicus fuit, postremo Guardianus Mosbacensis electus est (1732-ad mortem) [1].

1825 obiit in conventu Worbiano V. P. Vincentius Knieb ex Dingelstädt, aet. 43, prof. 23, sac. 21 [2].

XXVII.

1644 obiit in conventu Hammelburgensi, in labore et termino pro conventu Fuldensi existens, V. P. Balthassar Hoegel, aet. 26, prof. 5, sac. 1, sacerdos multum pius, charitativus et humilis [3].

1740 obiit in conventu Spalatino Fr. Emmeramus Schmitt Reinfeldensis, laicus aet. 74, prof. 35 [4]. Hic miles mercennarius fuerat, sed licentiarum huius vitae pertaesus mox apud oratorium SS. Sanguinis prope Spalatum, ubi homines voti causa confluebant, eremiticam actitare coepit vitam, nitebaturque eo adducere Franciscanos, ut fidelium concursus augeretur. Cum igitur quadam die P. Pius Schreiber Prov. nostrae a loco Ellingen ad conventum Schwarzenbergensem proficiscens apud eum pernoctaret, Fr. Emmeramus huius animam incendit, quo factum est, ut conventus Spalatinus fundaretur, et eremita ipse ordinem Minorum ingrederetur [5].

1751 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Amandus Metz Wollbacensis, Guard. em. et act., aet. 57, prof. 39, sac. 33. Ipse primum magister scholarum in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1717-22) et Mosbacensi (1722-23) fuit, deinde instructor novitiorum (1729-31) et sacellanus aulicus D. Lantgravii de Hessen-Rheinfels in Eschwege (1747-49) factus est, denique Secretarius Provinciae (1734-35) et Director pannificii (1740-41) designatus est. Praeterea guardianatum Sinsheimensem (1732-34), Limburgensem (1735-40), Salismonasteriensem (1731-32; 1743-44) ac Mosbacensem (1749- ad mortem) administravit, fuitque Praeses Schwarzenbergensis (1728-29) et Definitor Provinciae (1740-43) [6].

1776 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Quintinus Kremer Buchenensis, aet. 29, prof. 10, sac. 5, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Schillingsfürstensi (1771-74) et Miltenbergensi (1774- ad mortem) [7].

1893 obiit in Brasilia Fr. Felix Füller a Dipperz, laicus, aet. 59, prof. 33, socius Commissarii Terrae Sanctae ibidem.

XXVIII.

1666 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Conradus Meelbaum, Guard. em. et actualis, relinquens posteris suis varia vitae laudabilissimae exempla. Hic

[1] S 23 huius. — [2] S deest F die 27 huius. — [3] ita BF; S die 23 huius F « Kögel ». — [4] S die 26 huius. — [5] *Sulzbacher Kalender*, 1884, 85 sq. — [6] S die 22 huius; deest in V. — [7] S. die 25 huius.

Praeses Friesenhagensis (1659-60), Guardianus Attendornensis (1644-46), Wetzlariensis (1646-49), Hadamariensis (1645-46; 1653-55) et Fuldensis (1657-59; 1665-ad mortem) necnon concionator summae aedis Fuldensis (1660-61) terque Definitor Provinciae (1649-52; 1655-58; 1660-65) fuerat [1].

1718 obiit in residentia Spalatina A. V. P. Ernestus Pott [2], Guard. duodenn. et Praeses actualis, sac. anno 42. Ipse concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1687-89), guardianatum Wetzlariensem (1692-95; 1698-1701; 1704-07) et Worbianum (1697-98) administravit, et Definitor Provinciae electus est (1701-04). Praeterea residentiam Sinsheimensem aedificavit, cui primus praefuit (1714-16), item residentiae Spalatinae praesidebat (1717- ad mortem), cuius novam ecclesiam construxit [3].

1768 obiit in conventu Worbiano V. P. Iordanus Köhler Heiligenstadiensis, aet. 65, prof. 45, sac. 41.

XXIX.

1721 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Pacificus Brunland, laicus [4].

1763 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Kilianus Scherer Osterburkensis, laicus sutor, aet. 50, prof. 25 [5].

1775 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Optatus Leo Königheimensis, Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 67, prof. 50, sac. 45, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1751-52), Guardianus Schwarzenbergensis (1750-55) et Director pannificii (1758-64) [6].

1795 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Ludovicus Klug Miltenbergensis, iubil. ord., aet. 75, prof. 55, sac. 48 [7].

1818 obiit in loco Erbach V. P. Adam Wolf, Rüdenaviensis, curatus ibidem, aet. 58, prof. 37, sac. 34, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1789-1800) et missionarius in Waldenburg (1800-03). Tempore saecularizationis (1803) catholicos per montes, qui dicuntur Odenwald, dispersos colligendos suscepit, fundavitque Erbaci parochiam, quam auctoritate, quam sibi apud Protestantes et apud Comitem de Erbach comparavit, stabilem effecit [8].

1859 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Carlomanus Krug, laicus aet. 41, prof. 16.

XXX.

1685 obiit in conventu Fuldensi R. P. Ernestus Opfermann [9], Definitor actualis et concion. summae aedis, Lect. em., aet. 48, prof. 32, sac. 26, qui primum docuit philosophiam (1660-63) et theologiam (1663-68; 1670-77), deinde Custodis munus obivit (1674-77), denique guardianatum Episcopiensem (1677-80) administravit. Praeterea Romae ab anno 1668-70(?) tamquam Agens generalis nationis Germano-Belgicae morabatur, necnon concionator summae aedis Fuldensis et Definitor Pro-

[1] S die 24 huius; Bihl, 73, 147, 197. V « Melbein ». — [2] S die 16 huius; F vero die 20 huius 1716. — [3] *Sulzbacher Kalender*, 1884, 89. — [4] S die 25 huius; V « Brunlandt » F « Brunhand ». — [5] V falso † 1738. — [6] deest in S; F etiam 27 huius 1755. — [7] F die 9 Febr. — [8] *Sulzbacher Kalender*, 1888, 109. — [9] BF et S die 28 huius.

vinciae (1683- mortem) fuit. Decessit ex hac mortali vita, postquam, praeter plurima alia, bina vice iter Romanum pro Provinciae emolumento suscepit, plurimosque animarum fructus praedicando, iuventutem nostram instruendo, in vinea Domini incessanter collegit et messem non minutam horreo Domini intulit, diuturnioris vitae suae relinquens desiderium [1].

1760 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Germanus Hergenröder Riedenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 80, prof. 57, sac. 53.

1763 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Cherubinus Stonnenberger Euerdorfensis aet. 65, prof. 45, sac. 41, quondam praeses missionis Erlacensis per 17 annos (1738-41; 1744-58), curatus de Aufenau (1737-48) necnon Guardianus Salismonasteriensis (1741-43) et Hachenburgensis (1743-44).

1826 in obiit conventu Hammelburgensi Fr. Ioachim Reuss Hammelburgensis, laicus hortulanus, aet. 59, prof. 31 [2].

XXXI.

1695 obiit in conventu Fuldensi Fr. Aegidius Vierengel a Büller, laicus, aet. 60, prof. 34 [3].

1752 obiit in conventu Worbiano Fr. Odoricus Schuchart ex Dingelstädt, clericus sac. aet. 28, prof. 5, sac. 3 [4].

1765 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. R. P. Lucas Schaupp ex Speicherz, Lect. em., ord. iubil., aet. 69, prof. 48, sac. 44, postquam in gymnasio Franciscali Hammelburgensi magistrum (1722-26), et in eadem schola (1726-29) necnon Limburgi (1734-35), Attendornae (1737-40), Miltenbergae (1740-41) et Episcopii (1759-61; 1762-mortem) praefectum scholarum egit, per 5 annos philosophiam (1741-46) et per 11 annos theologiam (1746-50; 1752-53; 1756-62) docuit atque residentiae Friesenhagensi praefuit (1755-53).

1769 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Athanasius Zwieffel Fuchsstadianus, aet. 71, prof. 47, sac. 44 [5].

1802 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Iohannellus Holz Marktbreitensis, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 55, sac. 53, primum magister scholarum in gymnasio Franciscali Attendornensi (1753-55) ac praefectus ibidem (1755-56), necnon in gymnasio Episcopiensi (1756-59) et Schillingsfürstensi (1762-65); deinde per 34 stationarius in Lohrbach et Fahrenbach (1763-97) [6].

FEBRUARIUS.

I.

1720 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Octavianus Perrodi, Ex-minister Provinciae et Lect. iubil., sac. anno 44. Cum philosophiam (1677-81) et theologiam (1681-92) docuisset, primum Guardianus Hammelburgensis (1692-95),

[1] ita BF; Bibl, 91, 133. — [2] S: aet. 62, prof. 33. — [3] S. die 1 Februarii; V « Führengel ». — [4] deest in V. — [5] V die 20 huius. — [6] S die 6 Februarii.

deinde Definitor (1701-04; 1707-10), denique Minister Provincialis electus est, rexitque Provinciam a 22 Iunii 1710 usque ad 2 Iulii 1713 [1].

1768 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Cassianus Popp Egenhusanus, aet. 69, prof. 44, sac. 40.

1777 obiit in conventu Spalatino Fr. Gottlieb Brand Herriedensis, laicus sartor, aet. 49, prof. 19.

1784 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Didacus Keller Gressthalensis, laicus hortulanus, ord. iubil., aet. 80, prof. 52.

II.

1713 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Christophorus Mayer Randersackeranus, Vicarius actualis, prof. 42, sac. 36, quondam Guardianus Mosbacensis (1702-04).

1761 obiit in conventu Fuldensi Fr. Raphael Freund Eschelbacensis, laicus sutor, aet. 51, prof. 30 [2].

1778 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Colomanus Adam Stirnensis, Vicarius actualis, aet. 47, prof. 25, sac. 21.

III.

1661 obiit in conventu Fuldensi Fr. Iohannes Cöninck, laicus [3].

1759 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Leonardus Popp Egenhusanus, aet. 50, prof. 28, sac. 25, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1735-38), necnon in gymnasio Attendornensi (1738-40), cui etiam praeerat (1740-46).

1777 obiit in conventu Neoburgensi ad Danuvium V. P. Geraldus Henle, aet. 68, ex Neoburgensibus anno 1773 Provinciae nostrae incorporatis [4].

1790 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Elias Zeyer Brückenaviensis, Guard. em. et Definitor actualis, aet. 65, prof. 45, sac. 41. P. Elias quodam in gymnasio Franciscali Limburgensi magister scholarum (1752-53) et in gymnasio Montaburano praefectus (1753-55) fuerat, necnon concionator urbicus Miltenbergensis.

[1] Hic plura edidit opuscula, videlicet: 1.) *Abusus Sacrificantium per axiomata practica deducti ab omnibus celebrantibus sedulo cavendi. Opusculum omnibus sacerdotibus ad rite celebrandum perutile ac necessarium. Cum duplici indice titulorum et abusuum. Xenii loco pro anno 1701 universis S. R. E. presbyteris oblatum,* Fuldae [1701]. — 2.) *Norma et Forma religiosius instituendae Communionis contra deformes et enormes Communicantium abusus per axiomata practica deductos. Cum duplici titulorum et abusuum indice. Xenii loco pro anno 1702 universis Christifidelibus oblata et elaborata per* F. Octavianum Perrodi O. F. M. Recoll. Prov. Thur. S. Elisabeth Definitorem. Fuldae [1702]. — 3.) *Philomela Canonica sive norma psallendi horas canonicas iuxta axiomata Observ. Recollectorum humillime oblata per* F. Octavianum Perrodi S. Theol. Lect. Iub. et Prov. eiusdem Definitorem, Duderstadii 1704. — Praeterea multa manu scripta reliquit, de quibus vero ad nos tantum perveniere: Liber III, De paupertate Fratrum Minorum, 137 pag. in-8° — Liber IV, De castitate et obedientia Fratrum Mimorum, 144 pag. in-8° — et Liber V, De aliis obligationibus Fratrum Minorum, 177 pag. in-8°. Asservantur in bibliotheca nostra Salismonasteriensi sub tessera P. 63, 64. — [2] S die 4 huius. — [3] V « Chöning ». — [4] Deest in S; V « Gerardus ».

(1762-65), concionator summae aedis Fuldensis (1762-67), director pannificii (1770-75; 1776-79) et curatus militum Fuldensium (1770-75). Ipse quoque guardianatum Worbianum (1767-69), Neoburgensem (1774-76), Volkersbergensem (1773-74; 1785-86) et Fuldensem (1779-82; 1786-88) administravit, terque munus Definitoris Provinciae obivit (1776-79; 1782-85; 1788-ad mortem)[1].

1802 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Leander Horling Oberthulbensis, aet. 45, prof. 22, sac. 19[2].

1908 obiit in Terra Sancta A. V. P. Norbertus Röhrscheidt Düsseldorpensis, Praeses hospitii in monte Tabor et comes, Guilelmi II, Imperatoris Germaniae, in itinere Palaestinensi anno 1898, aet. 55, prof. 36, sac. 31.

IV.

1715 obiit in conventu Limburgensi Fr. Olaus Alban, clericus novitius[3].

1752 obiit in conventu Wetzlariensi A. V. P. Prosper Kahles Herbipolitanus, s. theol. Lect. actualis (1750-mortem) aet. 50, prof. 40, sac. 7, antea Lector philosophiae (1746-50)[4].

1754 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Albanus Hollermann Miltenbergensis, Definitor actualis, aet. 65, prof. 42, sac. 38. Fuit egregius hic vir sacellanus hospitalis Limburgensis (1725-28), Guardianus Limburgensis (1744-46) et Miltenbergensis (1740-43; 1749-52), bis Definitor (1746-49; 1752-ad mortem), terque Secretarius Provinciae (1738-40; 1743-44; 1752-mortem)[5].

1761 obiit in conventu Limburgensi V. P. Arnoldus Stilger Niederbrechensis, praefectus scholarum gymnasii Attendornensis (1758-ad mortem), aet. 34, prof. 15, sac. 12, antea magister scholarum in gymnasio Franciscano Limburgi erecto (1750-55).

1795 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Ubertinus Zoeller Miltenbergensis, laicus hortulanus et coquus, aet. 76, prof. 44.

1814 obiit in conventu Worbiano V. P. Deodatus Schmitt Worbianus, aet. 60, prof. 38, sac. 55[6].

V.

1672 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Ioseph Müller, laicus.

1678 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Archangelus Kötzner, sac. anno 5[7].

1754 obiit in conventu Montaburano Fr. Augustinus Basteius, laicus, aet. 65, prof. 47[8].

VI.

1636 obiit in conventu Limburgensi Fr. Henricus Ballis, laicus[9].

1712 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Hubertus Weinen, ord. iubil., aet. 72 (?), prof. 52, sac. 48[10].

---

[1] S et BF « Zeyher »; Bihl, 136, 153. — [2] F die 27 huius. — [3] V die 22 huius. — [4] S die 8. huius.; deest in V. — [5] F die 14. huius. — [6] F « Theodatis ». — [7] V « Kötner ». — [8] Deest in S; O et PA « Bastion ». — [9] F et L die 7 huius. — [10] V die 5 huius.

1772 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Ivo Bartholmé Königheimensis, Guard. actualis, aet. 48, prof. 29, sac. 24, quondam concionator urbicus Miltenbergae (1752-56) et Mosbaci (1767-69) necnon Guardianus Schwarzenbergensis (1764-67) et Miltenbergensis (1771-ad mortem).

1781 obiit in missione Waldenburg V. P. Vitus Weckesser Markelsheimensis, aet. 60, prof. 29, sac. 25, missionarius et curatus in Waldenburg ab anno 1779.

VII.

1665 obiit in conventu Limburgensi Fr. Massaeus Croneburg, laicus[1].

1704 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Matthias Rütten, Definitor subrogatus, Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 54, sac. 50, qui munus Guardiani Hadamariensis (1659-61), Fuldensis (1666-67), Attendornensis (1674-76; 1692-95), Mariaevallensis (1695-1700) et Montaburani (1675-74; 1677-79; 1687-90) administravit, Praeses (1681-86) et parochus (1681-87) Salismonasteriensis, itemque ultimus Praeses (1667-69) et primus Guardianus (1669-72) Worbianus factus, atque bis Definitorio Provinciae (1680-83; 1689-92) adnumeratus est. Ab anno 1693-95 in servitiis Domini Praepositi de Fürstenberg erat.

1777 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Thomas Schwab Buchensis, laicus fenestrarius, aet. 69, prof. 39.

VIII.

1770 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Caecilius Pfrang Obereschenbacensis, Instructor novitiorum secundarius, aet. 31, prof. 11, sac. 7.

1778 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Celsus Dietzel Larbacensis, aet. 59, prof. 37, sac. 33.

1779 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Cornelius Schmitt Waldstettensis, laicus architectus et scriniarius, aet. 68, prof. 42, qui ecclesiam conventus Fuldensis reaedificandam (1758-60) delineavit eiusque structuram rexit atque altaria hodiedum ibidem erecta sculpsit[2]. Praeterea lineamenta fornicum lapideorum ecclesiae conventus Worbiani confecit[3].

1785 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Ildephonsus Meininger Impfingensis, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 54, prof. 36, sac. 30, postquam philosophiam (1755-58), theologiam (1758-66) et S. Scripturam (1770-74) docuit et guardianatum Episcopiensem (1766-67) ac Sinsheimensem (1767-69) administravit.

1787 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Valerianus Dernbach Brückenaviensis, vir pacis et silentii[4], aet. 65, prof. 46, sac. 41.

1788 obiit Brückenavii V. P. Bertholdus Schodorf Grossenbacensis, ex conventu Volkersbergensi, aet. 70, prof. 47, sac, 44[5].

1814 obiit in conventu Wetzlariensi A. V. P. Robertus Rimbach Fuldensis, Guardianus et parochus actualis, Lect. em., aet. 58, prof. 37, sac. 34, qui primum docuit philosophiam (1786-89) et theologiam (1789-97; 1800-03?; 1804-06),

[1] Deest in V. — [2] Bihl, 104 sq. — [3] Knieb, *Das Franziskanerkloster zu Worbis,* apud *Beiträge zur Gesch. der Sächs. Provinz,* III, 1910, 93. — [4] SII ad annum 1787. F falso dicit eum † Volkersbergii. — [5] S et F « Schottorf ».

deinde Guardianus Fuldensis (1797-98) et Worbianus (1803-04) electus est, postea guardianatum (1798-1800; 1806-13?) et parochiam Dermbacensem (1806-13?) adhinistravit; denique rogatu conventus Wetzlariensis illuc transmissus est, ut Praesidem et parochum ageret, quo in munere typho aegrotantibus subveniens, victima charitatis effectus est [1].

1871 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Bernadinus Rhiel Erfurtshusanus, Instructor novitiorum actualis, (1870-ad mortem), aet. 28, prof. 7, sac. 3.

IX.

1698 obiit in conventu Attendornensi Fr. Paulus Anwers, laicus [2].

1799 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Chrysostomus Schön Hammelburgensis, orationis sedulus cultor ac verus paupertatis sectator [3], aet. 67, prof. 49, sac. 44.

1829 obiit in conventu Fuldensi Fr. Elzearius Remmert Fuldensis, tertiarius professus, aet. 59, prof. 34 [4].

X.

1704 obiit in missione Büchold Fr. Didacus Dietmar, laicus, aet. 65, prof. 45 [5].

1743 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Arnoldus van Geleen, Lect. em., Guard. duodenn., sac. anno 27, quondam Lector philosophiae (1686-90) et theologiae (1690-98) necnon Guardianus Episcopiensis (1698-1701).

1762 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Aurelius Emmert Hammelburgensis, Guardianus actualis in Mosbach, aet 57, prof. 38, sac. 34. Ipse magister (1729-31) et praefectus scholarum (1731-34; 1737-38) in gymnasio Franciscali Hammelburgensi fuit, missione Büchold (1746-49) et residentiam Friesenhagensem (1749-50) rexit atque munus Guardiani Hachenburgensis (1741-43), Hadamariensis (1743-44), Sinsheimensis (1750-52), Worbiani (1753-55), Volkersbergensis (1755-56) et Mosbacensis (1759-ad mortem) obivit [6].

1765 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Pius Breidenbach Mergentheimensis, Lect. em., Guard. duodenn. et actualis, aet. 60, prof. 39, sac. 36, primum magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1731-32) et Episcopiensi (1732-34), item praefectus scholarum Episcopii (1734-37) et Limburgi (1737-40); dein Lector philosophiae (1740-43) et theologiae (1743-50; 1753-58; 1761-62), postea Guardianus Limburgensis (1750-52), Episcopiensis (1752-53; 1764-ad mortem) et Sinsheimensis (1758-61), denique Definitor Provinciae (1762-64).

1778 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Saturninus Strauss Fladungensis, concion. em., aet. 67, prof. 45, sac. 43. qui post labores 8 annorum in cathedra summae aedis Fuldensis (1750-56; 1762-64) Guardianus Volkersbergensis (1756-59) et Dermbacensis (1764-67) factus est [7].

[1] SN ad annum 1814. — [2] S et F « Alvers ». — [3] SH ad annum 1799. — [4] Deest in S et V. — [5] S die 4 huius. — [6] F die 14 huius et die 10 Maii. — [7] S falso dicit eum † in conventu Volkersbergensi; Bihl, 153.

1791 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Eobanus Behringer Grossenrinderfeldensis, Lect. em., aet. 54, prof. 30, sac. 28, per 9 annos Lector iuris canonici (1768-79), vir devotus et bono praelucens exemplo. Dies noctesque studiis invigilavit, ideoque Canones discusserat omnes et iura Ecclesiae. Fere sunt innumera, quae quasi apis argumentosa usui suo ac praelectionibus undequaque congessit [1].

1905 obiit in conventu Patersonensi Americae Septentrionalis V. P. Fidelis Kircher Hünfeldensis, aet. 65, prof. 41, sac. 36, antea Praeses residentiae in Obernburgh (Americae Septentrionalis) (1892-95).

XI.

1709 obiit Fuldae in aedificio prope Monasterium SS. Salvatoris Benedictinorum A. V. P. Wilhelmus Nysten, Lector theol. em. et actualis, aet. 46, prof. 29, sac. 22. Postquam philosophiam (1687-92) et theologiam (1692-1702; 1704-05) docuit, ad instantiam Celsissimi D. Adalberti a Schleifras, Principis Abbatis, Lector theologiae in monasterio Benedictinorum factus est, cui anno 1708 munus concionatoris summae aedis adiunctum est. Fuit vir apostolici pectoris, in frequentando confessionali sedulus et indefessus [2].

1714 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Michael Kellner, Vicarius, sac. anno 46, quondam Praeses Friesenhagensis (1686-89) et Guardianus conventus Worbiani (1704-07).

1731 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Paschalis Schönbrod aet. 69, prof. 49, sac. 45 [3].

1739 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Protasius Fischer, laicus, aet. 59, prof. 34 [4].

1746 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Iacobus Zeyer Brückenaviensis, pastor in Offheim, aet. 31, prof. 15, sac. 9.

1758 obiit in loco Asbach prope Rhenum V. P. Thaddeus Pfister Bessinganus, aet. 30, prof. 12, sac. 9.

Eodem die et anno obierunt in conventu Hachenburgensi febri maligna exstincti Fr. Anselmus Arnold a Merenberg (?), laicus hortulanus, aet. 46, prof. 21, necnon Fr. Paulus Cochem [5] Montaburanus, laicus sartor, aet. 48, prof. 27.

XII.

1715 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Udalricus Kopp, sac. 26 [6].

1754 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Basilianus Saalmüller, clericus, theologiae studiosus [7].

1785 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Gundeharus Dalquen Seligenstadianus, per 12 annos concionator urbicus Episcopii (1775-85), aet. 50, prof. 30, sac. 27, antea scholarum magister in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1759-1766) [8].

[1] Ita SII ad annum 1791; Bihl, 144. — [2] Ita BF; Bihl, 121 sq. — [3] V dicit falso eum † 1732. — [4] Deest in S. — [5] O et P « Koch ». — [6] AC ad annum 1713 « Gopp »; deest in F. — [7] deest in V. — [8] V die 10 huius.

1831 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Wolfgangus Koch Fuldensis, Guardianus et parochus actualis et emeritus, aet. 67, prof. 47, sac. 43. Postquam in gymnasio Franciscali Miltenbergae magistrum scholarum (1791-94?) et Fuldae concionatorem eccl. cathedralis (1800-01) egit, factus est per 30 annos parochus (1801- mortem) et per 5 annos Guardianus Salismonasterii (1826- ad mortem).

1896 obiit in conventu Patersonensi Americae Septentrionalis Fr. Ludovicus Balzer a Mittelrode prope Fuldam, laicus, aet. 74, prof. 49.

XIII.

1699 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Michael van Lohn, laicus [1].

1729 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Bernardinus Görgenthiel Limburgensis, Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 58, sac. 52, primum sacellanus aulicus D. Comitis de Hatzfeld in Haltenbergstetten (1681-83), deinde scholarum magister in gymnasio Franciscali Limburgensi (1683-86), postea Guardianus Schillingsfürstensis (1697-1701), Miltenbergensis (1704-07; 1710-13) et Limburgensis (1716-19) denique Definitor Provinciae (1707-10).

1827 obiit in statione Obererthal prope Hammelburgum V. P. Melchior Merz Hammelburgensis, aet. 61, prof. 42, sac. 38 [2].

XIV.

1667 obiit in conventu Attendornensi Fr. Henricus Crabeels, laicus [3].

1696 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Georgius Kühl Fuldensis, Guard. em., ord. et sac. iubil., Provinciae senior, aet. 86 (?), prof. 56, sac. 50. Ipse tam Praeses Episcopii in Rhoena (1665-66; 1670-73) quam Guardianus Attendornensis (1650-52), Limburgensis (1652-53), Montaburanus (1655-57), Miltenbergensis (1673-74), Worbianus (1676-77) et Mariaevallensis (1677-79) fuit, necnon bis Chronista (1660-61; 1679-80), terque Definitor Provinciae (1652-55; 1657-60; 1666-69) electus est [4].

1712 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Gallus Gloss, Lect. em. et Guard. duodenn., sac. anno 29, qui philosophiam (1683-89) et theologiam (1689-98) docuit atque guardianatum Hadamariensem (1698-1701), Mosbacensem (1704-05) et Episcopiensem (1705-07) administravit.

1725 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Dominicus Steinen, laicus [5].

1762 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Clemens Gabler Spalatinus, clericus sacerdos, aet. 26, prof. 5, sac. 2 [6].

1766 obiit in conventu Worbiano V. P. Erasmus Otto Rüdershusanus, aet. 62, prof. 42, sac. 35.

1768 obiit in conventu Limburgensi Rmus P. Ignatius Molitor Limburgensis, Ex-Commissarius generalis nationis Germano-Belgicae, Ex-Minister Provinciae, Lect. em., Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 70, prof. 51, sac. 46. Hic post-

[1] V « Loën ». — [2] V † 1826. — [3] S « Grabeel ». — [4] V « Küst ». — [5] deest in S. — [6] F die 10 Iunius et die 14 Maii. Clericus sacerdos est Sacerdos adhuc studens, et absque cura animarum.

quam munus Lectoris philosophiae (1725-28) et theologiae (1728-34), necnon Guardiani conventus Worbiani (1734-37) obivit, factus est Minister Provincialis, rexitque Provinciam a die 14 Februarii 1740 usque ad diem 25 Iunii 1743. Denique Commissarius Generalis nationis Germano-Belgicae electus est (1751-57). Cum anno 1762 Provincia in duas partes scinderetur, ipse Thuringiae Inferiori se adiunxit[1].

1773 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Damascenus Erlenbach Werbacensis, Guard. duodenn., ord. iub., aet. 73, prof. 54, sac. 49, magister et praefectus scholarum in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi (mag. 1725-29; praef. 1729-31) et Miltenbergensi (mag. 1731-32; praef. 1734-38; 1744-47) item praefectus gymnasii Episcopiensis (1743-44), praeterea concionator urbicus Miltenbergensis (1738-40) necnon Guardianus Spalatinus (1747-50), Schwarzenbergensis (1756-58), Volkersbergensis (1761-62), bisque Mosbacensis (1752-55; 1762-65) atque Secretarius (1750-52; 1755-56) et Definitor Provinciae (1758-61).

1781 obiit in conventu Worbiano V. P. Evaristus Wegerich Worbianus, ord. iubil., aet. 71, prof. 51, sac. 47.

1799 obiit in conventu Spalatino V. P. Nolascus Billmaier Rettenbacensis, vir quavis laude superior, semper bono praefulgens exemplo[2], aet. 69, prof. 49, sac. 44.

1814 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Valerius Deizel ex Dingelstädt, Lect. em., ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 59, sac. 55, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscano Attendornensi (1761-62), Lector iuris canonici (1763-64), SS. Scripturarum (1764-67; 1768-70; 1773-74) et theologiae dogmaticae (1767-68; 1770-73; 1774-77; 1779-81; 1785-86; 1788-89), necnon Praeses missionis Kupferzell (1786-88)[3].

1866 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Ignatius Becker Fuldensis, laicus aet. 66, prof. 39.

XV.

1683 obiit in conventu Fuldensi Fr. Bernardinus Tiriat, laicus, socius Ill.mi D. P. Christophori de Rojas Episcopi Neostadiensis in itinere Romano[4]; diversorum conventuum fidelissimus dispensator, erga confratres suos summe charitativus, orationis studiosissimus, nunquam in matutinis nocturnis defuit. Defunctus est post se relinquens summum sui desiderium[5] et odorem singularis sanctitatis[6].

1688 obiit in conventu Limburgensi Fr. Christophorus Weikart, clericus novitius[7].

1738 obiit in conventu Worbiano Fr. Ludovicus Koch, laicus, aet. 57, prof. 17[8].

1760 obiit in conventu Attendornensi V. P. Daniel Huberti Limburgensis, aet. 32, prof. 11, sac. 8, quondam Lector philosophiae (1755-59)[9].

XVI.

1702 obiit Confluentiae in visitatione Provinciae Coloniae A. R. P. Simon Moraeus, Ex-Minister Thuringiae, Lect. em. aet. 63, prof. 43(?), sac. 39. Hic pri-

[1] Propterea omittitur a S, F et V, a nobis tamen reassumitur propter eius momentum in historia Provinciae. — [2] S II ad annum 1799; O et P « Palmeyer ». — [3] V et SN die 24 huius. — [4] Hueber, 963. — [5] BF V falso dicit eum † 1653. — [6] Hueber l. c.; cf. BF. — [7] V dicit eum † 1681 (falso) F « Weickert ». — [8] F etiam die 13 huius. — [9] F dicit eum † 1761.

mum Instructor novitiorum fuerat (1664-66), deinde docuit philosophiam (1766-72) et theologiam (1672-85), postea guardianatum Limburgensem bis administravit (1689-92; 1698-1701), denique Custos (1685-86) et Minister Provincialis electus est, rexitque Provinciam a die 22 Iunii 1686 usque ad diem 26 Iunii 1689, et a die 24 Iulii 1695 usque ad diem 10 Augusti 1698.

1760 obiit in conventu Worbiano Fr. Emmericus Metz Lenterodensis, clericus sacerdos aet. 25, prof. 5, sac. 1 [1].

1772 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Rolandus Zengel Erlenbacensis, aet. 49, prof. 25, sac. 23.

1907 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Quirinus Goeb Bergrheinfeldensis, tertiarius professus, aet. 52, prof. 6.

XVII.

1715 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Conradus Pettmeck, Praeses actualis missionis Büchold (1714- mortem), aet. 60, prof. 44, sac. 36, quondam Guardianus Miltenbergensis (1713-14) et Volkersbergensis (1702-05; 1707-10), necnon Definitor Provinciae (1710-13).

1725 obiit in conventu Worbiano V. P. Iodocus Dolmer, vir de hoc conventu meritissimus [2], aet. 65, prof. 43, sac. 40, qui antea magister scholarum in gymnasio Franciscali Limburgensi (1689-90) et Guardianus conventus Worbiani (1713-14) fuit [3].

1742 obiit in conventu Montaburano V. P. Henricus Brandts Trajectensis, iubil. ord., aet. 70, prof. 50, sac. 46 [4].

1759 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Albertus Hyenli Scheinfeldensis, aet. 52, prof. 29, sac. 27, quondam Guardianus huius conventus (1755-56).

1817 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Servulus Bischoff, laicus, ord. iubil., aet. 79, prof. 51 [5].

1865 obiit in conventu Fuldensi V. P. Hieronymus Koch Erfurtensis, aet. 80, prof. 46, sac. 46 [6].

XVIII.

1681 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Marcus Faber, sac. anno 9 [7].

1699 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Iohannes Molitor, Guard. duodenn. et actualis, aet. 54, prof. 34, sac. 29, qui, postquam magistrum scholarum

[1] BW die 22 huius. — [2] BW. — [3] AC etiam Tollmer; deest in S. — [4] V « Brans »; F « Brands ». — [5] Deest in V et in professionum catalogo. — [6] item BF et F. Hic edidit opuscula: *Anleitung zum besten und zweckmässigsten Gebrauche der Heiligen Schrift für Jung und Alt, nach 2 Thimoth. 3, 16 u. 17, von* Hieronymus Koch, Ord. S. Francisci, Würzburg 1834. — *Das heilige Abendmahl in biblischen Bildern zur Erbauung frommer Kommunikanten, sowie auch zum Gebrauche für Prediger und Katecheten,* Augsburg 1836. Praeterea manu scripta reliquit: 1.) *Beiträge zur Geschichte von Salmünster, grösstenteils aus den Pfarrbüchern und anderen schriftlichen Documenten der Stifts- Pfarr- u. Kloster-Repositur zusammengetragen von* H. K. O. S. F. 1842. Cf. hoc Necrologium, 49 — 2.) *Pius IX, oder einige wichtige Auszüge aus Zeitblättern in Betreff Seiner Heiligkeit von* H Koch, O. S. F. 1842-1849, 328 paginae in-8°. — [7] V die 17 huius.

in gymnasio Franciscali Hammelburgensi egit (1670-75), electus est Guardianus Hammelburgensis (1676-77), Worbianus (1686-87), Hadamariensis (1687-89), Montaburanus (1692-95) et Volkersbergensis (1674-76; 1679-82; 1698-ad mortem).

1745 obiit in loco Kirchveischede prope Attendorn V. P. Sebaldus Manger Hammelburgensis, aet. 58, prof. 17, sac. 14.

1785 obiit in conventu Worbiano Fr. Elzearius Häffner Buchensis, tertiarius professus, pistor, aet. 61, prof. 31.

1801 obiit in missione Breitenlohe V. P. Petrus Neeser Steinheimensis, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 55, sac. 53, qui per 49 annos hanc missionem administravit (1752- ad mortem) [1].

XIX.

1751 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Fridericus von Droste-Erwite Guard. duodenn., iubil. Ordinis, aet. 71, prof. 26, sac. 47. Hic primum regulam S. Benedicti anno 1698 professus est in monasterio Fuldensi, sub Cels. D. Placido de Droste, eius patruo. Postea anno 1710 in capitulum nobile monasterii receptus, et anno 1715 Superior communitatis constitutus est. Deinde praeposituram Holzkirchen in Franconia Inferiore anno 1716 suscepit, denique anno 1724 in Provincia nostra Ordinem S. Francisci ingressus [2], bis Definitor factus (1734-37; 1746-49) et Guardianus Schillingsfürstensis (1737-38) ac Miltenbergensis (1732-35; 1738-40) electus est.

1772 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Philippus Letsch Haselbacensis, laicus, sartor, aet. 62, prof. 37.

XX.

1678 obiit in conventu Montaburano Fr. Bernardinus Reinarts, laicus [3].

1685 obiit in missione Büchold Fr. Hermannus Dingerkus, laicus [4].

1756 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Gabriel Bramm, laicus, aet. 54, prof. 30 [5].

1776 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Bonifatius Tremer Kotensis, aet. 57, prof. 15, sac. 12.

1856 obiit in conventu Fuldensi Fr. Floribertus Weiss Fuldensis, laicus, aet. 55, prof. 37.

XXI.

1754 obiit Siegenae V. P. Valerius Andretsch Mardorfensis, ex residentia Friesenhagensi, aet. 55, prof. 30, sac. 26 [6].

1757 obiit in conventu Fuldensi V. P. Arsenius Dielbecker Limburgensis, aet. 59, prof. 21, sac. 17, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali

[1] Tabulatus primo 1786. — [2] Cf. G. Richter, *Die adeligen Kapitulare des Stifts Fulda seit der Visitation Carafas (1627)* in *Fuldaer Geschichtsblätter*, III, 1904, 79. — [3] S « Reinarth ». — [4] Ita F et Liebler; V legi non potest; S « Dingershus »?; AC « Dingkinghausen »? — [5] S die 24 huius; F « Branam ». — [6] S « Antresch »; V « Auderetsch »; AC etiam Andrets. S et F die 6 huius.

Attendornensi (1741-45), necnon magister (1745-46) et praefectus scholarum (1746-47) Limburgi.

1789 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Marinus Schmitz Herschbacensis, laicus coquus, aet. 75, prof. 45.

1795 obiit in conventu Fuldensi V. P. Faustinus Schrakowski Fuldensis, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 77, prof. 58, sac. 54.

1812 obiit in conventu Worbiano V. P. Gereon Heinemann ex Dingelstädt, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 66, sac. 62, quondam Guardianus huius conventus (1775-76) [1].

XXII.

1750 obiit in conventu Montaburano A. V. P. Leonardus Hubens, Guard. duodenn., aet. 72, prof. 48, sac. 45, antea Guardianus Montaburanus (1720-22), bisque Mariaevallensis (1701-04; 1719-20) et Mosbacensis (1710-13; 1716-17), necnon Definitor Provinciae (1713-16).

1744 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Raphael Hauck Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 84, prof. 61, sac. 55 [2].

1772 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Gaudiosus König Freudenbergensis, aet. 38, prof. 17, sac. 13.

1789 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Quiricus Friederich, Laudanus aet. 31, prot. 12, sac. 8, quondam in gymnasio Franciscali in Schillingsfürst erecto magister scholarum (1785-88).

XXIII.

1685 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Iuniperus Schmits, laicus, aet. 50, prof. 30 [3].

1695 obiit in conventu Fuldensi Fr. Felix Ostereich, clericus studiosus theologiae [4].

1755 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Didacus Roosen, concion. urbicus actualis (ex anno 1754), aet. 56, prof. 34, sac, 31, antea missionarius in Weilburg (1714-?) et Marktbreit (1725-25), necnon concionator urbicus Miltenbergensis (1725-29) et Mosbacensis (1754-55).

XXIV.

1672 obiit in conventu Limburgensi V. P. Cornelius Ververs, Vicarius, sac. anno 10, quondam novitiorum Instructor (1663-64).

1678 obiit in conventu Montaburano V. P. Franciscus van Meer, sac. anno 15 [5].

1755 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Paulus Pauli, aet. 49, prof. 28, sac. 25 [6].

[1] V die 24 huius; F die 1 Ianuarii; SN die 15 huius. — [2] Deest in V. — [3] V « Schmitt ». — [4] Ita BF et AC ad annum 1695; V van Ostereich; F « Oestereicher »; S van Osterreich; V falso † 1685. — [5] V et F tantum « Meer ». — [6] V falso « Praeses Casae » ! fuit namque Praeses casuum.

1759 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Ioannes Kuch, Montaburanus, laicus sutor, aet. 54, prof. 27 [1].

1784 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Eligius Eichhorn, Herbipolitanus, aet. 47, prof. 24, sac. 22, postquam magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Episcopiensi (1767-70), Miltenbergensi (1770-71) et Schillingsfürstensi (1771-75; praef. 1775-79; 1782-ad mortem) fuit atque Guardianum Schillingsfürstensem (1779-82) et per 11 annos concionatorem aulicum D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst (1775-ad mortem) egit.

1895 obiit in conventu Fuldensi Fr. Xystus Wüllner Schmallenbergensis, laicus, aet. 29, prof. 4.

XXV.

1690 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Michael Schantzenbach, laicus.

1742 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Crescentius Diel Moguntus, aet. 59, prof. 38, sac. 33.

1759 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Gaudentius Lauer Limburgensis, aet. 48, prof. 27, sac. 24.

1772 obiit in conventu Miltenbergensi A. R. P. Valentinus Rösser Fuchsstadianus, Ex-Minister Provinciae, Lect. et Guard. em., ord. iubil., aet. 72, prof. 55, sac. 48. Egregius hic vir magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1723-25) et Limburgensi (1725-26) fuit, philosophiam (1726-31) atque theologiam (1731-37) docuit, guardianatum Dermbacensem (1737-40), Wetzlariensem (1749-50), Fuldensem (1750-52) et Mosbacensem (1745-46; 1755-58; 1761-62) administravit, et munus Instructoris novitiorum (1740-45; 1746-49) obivit. Praeterea Definitor (1746-49; 1752-55), Custos (1758-61) et Minister Provinciae electus est, rexitque Thuringiam antiquam primus post separationem anni 1762, a die 28 Februarii 1762 usque ad diem 21 Octobris 1764.

1772 obiit in Herrieden prope Ansbach V. P. Theodosius Sammüller Tittingensis, aet. 65, prof. 42, sac. 38, per 30 annos confessarius in ecclesia collegiata ibidem exsistente [2].

1781 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Gallus Holzwarth Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 55, sac. 50, quondam Guardianus Schwarzenbergensis (1758-59), Dermbacensis (1763-64) et Spalatinus (1756-58; 1764-66) [3].

1809 obiit in conventu Spalatino V. P. Thaddaeus Burckhard Pleinfeldensis, iubil. ord., aet. 75, prof. 50, sac. 46 [4].

XXVI.

1678 obiit in conventu Montaburano Fr. Philippus Kneupper, laicus [5].

1754 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Basilianus Mühlbauer Gissigheimensis, clericus diaconus, aet. 24, prof. 5.

---

[1] S « Koch ». — [2] Deest in V; S « Hammüller ». — [3] F die 26 huius. — [4] F die 28 huius. SN falso 75, 52, 60. — [5] S et F « Kneipper ».

XXVII.

1697 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Hieronymus Villers, aet. 50 (?), prof. 30, sac. 25, quondam Guardianus Mariaevallensis (1689-92), Schillingsfürstensis (1693-95) et Miltenbergensis 1695-96)[1].

1825 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Ludovicus Kiel Herbipolitanus, ord. iubil., laicus scrinarius, aet 80, prof. 54.

XXVIII.

1755 obiit in conventu Limburgensi Fr. Lucius Blass, laicus, aet. 54, prof. 31[2].

1746 obiit in conventu Fuldensi V. P. Electus Mollier Eisenbacensis, aet. 41, prof. 25, sac. 18, antea scholarum magister (1729-32) et praefectus (1732-34) in gymnasio Franciscano Limburgi necnon concionator summae aedis Fuldensis (1738-40; 1743-ad mortem)[3].

1750 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Daniel Conen Tungrensis, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 56, sac. 51, quondam missionarius in Euchtersheim (1725-26).

1780 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Dominicus Wagner Gerlachsheimensis, concion. em., aet. 71, prof. 49, sac. 45. Hic primum magister (1735-38) et praefectus scholarum (1738-41) in gymnasio Franciscali Episcopiensi fuerat atque praefectus in gymnasio Limburgensi (1741-43) postea concionator urbicus Episcopiensis (1743-44) et per 22 annos parochus Schillingsfürstensis (1755-79) factus est. Praeterea ibidem ter Guardiani munus obivit (1755-58; 1762-64; 1770-73).

XXIX.

1816 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Laurentius Krick, ord. et sac. iub. aet. 74[4].

MARTIUS.

I.

1687 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Iacobus Beckberger, laicus, ord. iubilarius, prof. anno 57[5].

---

[1] F « Villains? »; V legi non potest. — [2] S die 27 huius. — [3] Ita F; V et S « Mollié »; Bihl, 75, 150, 152sq. Publicavit orationem funebrem, quam pro Barone Antonio de et in Hagenbach, O. S. B., praeposito Montis S. Iohannis O. S. B. prope Fuldam habuerat: *Placita Deo anima: Sap. 4, 14, das ist: Weiland des Hochw. Hochwohlgeb. Freiherrn Antonius von und zu Hagenbach, des hochw Domstiftes Fulda Capitular, Infulirter Propst der hochadeligen Probstei zu St. Ioannis-Berg,... in seinen Gott wohlgefälligen Tugenden, den 26 Sept. 1759 als am Tage seiner Leichenbegängniss in einer Trauer- und Ehren Rede... vorgestellt von* P. F. Electo Mollié, Ord. FF. Min. S. Fri. strict. Obs. Recoll... *der hohen Domkirche zu Fulda damaligen Sonntagsprediger,* Fulda, 1759, in-fol, 39 pp. — [4] Videtur hic membrum alterius Provinciae fuisse, quia deest in libris professionum et in AC. — [5] AC ad annum 1687 « von Beckbergen ».

1702 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Iacobus Vlieck Trajectensis, Def. actualis, aet. 65, prof. 45, sac. 59, qui residentiae in loco Rödchen prope Siegenam (1774-76), terque residentiae Friesenhagensi (1676-79; 1680-83; 1692-95) praefuit, necnon ter Guardianus Miltenbergensis (1669-72; 1686-89; 1698-1701) ac bis Definitor Provinciae (1695-98; 1701-ad mortem) electus est [1].

1782 obiit in conventu Fuldensi Fr. Hyacinthus Wigand ex Gerstengrund, laicus, architectus et scrinarius, homo semper laboriosus et devotus [2], aet. 74, prof. 49, qui anno 1765 novam ecclesiam conventus Worbiani aedificavit altaribusque decoravit [3].

1790 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Aegidius Michel Altmannshusanus, laicus, coquus, aet. 56, prof. 25.

1791 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Paulus Elbert Amorbacensis, laicus, statuarius, aet. 51, prof. 19.

1792 obiit in missione Kupferzell V. P. Climacus Speer Külsheimensis, aet. 68, prof. 48, sac. 45.

II.

1709 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Michael Sack, laicus.

1741 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Matthias Minklers, laicus, aet. 66, prof. 45 [4].

1800 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Constantinus Martin Königheimensis ord. iub., vir Deo et hominibus acceptus [5], aet. 71, prof. 53, sac. 48, quondam Praeses missionis in Kupferzell (1776-85) et Waldenburg (1791-95) atque Guardianus Dermbacensis (1785-86).

III.

1741 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Melchior Langenbach Limburgensis, Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 57, sac. 51, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Attendornensi (1689-92) et Episcopiensi (1792-96) atque Lector philosophiae (1908-10). Fuit quoque Guardianus Limburgensis (1705-07), Hammelburgensis (1707-08), Schillingsfürstensis (1710-11), Mariaevallensis (1725-25) et Attendornensis (1725-26), necnon Praeses residentiae Friesenhagensis (1711-15), director pannificii (1716-21) et Definitor Provinciae (1725-28).

1787 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Crescentius Glück Wartmannsrotensis, aet. 66, prof. 44, sac. 42, antea scholarum magister in gymnasio Franciscali Attendornensi (1747-50) et praefectus Limburgi (1750-52) ac Hammelburgi (1776-86).

1814 obiit in loco Geismar prope Geisa V. P. Apollinaris Reitz Episcopiensis in Rhöna, ex conv. Dermbacensi, aet. 56, prof. 15, sac. 10. Succubuit febri nervosae in cura animarum sibi contractae [6].

1848 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Fridericus Neidhardt a Grossentaft, laicus, aet. 49, prof. 19.

[1] S « Vlick ». — [2] Ita BF. — [3] Lemmens, *Werdezeit*, 50; Bibl, 106. Knieb, *Das Franziskanerkloster zu Worbis*, apud *Beiträge z. Gesch. d. Sächs. Prov.*, III, 1910, 93. — [4] V « Meinklers ». — [5] SN ad annum 1800. — [6] SN ad annum 1814.

IV.

1686 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Ernestus Fastert, laicus.

1715 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Lucas Pfister, aet. 55, prof. 18, sac. 15, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscano Episcopiensi (1704-05).

1719 obiit in conventu Limburgensi Fr. Ernestus Minor, clericus novitius.

1755 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Maximinus Popp Egenhusanus, curatus loci Nieder-Hadamar, aet. 27, prof. 9, sac. 4.

1796 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Dorotheus Eppt Episcopiensis, Ex-Agens nationis Germano-Belgicae, Lect. et Guard. em., Chronista Provinciae, aet. 65, prof. 45, sac. 39. Hic, postquam theologiam docuit (1759-66; 1776-79), guardianatum Episcopiensem (1775-76), Hammelburgensem (1780-82) et Schillingsfürstensem (1785-88) administravit. Praeterea Secretarius (1779-80; 1782-85), Chronista (1788-ad mortem), Definitor (1776-79) et Custos (1782-85) Provinciae factus est, explevitque Romae a 1766 usque 1772 partes Agentis generalis nationis Germano-Belgicae. Annis ultimis quieti redditus per frequentem meditationem et lectionem voluminum sanctorum ad mortem indefesse se praeparavit [1].

---

[1] SII ad annum 1796. Bibl, 136. Adiungo litteras commendatitias huic Patri per Ministrum Generalem traditas, cum in Provinciam suam reverteretur:

Reverende Pater!

Cum ad maternum huiusce Provinciae Thuringiae S. Elisabeth gremium, sexennali expenso curriculo, suoque munere valde laudabiliter perfecteque impleto, feliciter idem revertitur *A. V. P. Dorotheus Eppt* una cum socio suo dilectissimo *V. P. Edmundo Weisbecker*, fidissimoque Tertiario *Fr. Ioanne Ditterich:* quamquam autem raro liceat Superioribus proprios subditos eximiis laudibus exornare, ne eos scilicet tentet elatio; nihilominus cum de his tribus probatissimis Viris agatur, qui Dei testimonio magis, quam hominum innituntur ac delectantur; cumque toto eo temporis spatio, quo in hac alma Urbe commorati fuerunt, spectatissimo eorum vitae genere, et summum mei amorem et reliquorum Religiosorum hic degentium existimationem omnem omnemque benevolentiam sibi iure meritoque compararint, qui quidem omnes non nisi aegerrime ferimus, ut ab oculis nostris nostroque sinu divellantur atque abscedant; nimis aequum plane est, ut testimonialibus ac commendatitiis meis litteris apud Paternitatem Tuam Reverendam eos prosequerer ac comitarer. Magna igitur cura summaque sollicitudine has Tibi Religiosos Viros ad Te redeuntes trado atque committo, qui hic commorantes huiusce eorum Matris Provinciae splendorem nedum integerrimum servaverunt, verum etiam magis magisque apud omnes augere studuerunt, qui omni Christiana et Religiosa virtute florentes, praesertim vero in Dei cultu rerumque Divinarum amore, in Orationis studio, in sacrosanctis Religionis nostrae mysteriis vel privatim vel palam adsistendis, in Ecclesia et Choro frequentandis, singularis pietatis et intimae devotionis specimen ediderunt: qui in officio Commissarii Agentis obeundo apud Romanam Curiam pro Provinciis Germano-Belgicis et reliquis fungendis negotiis eisdem concreditis diligentiam, sollicitudinem, dexteritatem integritatemque maximam adhibuerunt: qui Coenobii recessum, solitudinemque in deliciis semper habuerunt et non nisi iustis de causis necessitateque cogente egrediebantur, atque egressi tanta oculorum modestia totiusque corporis compositione incedebant,

1804 obiit in statione Lohrbach V. P. Rufinus Nitsch Kettensis, aet. 50, prof. 25, sac. 21, per 7 annos curatus locorum Lohrbach et Fahrenbach (1797-ad mortem).

1840 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Azarias Wighart Hünfeldensis, aet. 44, prof. 26, sac. 20, concionator quadragesimalis eccl. cathedralis Fuldensis (1820-ad mortem), Vicarius et Lector theologiae actualis (1839-mortem)[1].

1904 obiit in conventu Fuldensi Fr. Florentius Vogt Koernbacensis, clericus diaconus, aet. 26, prof. 4.

V.

1771 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Lotharius Schweitzer Hammelburgensis, aet. 52, prof, 32, sac. 28, stationarius Riedenbergae.

1821 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Narcissus Röhrig Dittigheimensis, aet. 72, prof. 45, laicus sartor.

1850 obiit in loco Rückers prope Flieden V. P. Amandus Pflug ex Müs, aet. 69, prof. 46, sac. 44. Iacet ibidem.

VI.

1666 obiit in conventu Attendornensi V. P. Georgius Commeren, sac. anno 24, praefectus scholarum actualis in gymnasio Franciscano ibidem exsistente (1645-44; 1660-65; 1664 ad mortem).

1694 obiit in conventu Fuldensi Fr. Ludwinus Kübel, clericus[2].

1705 obiit Landavii in Palatinatu V. P. Georgius Vernayen[3] ex Thüne in Belgio (?), sacellanus campestris copiarum Fuldensium sub colonello de Buttlar, aet. 56, prof. 15, sac. 11, qui contagioni inter milites grassanti, per administrationem sacramentorum contractae, succubuit[4].

1757 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Damianus Nelissen, conc. em., aet. 60, prof. 40, sac. 36, quondam concionator summae aedis Fuldensis (1717-25) et ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1726-28)[5].

---

ut omnibus inspicientibus praeclarae essent aedificationi atque exemplo: qui eximia eorum probitate non solum saecularibus, sed vel ipsis nostratibus Religiosis ad pauperis poenitentis et arctioris vitae genus efficacia argumenta praebuerunt: qui, ut omnia paucis complectar verbis, sese veros sanctissimi nostri Patriarchae filios innocentes, sobrios, graves, mansuetos atque angelicos potius, quam humanos in omnibus exhibuerunt etc. (Sequitur nova commendatio).

Amantissimo paterno corde permaneo

Romae ex Ara Coeli 24 Februarii 1772.

Paternitatis Tuae Reverendae

Studiosissimus in Domino servus

P. Paschalis a Varisio,

Minister Generalis.

[1] Ipsius exstat manuscriptum in bibliotheca Fuldensi O. F. M., quod inscribitur: *Abhandlung von Erziehung und Unterrichtung der Kinder*, 50 pag. — [2] F falso dicit eum † 1644. — [3] F « Vernay » V « Vernauer » AP « Vernayern » AC ut supra et « Vernain ». — [4] AP ad annum 1703. Cf. Minges, 265. — [5] Edidit concionem funebrem, cuius titulum more istius temporis protractis-

1751 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Vitus Braun Episcopiensis, Vicarius, aet. 61, prof. 41, sac. 38.

1755 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Iacobonus Maybach Kransbergensis, laicus, aet. 64, prof. 38 [1].

1765 obiit in missione Hasmersheim ad Nicarum V. P. Symphorianus Hammelius Hofheimensis, aet. 55, prof. 32, sac. 28, curatus ibidem [2].

1789 obiit in regia Abbatia ad SS. Petrum et Paulum Erfordiae Fr. Melchior Weber Ettlebensis, laicus scrinarius, ex conventu Worbiano, aet. 41, prof. 17, qui statuas viae crucis prope conventum Fuldensem erectas sculpsisse dicitur [3].

1806 obiit in conventu Fuldensi V. P. Cyrillus Jost Fuldensis, Vicarius, aet. 62, prof. 42, sac. 38, quondam concionator aulicus D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst, necnon scholarum magister in gymnasio Franciscali ibidem (1776-82) [4].

VII.

1711 obiit in conventu Limburgensi Fr. Wilhelm Porters, laicus, aet. 64, prof. 39, exemplar virtutum [5].

1762 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Gratianus Hisgen Montaburanus, Ex-minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 50, prof. 32, sac. 27, qui primum docuit philosophiam (1735-40) et theologiam (1740-47; 1750-53; 1758-62), deinde guardianatum Volkersbergensem (1747-50) et Salismonasteriensem (1753-55) gessit, denique Minister Provincialis electus est, quod munus a die 18 Maii 1755 usque ad diem 14 Mai 1758 laudabiliter obivit.

1774 obiit in conventu Worbiano V. P. Benvenutus Molitor Larbacensis, aet. 50, prof. 10, sac. 7, Lector philosophiae actualis (1770- ad mortem).

1790 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Adrianus Schultheis Hammelburgensis, laicus sartor, aet. 66, prof. 41.

1907 obiit in conventu Penedensi in Brasilia V. P. Antonius Schlaaff. ex Funchal in Madera insula, missionarius, aet. 51, prof. 9, sac. 2.

VIII.

1670 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Bernardinus Ioachimi, Guard. em. et actualis, sac. anno 28, qui munus Instructoris novitiorum (1643-44) et Praesidis Friesenhagensis (1647-49) obivit, guardianatum Hadamariensem (1644-46; 1664-66), Attendornensem (1653-55; 1659-60), Montaburanum (1657-59; 1663-64) et Fuldensem (1669 ad- mortem) administravit, ac quatter Definitor Provinciae electus est (1646-49; 1655-57; 1660-63; 1666-69).

---

simum solum quoad principalia adducere iuvat: *Rosa Benedicta, gratiae rore vegetata, coeli influentiis augmentata: dum floruit, gratiosa; dum aruit, gloriosa, Das ist: Der Hochwürdige Hoch-Wohl-Gebohrne Herr, Herr Benedictus... von Rosenbusch, des Hochfürstlichen Stifts von Fuld Dechant, Probst auf St. Andreae Berg, Verpflichtetster Regierungs-Praesident, als eine durch den Tod den 27. Augusti 1724 abgebrochene Rose... Vorgestellt von* F. Damiano Nelissen, *des Hohen Stiffts Ordinari Prediger,* Fulda [1724]. — [1] Iam anno 1756 ibidem in tabula invenitur. — [2] F die 5 huius. — [3] Bihl, 186. — [4] Deest in V. — [5] Ita 5.

1906 obiit in residentia Mariaevallensi ad Rhenum A. V. P. Guido Keller a Grossenlueder, aet. 77, prof. 42, sac. 39, qui Praeses residentiae Ottbergensis (1890-92), Discretus Custodiae (1893-94) et Definitor Provinciae (1894-97) fuit. Tempore suppressionis ordinum religiosorum residentiam Mariaevallensem in Ringawia multis sub vexationibus Provinciae servavit.

IX.

1730 obiit in conventu Attendornensi A. V. P. Norbertus Fehr, Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 44, quondam magister (1687-90) et praefectus (1690-93) scholarum in gymnasio Franciscali Limburgensi, concionator summae aedis Fuldensis (1700-01) ac Praeses Schwarzenbergensis (1704-07) et Friesenhagensis (1714-16; 1717-19). Fuit praeterea Secretarius Provinciae (1710-11), necnon Guardianus Mariaevallensis (1713-14), Limburgensis (1719-20) et Hachenburgensis (1707-10; 1725-28) [1].

X.

1708 obiit in loco Marktseinsheim V. P. Iacobus Dieffenbach, Vicarius Schwarzenbergensis, sac. anno 10.

1750 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Bernardus Lotz Hagiopolitanus, iubil. ordinis, aet. 76, prof. 52, sac. 49.

1754 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Nicephorus Faber Burkhardrothensis, aet. 65, prof. 40, sac. 35.

1761 obiit in conventu Attendornensi Fr. Gracilianus Hannapel Montaburanus, clericus philosophiae studiosus, aet. 23, prof. 2.

XI.

1701 obiit in Decania Fuldensi [2] Fr. Michael Schmitt, laicus, aet. circ. 40, prof. 20, maligna febri exhaustus [3].

1744 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Arnoldus Schick Herriedensis, parochus Wetzlariensis actualis (1738- ad mortem) aet. 56, prof. 17, sac. 13, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Attendornensi (1732-34) necnon praefectus ibidem (1734-35) et Limburgi (1735-37).

1803 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Ieremias Spahn Hammelburgensis, aet. 67, prof. 45, sac. 40.

1809 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Carolus Bocklet Kissingensis, Vicarius, iubil. ord. aet. 73, prof. 50, sac. 48, antea in gymnasio Franci-

[1] Edidit concionem funebrem cui titulus: *Leo intrepidus oder Leichliche Lob-Klage und und Trostpredigt bey der Hoch-Gräfflichen Begängnus dess weiland Hoch-Gebohrnen Herren, H. Sebastiani dess heiligen Römischen Reichs Grafen, Grafen von Hatzfeld und Gleichen, Herrn zu Wildenberg, Crotorf, Schönstein, Drachenberg, der Frisenhagischen Pfar-Kirchen bei Hoch-Gräfflicher Grufft vorgestellet per* P. Fr. Norbertum Fehr O. F. M. *Recoll. Thüringischer Provintz Priestern...* Coloniae s. a. (Ex Chronogrammate patet annus 1708). — Praeterea iuxta AC t. II, ad annum 1705, sess. 3 ad 11, edidit *Carmina,* quae tamen hucusque nullibi invenire potui. — [2] AP ad annum 1701. — [3] BF quod et diem 17 huius designat qua diem obitus.

scano Schwarzenbergensi magister scholarum (1767-77) et missionarius in Haltenbergstetten apud D. Comitem de Hatzfeld et Gleichen (1783-1800?).

1826 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Casparus Betz Salismonasteriensis, laicus scrinarius, iubil. ordinis, aet. 79, prof. 60.

XII.

1695 obiit Neostadii in Austria (Wiener-Neustadt) Rmus et Illmus D. D. P. Christophorus de Rojas[1] y Spinola, Episcopus Neostadiensis et Praepositus in Heimburg, antea Episcopus Tinensis, Ex-definitor Generalis, Lect. em., Legatus Caesareae Maiestatis per annos 33.

P. Christophorus versus annum 1625 in Belgio patre ex stirpe de Rojas y Spinola originem traxit. Annos circiter 20 natus, Ordini Minorum in Provincia Coloniae se adiunxit, ubi sacerdotio initiatus plura laudabiliter obivit munera, praecipue theologiae et philosophiae Lectoratum. Curiae Hispanicae acceptissimus, in rebus circuli Burgundici legatus ipsius regis ad Leopoldum I Imperatorem Germaniae factus est, qui P. Christophorum, cuius indolem subito perspexit, non amplius a servitio suo dimisit, sed per 33 annos in legationibus publicis continue adhibuit. Cumque hic etiam ad principes Protestantes mitteretur, irenicis plenus consiliis iam a principio causam religionis Catholicae simul cum causa publica sibi demandata agere conatus est. Interea a Ministro Generali pro capitulo provinciali Thuringiae anno 1663 Visitator nominatus est, quae congregatio eius precibus obsecundans, eumdem in nexum Provinciae recepit simulque Custodem et Commissarium pro ampliatione Provinciae elegit[2]. In capitulo generali anno sequenti Romae congregato, cui in munere Custodis Thuringiae intererat, Definitor Generalis factus est[3], cuius tamen muneris partes anno sequenti a se abdicavit, cum Episcopus dioeceseos Tiniensis sitae in confinibus Dalmatiae, consecraretur.

Cum autem Spinola crederet se in legationibus suis animos principum Protestantium praeter exspectationem ad reunionem cum Ecclesia Catholica promptos invenisse, rem Albritio Cardinali tunc Viennae Nuntio aperuit, qui cognitis omnibus prosecutionem irenici negotii ardenter desideravit, quare annuente Caesare, Spinola inprimis cum curia Saxonica convenit, quam, promissa restitutione expulsorum Praedicantium Hungarorum, reunionis tractatui propensam reddidit. Cumque Bonvisius Cardinalis, novus Viennae Nuntius, rem ulterius urgeret, P. Christophorus plenipotentia Caesarea circa negotia politica et oeconomica totius Imperii instructus causam reunionis Catholicos inter et Protestantes simul moturus plurimas curias Protestantes adiit, quarum tamen maior pars eum solis pollicitationibus ad Caesarem scripto datis dimisit, exceptis aulis Hannoveranis, quae duce praesertim Leibnitio illo celeberrimo, aliisque causis cooperantibus rem sincere amplexae sunt.

[1] F « Rochaz »; S « Rochas ». Ipse se signabat « de Roxas »; cf. Lemmens, *Aus den erst. Jahrz.*, 4. — [2] AC ad annum 1663. Cf. etiam Liebler. Scribit L sub Nonis Novembris de P. Christophoro: « .... ex singulari affectu erga Provinciam nostram pro eius ampliatione difficillima ad magnates itinera, non semel vitam cum mortis discrimine obiiciens confecit, eamque diversis conventibus ampliavit et pro eius ampliatione indefesse laboravit ». — [3] Cf. *Orbis Seraphicus*, tom. IV, 174; *Chronol. hist.-legal.*, III, p. I, Romae 1752, 119.

Circa Augustum anni 1677 absolutis praecipuis aulis Protestantium, Spinola Romam petiit, ut Innocentio XI rei actae rationem redderet, et mandatum ad reunionis negotium ab ipso Pontifice acciperet, qui per 8 menses eum retinuit, ut tota causa a collegio Cardinalium ad hoc instituto probaretur. Anno 1678 cum benedictione et Brevi Pontificio dimissus, statim se iterum ad discurrendas aulas Protestantium accinxit, quas ad debellandos Turcas et ad reunionem sollicitare non destitit, quo factum est, ut 14 principes Caesari non solum opem contra Turcas sed etiam ad promovendum sacrum negotium spondérent. Quinque praeterea principes procurarunt fieri sententiam theologorum suorum solemni scripto comprehensam, inter quos duces Hannoverani, quos Spinola anno 1679 denuo adierat.

Interea P. Christophorus non solum principes sollicitaverat, sed etiam plures praecipuos theologos Protestantes rei propensos reddiderat, cumque anno 1680, peste superveniente, a missione sua desistere cogeretur, multiplex epistolarum commercium cum eisdem aperuit, ut reunionis studium in animis eorum foveret.

Cessante peste, irenicus noster indefessus statim aulas tertio visitare coepit, obtinuitque, ut Hannoverae conventus theologorum Protestantium huius territorii celebraretur, cuius fructus erant: « Regulae circa Christianorum omnium ecclesiasticam reunionem », quas Episcopus exinde in suis tractatibus semper adhibuit *tamquam concessiones sibi a Protestantibus factas*, et « Methodus reducendae Unionis » a Molano, abbate Protestante compositus, in quo praeter alia iam suprematus honoris Pontifici conceditur, neque primatus iurisdictionis ei absolute negatur.

Interea curia Ludovici XIV regis Galliae cum Pontifice circa iura ecclesiae Gallicanae disceptans timensque simul, ne potestas Imperii Germanici, ecclesiarum unione peracta refloresceret, per Cardinales Gallicanos Romae exsistentes studia Spinolae irenica in suspicionem vocare conata est, quare Episcopus, ut se ab obiecta haeresi purgaret, anno 1683 ad finem properante, iterum Romam adiit, Innocentio XI de progressu negotii relaturus, a quo benigne exceptus et post discussionem per 8 menses durantem cum litteris commendatitiis plurium Cardinalium et Superiorum Ordinum diversorum, in quibus Praepositus Generalis Societatis Iesu fuit, dimissus est, quin tamen a Pontifice publicam instructionem acciperet, ne animi Gallicanorum ulterius ad schisma accenderentur.

Cum vero Roma rediisset, Ludovicus XIV perfide bellum religiosum contra Protestantes suscepit, simulque Turcas instigavit, ut Austriae bellum pararent, quare reunionis res per sexennium parum proficere potuit, donec anno 1690 nova spes affulgeret praecipue in Protestantibus Hungaris, ad quos P. Christophorus, qui interea (1685) Episcopus Neostadii in Austria et Praepositus in Heimburg factus erat, iam anno 1681 pacis ecclesiasticae causa primo accesserat.

Anno igitur 1691 cum plenipotentia Caesarea ad Hungaros denuo rediit, eosque externo saltem habitu, ad pacis tractationem propensissimos invenit. Neque, cum Hungarorum causas ageret, Germanorum res consistere passus est, sed anno 1693 conventum theologorum Protestantium irenicorum cum Hungaris Viennae indixit, quorum tamen ne unus quidem comparuit: timebant quippe, ne e collegio a suis orthodoxis excommunicarentur.

Haec et calumniae supervenientes animum Episcopi fregerunt, qui abhinc totum se Episcopatui suo dedit, usquedum dira mors eum rapuit anno 1695, aet. anno circ. 74, prof. circ. 50.

Egregius hic vir, praecipuus fuit omnium Irenicorum ecclesiae Catholicae, qui magnanime omnem suscepit laborem nullumque veritus est detrimentum, ut Ecclesiae reunionem perficeret. Testatur hoc eo, quod anno 1685, cum curias Protestantes visitantem ischiatica ita prosterneret, ut solummodo lateri sinistro innixus cubare posset, passus non est, ut negotium consisteret, sed in sella gestatoria ad reliquas aulas sese portari iussit; testatur eo, quod omnibus zelatorum calumniis spretis, scopum sibi praefixum constanter tenuit [1]. Fuit vir doctissimus, qui plures callebat linguas, omniumque amorem eximia benignitate et humanitate sibi conciliavit [2].

1716 obiit in conventu Worbiano V. P. Valentinus Weiskirch Rauhenthalensis, Vicarius, aet. 45, prof. 26, sac. 20, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1697-1700) et Limburgensi (1700-01), necnon Lector philosophiae (1702-04), Secretarius Provinciae (1705-07) ac Guardianus Hadamariensis (1705-08) et Limburgensis (1710-15) [3].

1727 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Ignatius Schnetter, Minister Provincialis actualis, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 59, prof. 41, sac. 37, qui primum magistrum scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis egit (1695-97), deinde philosophiam (1697-1701) et theologiam (1701-08; 1711-15) docuit, postea Guardianus conventus Worbiani (1708-11), Schillingsfürstensis (1715-16) et Fuldensis (1719-22) atque Definitor Provinciae fuit (1716-19; 1722-25), denique Minister Provincialis renuntiatus est, quod munus a die 20 Maii 1725 usque ad mortem laudabiliter gessit.

1789 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Conradinus Wanckel Hammelburgensis, aet. 66, prof. 45, sac. 41.

1814 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Gilbertus Körbling Geldersheimensis, Guard. em., ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 86, prof. 65, sac. 62. Ipse postquam in gymnasio Franciscali Miltenbergensi magister scholarum (1755-56) necnon praefectus ibidem (1756-59) et Limburgi 1759-62) fuit, guardianatum Schillingsfürstensem (1775-76), Spalatinum (1779-82), Sinsheimensem (1785-88), Hammelburgensem (1791-94) et Mosbacensem (1797-1800) administravit. Praeterea director pannificii et curatus militum Fuldensium (1768-70), parochus locorum Düren et Neidenstein (1786-?), Secretarius (1763-64; 1785-85), Definitor (1782-85; 1794-97) et Custos (1788-91; 1800-1803) Provinciae factus est. Fuit vir apprime exemplaris, qui omnibus pene Provinciae officiis functus, in extremo vitae suae curriculo sibi et mundo plane mortuus verum egit anachoretam [4].

---

[1] Haec omnia maximam ad partem excerpta sunt ex actis nondum publicatis, quae tamen hic singillatim citare noluimus, ne notae nimis augeantur et quia eadem ex professo tractare intendimus ap. AFH. Cf. interim de P. Spinola supra, 61, commentationem, caeteris valde praestantem, Dr. O. Klopp, ap. *Kirchenlexikon*, XI², Freiburg 1899; 620-25; praeterea cf. quoque, licet dicta in eis de P. Spinola defectibus minime careant, Hering, *Geschichte der kirchl. Reunionsversuche*, 2 voll. Leipzig. 1836 et 38; Kraetzinger, *Die kirchlichen Reunionsversuche des Bischofs Christoph Rojas von Spinola an den protestantischen Höfen Deutschlands und die Landgräfin Elisabethe Dorothee von Hessen*, ap. *Archiv für hessische Geschichte und Altertumskunde*, Darmstadt 1867, XI, 250 sqq.; Tabaraud, *Histoire critique des projets formés depuis trois cents ans pour la réunion des communions chrétiennes*, Paris 1824. Seltmann, *Zur Wiedervereinigung der getrennten Christen zunächst in deutschen Landen*, Breslau 1903; Kiefl, *Der Friedensplan des Leibniz für Wiedervereinigung der getrennten Kirchen*, Paderborn 1903. — [2] Liebler ad annum 1693. — [3] V falso dicit eum † 1726. — [4] SN ad annum 1814.

XIII.

1694 obiit in conventu Attendornensi V. P. Petrus Liemans, sac. anno 2.

1726 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Wilhelmus Jüngling, Vicarius, sac. anno 31, quondam Guardianus Hadamariensis (1708-10) et Hachenburgensis (1710-11).

1745 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Alexander Volkmann Kirchworbianus, Lect. em. et Guardianus duodenn., aet. 56, prof. 35, sac. 32, qui philosophiam (1716-19) et theologiam (1719-25; 1729-34) docuit, atque guardianatum Schillingsfürstensem (1725-28) et Schwarzenbergensem (1734-35) administravit[1].

1745 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Gereon Henches, laicus, aet. 49, prof. 24.

1762 obiit in statione Zeutzleben prope Schweinfurt V. P. Romualdus Fischer Zeutzlebensis, aet. 60, prof. 39, sac. 36.

XIV.

1662 obiit in conventu Limburgensi A. R. P. Philippus Hoegel, Minister Prov. actualis, Guard. emeritus, aet. 58, prof. 38, sac. 32. Hic munus Instructoris novitiorum obivit (1644-46; 1650-52), residentiae Hachenburgensi praefuit (1643-44), necnon Guardiani Wetzlariensis (1641-43) et Limburgensis (1640-41; 1646-50; 1656-57) partes explevit. Praeterea Definitor (1643-46) et bis Custos (1649-52; 1655-57) Provinciae electus est, quo in munere negotiorum Provinciae causa aulam Caesaream Viennensem adiit. Denique in ipso regimine Provinciae constitutus a die 23 Iunii 1652 usque ad diem 16 Maii 1655 et a die 25 Iulii 1660 usque ad mortem, ministeriatum laudabiliter gessit. Vir erat magnis gratus, omnibus affabilis, in actionibus suis sedulus et disciplinae monasticae apprime studiosus[2].

1678 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Valentinus Simon, philosophiae Lector actualis (1673 - ad mortem), sac. anno 5.

1683 obiit in conventu Montaburano Fr. Franciscus Veckemans, laicus[3].

1684 obiit in conventu Montaburano Fr. Marcellus Hermans, laicus.

1719 obiit in conventu Montaburano V. P. Godefridus Schevering, sac. anno 39[4].

1737 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Ferdinandus Lanoye aet. 63, prof. 41, sac. 38, quondam superior missionis in Haltenbergstetten apud D. Comitem de Hatzfeld et Gleichen (1716-29).

---

[1] Hic studium theologicum augere intendens cum Patribus Societatis Iesu in domo studiorum in Heiligenstadt convenit, ut Lectores disputationes scholasticas vicissim frequentarent. Cf. Knieb, *Das Franziskanerkloster zu Worbis*, in *Beiträge z. Gesch. d. Sächs. Prov.*, III, 1910, 94. Edidit opellam: *Opusculum de Iubilaeo tam ordinario, quam extraordinario, in quo breviter et clare, quomodo Poenitentes tempore Iubilaei a Confessariis possint adiuvari, ut rite indulgentias lucrari et alios favores concedi solitos consequi mereantur, demonstratur, studio et labore,* P. F. Alexandri Volkmann O. F. M. *Recoll. Prov. Thur.... congestum anno DoMInI nostri IesV ChrIstI, qVI est et erIt resVrreCtIo nostra,* Duderstadii (1723). — [2] Liebler ad annum 1662. — [3] V « Vehemans; AC ad annum 1683 « Urgemans ». — [4] S « Schwering »; AC ad annum 1719 « Scheuring ».

1770 obiit in conventu Fuldensi Fr. Cunibertus Farnung Poppenhusanus, laicus textor, aet. 72, prof. 47.

1791 obiit in conventu Worbiano A. V. P. Methodius Simon Miltenbergensis, Guardianus actualis (1788 mortem) in regimine discretus et amabilis [1], aet. 59, prof. 41, sac. 35, quondam concionator urbicus Mosbaci (1774-85) et novitiorum Instructor (1785-88).

XV.

1659 obiit in conventu Limburgensi V. P. Adam Casheim, Vicarius conventus Gelnhusani [2].

1683 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Godefridus Meyer, Vicarius, sac. anno 14. antea Guardianus Worbii (1673-74) et Praeses in Monte S. Crucis iuxta Episcopium in Rhöna (1676-77).

1725 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Pius Schreiber. aet. 69, prof. 45, sac. 40. Cum ipse anno 1705 a loco Ellingen ad conventum Schwarzenbergensem rediens apud Fr. Emmeramum prope Spalatum anachoreticam vitam agentem pernoctaret, hunc locum ita adamavit, ut mox cum licentia superiorum rediret, conventum ibi fundaturus. Quia vero Episcopus Princeps Eistettensis tunc temporis, fuga capta, extra territorium suum morabatur, interim solummodo licentiam accepit, ut missionarium in his regionibus ageret, ibique non obstantibus variis difficultatibus perstitit, usquedum anno 1706 residentiam construere posset, cui primus praeerat (1707-08) [3].

1758 obiit in missione Kupferzell Fr. Paschalis Gimler [4] Hünfeldensis, laicus, coquus, aet. 52, prof. 26.

1769 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Iodocus Grossmann Miltenbergensis, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 59, prof. 42, sac. 36, magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Mosbacensi (1732-34) et Limburgensi (1734-35), necnon praefectus Limburgi (1735-37), Episcopii (1737-38) et Hammelburgi (1766- ad mortem). Praeterea philosophiam (1738-41) et theologiam (1741-47; 1753-55; 1758-59; 1762-63) docuit ac guardianatum Worbianum (1747-50), Sinsheimensem (1755-56) et Miltenbergensem (1756-58) administravit.

1808 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Berardus Stöckert Karlstadtianus, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 54, sac. 52.

XVI.

1684 obiit in conventu Montaburano Fr. Casparus Rochmans, laicus [5].

1755 obiit in loco Karbach in Franconia inferiori V. P. Tranquillus Brales Episcopiensis, terminarius Salismonasteriensis, aet. 51, prof. 29, sac. 26 [6].

1757 obiit in conventu Limburgensi Fr. Faustinus Farnung Poppenhusanus, laicus textor, aet. 67, prof. 36.

[1] SH ad annum 1791. — [2] S « Casheimb » falsoque dicit eum † 1659; L. Hachenburgi. — [3] *Sulzb. Kal.*, 1884, 86 et 87. Supra, 77 l. 16 sqq. — [4] F tradit die 15 Maii einsdem anni Fr. Paschalem Geber Salismonasterii mortuum esse, quia vero in caeteris, etiam in S deest, idem videtur esse ac hic. — [5] S « Bockmans »; V « Quaeckmans ». — [6] F « Brahles »; AC ad annum 1755 « Prales ».

1774 obiit in conventu Dermbacensi A. V. P. Maximinus Scheffer Fuldensis, Guardianus actualis (1775-ad mortem) aet. 57, prof. 38, sac. 34, antea missionarius in Schwaigern (1749-58) atque Guardianus Sinsheimii (1764-67) et Volkersbergae (1668-71).

1775 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Rudolfus Janson Obernburgensis, Lect. em., aet. 46, prof. 21, sac. 19, qui philosophiam (1759-65; 1764-66) et theologiam (1765-64; 1766-70) docuit, fuitque Guardianus Miltenbergensis (1770-71).

1785 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Chrysogonus Fischlein Sesshofanus, aet. 59, prof. 41, sac. 38, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Montaburano (1749-50), Limburgensi (1750-52) et Hammelburgensi (1752-55), necnon praefectus Hammelburgi (1755-56).

1800 obiit in conventu Worbiano V. P. Cherubinus Mock ex Dingelstädt, aet. 59, prof. 17, sac. 15, aliquando Lector philosophiae (1789-94?)

1815 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Clemens Seubert Wülfershusanus, laicus, victor [1], aet. 70, prof. 46.

1829 obiit in conventu Fuldensi Fr. Damianus Uebel Dermbacensis, iubil. ordinis, laicus, textor, aet. 87, prof. 64, vir simplex et rectus [2].

1859 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Franciscus Gensler ex Vitmühl prope Hofaschenbach, Ex-director Thuringiae, aet. 58, prof. 25, sac. 22, Vicarius actualis conv. Fuldensis, antea Director residuorum Thuringiae (1848-1855), curatus militum Fuldensium (1854-ad mortem) et Discretus Custodiae (1858-ad mortem). Fuit P. Franciscus vir sanctitatis et apostolici pectoris, qui simplici conversatione sua omnium sibi conciliavit animos. Semper hilaris ubique pias cantabat cantilenas ac mortem quoque cantando suscepit [3].

XVII.

1658 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Lambertus Stamm, laicus.

1739 obiit in conventu Attendornensi Fr. Andreas Cretz, laicus, aet. 50, prof. 28.

1746 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Casparus Emmerici Limburgensis, aet. 50, prof. 15, sac. 7, quondam magister scholarum in gymnasiis Franciscanis Hammelburgi (1741-44) et Miltenbergae (1744-ad mortem).

1758 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Norbertus Gross ex Dingelstädt, Lect. em., Guard. duodenn. et actualis, aet. 59, prof. 39, sac. 35, qui primum munus magistri scholarum in gymnasio Franciscali Hammelburgensi (1725-28) et officium praefecti in gymnasio Limburgensi (1728-29) suscepit, deinde philosophiam (1729-34) et theologiam (1734-41; 1744-46) docuit, denique Guardianus Schwarzenbergensis (1741-43), Worbianus (1743-44), Mosbacensis (1746-49), Salismonasteriensis (1752-53), Volkersbergensis (1753-55) et Hadamariensis (1756-mortem), atque Definitor Provinciae (1749-52) electus est [4].

1816 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Gaudentius Bayerlein Schillingsfürstensis, ordinis et sac. iubil., aet. 78, prof. 55, sac. 50, quondam scho-

---

[1] Id est corbes seu fiscos texens. — [2] Ita BF. — [3] Bihl, 225. — [4] Cf. Bihl, 126. Eius *Praelectionum theologicarum* exstat apographum manu Fr. Guidi Brühl, eius discipuli confectum, in bibliotheca conventus Fuldensis.

larum magister in gymnasiis Schillingsfürstensi (1774-76), Episcopiensi (1776-77), Salismonasteriensi (1777-79) et Miltenbergensi (1779), necnon curatus in Aufenau (1779-82) et missionarius in Waldenburg (1782-83).

1900 obiit in conventu Gorheimensi prope Sigmaringam Fr. Ioannes Quanz a Mengers, clericus studiosus litterarum humaniorum, aet. 22, prof. 2, qui placidissime obdormivit in Domino.

XVIII.

1637 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Christophorus Hompes, Definitor actualis, anno 1635 in primum Definitorium Provinciae receptus, qui toto tempore sacerdotii sui zelose contra haeresim pugnavit, praesertim Laubhemii in Palatinatu, Wetzlariae, Gelnhusii et Hirsfeldiae [1]. Cum Bernardus Weimariensis in bello 30 annorum Hirsfeldiam anno 1631 caperet, P. Christophorus, qui cum aliquibus aliis Franciscanis, Iesuitis et Benedictinis in urbe remanserat, precibus suis salutem omnium civium Catholicorum impetravit et civitatem ab exspoliatione praeservavit. Paucis tamen hebdomadibus post cum ceteris Hirsfeldiam relinquere coactus est, solo breviario sibi concesso [2].

1703 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Antonius Knecht, laicus, aet. 60, prof. 37.

XIX.

1718 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Antonius Langenbach, sac. anno 42, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Hammelburgensi (1681-85; 1686-87).

1756 obiit Hierosolymis in conventu SS. Salvatoris A. V. P. Richardus Vlecken Tungrensis, Lect. em., ord. et sac. iubil., aet. 87, prof. 62, sac. 58, qui philosophiam (1698-1702) et theologiam apud nostros (1702-06) et apud Canonicos S. Augustini in Ewig (1713-19) docuit, guardianatum Hammelburgensem administravit (1723-25), et bis in Terram Sanctam peregrinatus est, ubi altera vice per 29 annos permansit usque ad mortem [3].

1760 obiit in conventu Spalatino Fr. Vincentius Schneider Bürgstadianus, laicus hortulanus aet. 63, prof. 32 [4].

1761 obiit in conventu Attendornensi Fr. Aegidius Zinsmeister Eistettensis, clericus sacerdos, aet. 24, prof. 5, sac. 1.

1799 obiit in loco Neuhof prope Fuldam V. P. Vincentius Nitsch Thulbensis, aet. 67, prof. 45, sac. 43, per 40 annos stationarius in Rommertz (1759-ad mortem) [5].

XX.

1713 obiit in conventu Montaburano A. V. P. Antonius Ernst, Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 74 (?), prof. 54, sac. 51, aliquando Praeses Frie-

[1] Hueber, 828. Ipse eum vocat « Hompesch », traditque eum in Kreuznach esse mortuum. — [2] Bibl, 38; A fontibus ineditis vocatur etiam Homper; dies et mensis obitus incerti sunt. — [3] F falso dicit eum † 1738. V « Wecken? »; AC etiam « Flecken ». — [4] V die 16 huius. — [5] SH ad annum 1799.

senhagensis (1697-98) ac Guardianus Montaburi (1685-86), Salismonasterii (1698-1700) et Hachenburgi (1692-95; 1701-04), necnon parochus Salismonasteriensis (1698-1700).

1788 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Gildardus Zoeller Moenchbergensis, laicus, sartor et coquus, aet. 67, prof. 45. Vir hic austerus quoad se, qui quavis nocte ad omnium aedificationem viam crucis terere solitus erat, die Coenae Domini summo sub sacro ex hac vita decessit [1].

1799 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Bernardinus Müller ex Geiersnest, Lect. em. aet. 59, prof. 21, sac. 16, vir pietate et scientia commendatus, hominibus decorus et amabilis [2], qui primum magister scholarum in gymnasiis Franciscanis Hammelburgensi (1786-88) et Schillingsfürstensi (1788-89) fuit, postea philosophiam (1789-94?) et theologiam (1794-98) legit.

1853 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Henricus Weiss Fuldensis, aet. 56, prof. 35, sac. 33, quondam Guardianus (1831-44) et parochus (1840-46) Salismonasteriensis.

XXI.

1716 obiit in conventu Fuldensi Fr. Nicasius Fensterwald, laicus [3].

1730 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Urbanus Wundrach, laicus, aet. 68, prof. 41 [4].

1758 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Adolfus Miegling ex Wolferts, Guard. actualis, aet. 54, prof. 32, sac. 29, primum magister scholarum in gymnasio Franciscali Limburgi (1714-16), deinde parochus Wetzlariae (1722-29) et concionator in ecclesia collegiata ibidem (1725-26; 1728-29), denique Guardianus Mariaevallensis (1731-34), Hadamariensis (1735-37) et Sinsheimensis (1737-ad mortem) [5].

1758 obiit in loco Rüdershausen prope Worbium V. P. Ernestus Krifft Fuldensis, aet. 54, prof. 15, sac. 9 [6].

1805 obiit in missione Wilhermsdorf apud D. Comitem de Styrum V. P. Corbinianus Scheurer Episcopiensis, ord. iubil., aet. 76, prof. 53, sac. 49, per 14 annos missionarius ibidem (1789-1805).

1896 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Cornelius Hohmann ex Spahl, tertiarius professus, aet. 25, prof. 5.

---

[1] Ibid. ad annum 1788. — [2] Ibid. ad annum 1799. — [3] V « Finsterwald ». — [4] S « Wunderbach ». — [5] S « Milchling ». Cf. Bihl, 149 sq. Publicavit concionem funebrem quam pro Praeposito Montis S. Petri, Philippo de Spiegel, O. S. B., qua concionator conventus Fuldensis habuerat: *Aufrichtiges letzt übersetztes Lebens-Lob als des rechts christlichen Tugend Spiegels Prob, repraesentirt in Panegyrico-funebri Speculo, das ist Leich- und Ehrenpredig dem Hochw. Gnäd. H. Philippo von Spiegel, des Hochf. Uralten Stiffts Fulda Probsten in Monte S. Petri Apostoli und Hochf. Rentkammer-Praesidenten, gestorben 28 octobris 1720... in der Petersberger Probstei-Kirche bei der Beerdigung vorgetragen von* F. Adolpho Migling... Fulda, in-fol. 23 pp. (1720). — Praeterea edidit: *Die Krafft und Würckung der Apostolischen Bind- und Lösungs-Schlüsseln, das ist, nötiger Unterricht von der Lehr der hl. Christ-Catholischen Kirch betreffend den Ablass oder die Indulgentien, item die Iubilaea etc... herausgegeben durch* P. Adolph Miegling O. S. F., *zeitlichen Pastorn unsrer lieben Frauen-Stiffts zu Wetzlar,* Fulda, 1727. — [6] S « Grifft »; F falso † 1753.

XXII.

1673 obiit prope oppidum Minden A. V. P. Ioseph Rath Limburgensis, sacellanus campestris exercitus Caesarei sub Barone de Hawitz (ab anno 1672), sac. anno 21, quondam Praeses (1664-66) et primus Guardianus (1666-69) Volkersbergensis, necnon Secretarius Provinciae (1672-ad mortem)[1].

1690 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Philippus Adami, sac. anno 13, Lector theologiae actualis (1683-ad mortem), antea Lector philosophiae (1677-83).

1729 obiit in conventu Montaburano V. P. Hermenegildus Zwinkmann, aet. 29, prof. 9, sac. 5[2].

1809 obiit in Unter-Wittighausen prope Episcopium ad Tuberam V. P. Beda Volk Osterburkensis, aet. 60, prof. 34, sac. 31.

1814 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Dionysius Knapp Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 73, prof. 53, sac. 52, quondam concionator urbicus Mosbacensis (1791-?) et superior missionis in Waldenburg (1795-1800) et Kupferzell (1800-03?).

XXIII.

1678 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Ambrosius Günther, sac. anno 5[3].

1688 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Aegidius Pettmeck, sac. anno 22, aliquando magister (1667-70) et praefectus scholarum (1670-73) in gymnasio Franciscali Limburgi erecto[4].

1713 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Carolus de Roest, sac. anno 11[5].

1726 obiit in conventu Attendornensi Fr. Daniel Schatzen, laicus[6].

1746 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Felix Conradi Kissingensis, clericus diaconus, aet. 25, prof. 4[7].

1751 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Wendelinus Schupp Montaburanus, laicus sutor, aet. 67, prof. 42.

1752 obiit in conventu Attendornensi V. P. Franciscus Seitz Herbipolitanus, ord. et sac. iubil., aet 73, prof. 55, sac. 50, quondam magister scholarum in gymnasiis Franciscanis Hammelburgensi (1702-04) et Limburgensi (1704-07).

1772 obiit in conventu Worbiano V. P. Hugolinus Hertzberg Gerodanus, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 62, sac. 56.

1774 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Beda Gerlach Amoeneburgensis, Vicarius, aet. 59, prof. 40, sac. 35, qui munus magistri scholarum in gymnasio Franciscano Attendornensi (1740-43) et praefecti scholarum Miltenbergae (1743-44) obivit, sacellanus aulicus D. Lantgravii de Hessen-Rheinfels in Eschwege fuit (1752-53), guardianatum Attendornensem (1756-58), Worbianum (1758-59; 1763-

[1] V « Rats ». — [2] V die 14 huius; S « Zwingmann ». — [3] V dicit eum † Montaburi. — [4] S falso dicit eum † 1680. — [5] BS « de Roost » AC « Rost ». — [6] Deest in S et F; citatur a V et AC ad annum 1726; V « Schatz ». — [7] O et P « Conradini ».

64) et Volkersbergensem (1767-68) administravit atque Definitor Provinciae electus est (1764-67).

1820 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Damascenus Klug ex Rückers, aet. 70, prof. 46, sac. 43.

XXIV.

1672 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Franciscus Vigener, laicus [1].

1708 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Henricus van der Bonden, laicus [2].

1761 obiit in conventu Fuldensi V. P. Benvenutus Bretz Montaburanus, aet. 30, prof. 8, sac. 5.

1805 obiit in conventu Spalatino V. P. Gratianus Kerber Hardheimensis, egregius organoeda, aet. 51, prof. 30, sac. 27 [3].

XXV.

1726 obiit in loco Trachenberg in Silesia, in praedio D. Comitis de Hatzfeld, V. P. Kilianus Seligmann Gemundanus, sacell. campestris, sac. anno 47 [4].

1730 obiit in conventu Spalatino V. P. Cassiodorus Groll, aet. 31, prof. 11, sac. 6.

1734 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Bonifatius Witzel, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 54, sac. 50, antea Praeses residentiae Friesenhagensis (1707-10) [5].

1740 obiit in statione Offheim prope Hadamar V. P. Epiphanius Rausch Salismonasteriensis, aet. 42, prof. 20, sac. 17, qui in loco praefato parochum agebat [6].

1746 obiit in conventu Montaburano V. P. Laurentius Busmans Traiectensis, aet. 58, prof. 39, sac. 34, quondam Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1725-28) et Hadamariensis (1729-32) [7].

1757 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Rochus Schmitt Wollbacensis, Lect. et Guard. em., aet. 70, prof. 49, sac. 46, qui postquam magister (1715-16; 1717-19) et praefectus scholarum (1716-17) in gymnasio Franciscali Hammelburgensi fuit, philosophiam (1719-22) et theologiam (1722-28) legit atque parochus (1728-41), bisque Guardianus (1728-31; 1734-37) Salismonasteriensis factus est, necnon Definitorio Provinciae intererat (1731-34).

1759 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Maximilianus Fastre Tungrensis, ord. et sac. iubil., totius Provinciae ab origine ad nostra usque tempora senior, aetatis scil. anno 97, prof. 69, sac. 64, egregius et doctus musicus erat [8].

1807 obiit Worbii in domo suburbana moribundum provisurus [9] A. V. P. Rhabanus Tölle Kirchworbianus, Lect. et Guard. em, aet. 68, prof. 48, sac. 45; qui philosophiam (1766-68) theologiam (1768-77; 1780-82; 1788-91) et linguas Orien-

[1] F etiam die 13 Sept. « Vigerer ». — [2] V die 26 huius AC ad annum 1708 « de Pontis ». — [3] SN ad annum 1805 F « Körber ». — [4] Deest in S. V die 9 Aprilis. — [5] Misc. II « Weitzel ». — [6] V die 25 Dez. — [7] S et V falso dicunt eum † 1740; V die 16 Aprilis; Misc. II tradunt, eum fuisse aet. 65, prof. 46, sac. 42. — [8] Servatur eius MS. *Phaenicurus choralis.... per me P. Max. Fastre, O. F. M. Rec. Prov. Thur. S. Elis. sacerdotem 1708*, in-12°, 334 pp. in bibliotheca Salismonasteriensi conventus O. F. M.; O et P dicunt eum ortum esse ex Niederbrechen. — [9] SN ad annum 1807.

tales (1789-91) docuit ac insuper guardianatum Worbianum (1777-80; 1794-97) et Dermbacensem (1800-03?) administravit, terque Definitor Provinciae electus est (1791-94; 1797-1800; 1803-06).

XXVI.

1747 obiit in conventu Worbiano V. P. Donatus Westenhoff ex Neuendorf prope Lohr, aet. 57, prof. 34, sac. 31 [1].

1758 obiit in statione Wildenburg V. P. Florentinus Arnold Limburgensis, ex residentia Friesenhagen, aet. 49, prof. 29, sac. 25, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Attendornensi (1754-57) [2].

1772 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Vitus Spahn Schwärzelbacensis, laicus vietor [3], aet. 56, prof. 29.

XXVII.

1744 obiit in conventu Worbiano V. P. Andreas Loth ex Wachstedt, aet. 55, prof. 32, sac. 29, qui, postquam munus magistri scholarum Limburgi (1716-20) obivit, partesque praefecti in gymnasio Episcopiensi explevit (1720-23), parochus Hachenburgensis (1729-31) factus est, ac summae aedis Fuldensis concionator (1733-38) [4].

1785 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Bonifatius Faust Fuldensis, laicus, fenestrarius, aet. 70, prof. 37 [5].

1786 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Hyginus Burger a Schillingsfürst, laicus, vietor, aet. 70, prof. 36.

1800 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Petrus Baptista Stockmeister Episcopiensis, aet. 66, prof. 45, sac. 42, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscanis Schwarzenbergae (1764-66), Episcopii (1766-67) et Miltenbergae (1779-92?).

XXVIII.

1676 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Ludovicus Faber, laicus, vir improbi laboris, orationis et devotionis magnae, qui in structura conventus et ecclesiae Hammelburgensis indefessus fuit. Tandem viribus exhaustus et caecitate oppressus, intentus semper devotioni mortuus est [6].

1715 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Caesarius Pfister, clericus sacerdos [7].

1729 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Dominicus Freidenberger, laicus, aet. 60, prof. 39 [8].

1824 obiit in conventu Fuldensi Fr. Carlomannus Heilmann Miltenbergensis, laicus coquus, aet. 62, prof. 31.

1825 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Eustachius Hartung a Mellrichstadt, Director residuorum Thuringiae actualis (1821- ad mortem), vir secundum cor Dei [9], quondam concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1805?- ad mortem), novitiorum Instructor (1812-?) et Guardianus Fuldensis (1821- ad mortem) [10].

---

[1] S Westerhoffen »; V die 20 huius. — [2] V falso dicit eum † 1750. — [3] I. e. corbes seu fiscos texens. — [4] BW falso dicit eum † 1747; deest in V. — [5] Qui confecit novas fenestras in cameris et in inferiori ambitu conventus Volkersbergensis. — [6] Liebler ad annum 1676. — [7] S falso dicit eum † 1717. — [8] V « Freudenberger ». — [9] BS. — [10] Bibl, 155, 210, 219.

XXIX.

1685 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Mauritius Grösgen Hadamariensis, sac. anno 12, antea scholarum magister in gymnasiis Hammelburgensi (1675-74) et Limburgensi (1677-81), necnon praefectus utriusque instituti (Hamm. 1674-75; Limb. 1681-85) atque sacellanus campestris [1].

1698 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Melchior Hellesfort, Guard. em. et Def. actualis, sac. anno 55, primum magister scholarum in gymnasio Franciscano Attendornae erecto (1663-64), deinde Praeses Wetzlariensis (1669-70) et Friesenhagensis (1670-72), denique Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1674-76), Episcopiensis (1676-77), Hadamariensis (1679-80), Attendornensis (1685-86), Miltenbergensis (1692-95) et Worbianus (1680-81; 1687-89). Praeterea bis Definitorio Provinciae adnumeratus est (1689-92; 1695- ad mortem).

1756 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Cornelius Quadbach, aet. 64, prof. 44, sac. 42, quondam in gymnasio Attendornensi scholarum magister (1700-01).

1775 obiit in conventu Worbiano V. P. Amadeus Degenhard Rüdershusanus, aet. 65, prof. 44, sac. 41, antea magister scholarum in gymnasio Franciscali Mosbacensi (1754-55) et Limburgensi (1755-58) [2].

1807 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Severus Mangold Fuldensis, laicus, textor, aet. 62, prof. 39.

1811 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Adrianus Adrian Klingenbergensis, aet. 54, prof. 33, sac. 30, qui primum munus magistri in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1785-88) et officium praefecti scholarum Miltenbergae (1807-09) obivit, deinde philosophiam (1788-91) et theologiam (1791-97; 1809) ad mortem legit, postea Secretarius Provinciae factus est (1797-98; 1806-09) denique guardianatum Miltenbergensem (1798-1801) et Episcopiensem (1803-06) administravit.

1877 obiit Cairi in Aegypto Fr. Cornelius Hahner Haselsteinensis, laicus, aet. 55, prof. 7.

XXX.

1795 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Sebastianus Stang Etllebensis, laicus sartor et coquus, aet. 68, prof. 41.

1815 obiit in conventu Worbiano V. P. Tranquillus Hunold Breitenbacensis, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 55, sac. 52.

1857 obiit in conventu Fuldensi V. P. Athanasius Schmitt Marbacensis, aet. 60, prof. 41, sac. 37.

XXXI.

1725 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Franciscus Ververs, laicus, ord. iubil., prof. anno 58 [3].

1775 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Thuribius Betz Ruhlkirchensis, aet. 55, prof. 32, sac. 28, quondam concionator summae aedis Fuldensis (1759-63) ac curatus militum ibidem (1760-63) [4].

[1] Tempore ignoto ex S. — [2] F die 30 huius. — [3] V die 13 huius. S dicit cum † Mosbaci. — [4] S die 30 huius.

APRILIS.

I.

1682 obiit in conventu Limburgensi V. P. Ludovicus Engelhard, aet. 53, prof. 33, sac. 28.

1703 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Theodorus Vrancken aet. 82, prof. 48, sac. 45, quondam Praeses residentiae Friesenhagensis (1666-67).

1815 obiit in conventu Dermbacensi Fr. Modestinus Popp Egenhusanus, laicus, sutor, aet. 69, prof. 39 [1].

1822 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Marcus Graff a Velburg, laicus, carnifex et coquus, aet. 74, prof. 46 [2].

1904 obiit in conventu Metensi A. V. P. Calixtus Albert a Lellingen in Lotharingia, Guard. act., aet. 68, prof. 25, sac. 42, qui postquam (1862-80) parochum saecularem in dioecesi Metensi egit, habitum assumpsit in Provincia S. Ludovici in Francia, Praesidem conventus Sancti Brioci egit. Tunc 28 ianuario 1888 Fratrum Minorum in Lotharingiam primus post Gallicanam illam rerum omnium perturbationum habitum denuo invexit et Metis solus commoratus est usque ad 9 maii 1888. Post vero unionem conventus Metensis cum Provincia Thuringiae Guardianus istius conventus (1899-ad mortem) et Definitor Provinciae (1900-02) factus est. Vir erat in concionibus admodum facundus et valde popularis, in missionibus praedicandis maxime indefessus, maximique successus, qui multum ad incrementum Tertii Ordinis et devotionis Viae Crucis laboravit, asceseosque religiosae eximius cultor exstitit, ideoque a plurimis undique expetitus. In die Parasceves mane genibus flexis ante imaginem Crucifixi exanimis inventus est [3].

II.

1649 obiit in conventu Limburgensi V. P. Franciscus Ewalt, sac. anno 4 [4].

1702 obiit in conventu Attendornensi Fr. Theodorus Knesterich, laicus, aet. 28, prof. 6 [5].

III.

1710 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Casparus Manger, sac. anno 37 [6].

1712 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Aegidius van Bree, laicus [7].

---

[1] V « Gopp ». — [2] deest in S; V et F die 2. huius, econtra BS die 1. — [3] Ipse fundavit anno 1899 folium mensile: *Petite Correspondance pour les Tertiaires du Pays Messin*, illudque ad mortem usque maximam partem redegit et scripsit. — Eius quoque est: *Le Code franciscain entre les mains des hommes du monde. Nouveaux aperçus sur le Tiers-Ordre de S. François d'Assise, ouvrage posthume du* R. P. Cal. Albert, *édité par les PP. Franciscains de Metz,* Metz, 1906, in-8° [IV], 267 pp. — De eo cf. *Sendbote des heiligen Franziskus,* XIV, Metz 1904, fasc. VIII, 113-17; *Petite Correspondance,* V, ib. 1904, fasc. V. — [4] V « Erbold ». — [5] V « Küsterich » obiit 1701; F « Kesterich ». — [6] deest in S; F die 13 huius — [7] deest in S; F die 4. huius.

1741 obiit in conventu Attendornensi V. P. Henricus Browers Traiectensis, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 59, sac. 51 [1].

1752 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Floribertus Weisshahn ex Maberzell, Lector theologiae actualis (1749-ad mortem), aet. 33, prof. 14, sac. 8, antea Lector philosophiae (1746-49).

1775 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Anacletus Jung Fuldensis, aet. 74, prof. 48, sac. 46, quondam Guardianus Attendornensis (1747-50) et Hachenburgensis (1756-59).

1777 obiit in missione Hasmersheim ad Nicarum Fr. Gabriel Ebner Egenhusanus, laicus, coquus aet. 65, prof. 39.

IV.

1708 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Iacobus van Oesterich, laicus [2].

1754 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Siegfridus Maybach Siegenensis, aet. 52, prof. 30, sac. 26, quondam in gymnasio Franciscano Attendornensi scholarum magister (1751-52) et concionator ecclesiae Collegiatae Wetzlariensis (1746-47).

1805 obiit in conventu Worbiano Fr. Iacobus Günther a Geisa, laicus scrinarius, aet. 57, prof. 36 [3].

1806 obiit in missione Erlacensi V. P. Petrus Alc. de Mohr Schwarzenbergensis, conc. em., aet. 48, prof. 29, sac. 24, primum Lector philosophiae (1785-85) deinde concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1785-91) et curatus militum ibidem (1786-89), postea concionator urbicus Mosbaci (1794-98), denique missionarius in Eichtersheim (1798-1805?) et Erlach (1805?-ad mortem) [4].

V.

1708 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Innocentius van den Dway, laicus [5].

1719 obiit in arce Waldmannshofen V. P. Benignus Penten, sacellanus aulicus D. Comitissae de Hatzfeld et Gleichen, sac. anno 46 [6].

1724 obiit in loco Wendehausen prope Treffurt V. P. Maximinus Helm ex conventu Worbiano, sac. anno 5 [7].

1808 obiit in conventu Spalatino V. P. Basilides Frey Eistettensis, aet. 58, prof. 37, sac. 33, quondam Guardianus Spalatinus (1797-1800).

VI.

1691 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Christianus Pauli, laicus, iubil. ordinis, prof. anno 52, ultimus Franciscanus conventus Gelnhusani [8].

---

[1] V « Brevoos » S « Provers ». — [2] F « Destrichen »; AC « van Osterick » S « Ostenreich » V « Osterreich ». — [3] F falso dicit eum Hammelburgi; BW die 5 huius. — [4] Bihl, 153. — [5] V « Sway ». — [6] V die 7 huius traditque eum fuisse iubilarium (probab. ordinis). — [7] BW die 4 Aprilis. — [8] De hoc fama refert, eum non cessisse ex conventu, cum ceteri migrarent, sed in campana — utpote statura pusillum — se abscondisse. Cumque vespere campana pulsata non so-

1719 obiit in missione Büchold V. P. Dominicus Staub, sac. anno 29., quondam parochus Schillingsfürstensis (1704-10) et sacell. urbicus Episcopii (1711-15).

1757 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. R. P. Engelbertus Mallempré, Ex-Minister Provinciae, Lect. em., Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 59, sac. 53, qui, postquam philosophiam (1685-89) et theologiam (1689-95) docuit, Guardianus Wetzlariensis (1695-98) ac Limburgensis (1701-04), necnon Definitor (1698-1701), Custos (1704-07) et Minister Provincialis factus est. Rexit Provinciam a 12 Iunii 1707 usque ad 22 Iunii 1710 et a 28 Maii 1719 usque ad 21 Iunii 1722.

1787 obiit in civitate Orb V. P. Franciscus Günther Miltenbergensis, vir omnibus benefacere studens [1], aet. 61, prof. 41, sac. 37, qui a conventu Salismonasteriensi illuc missus erat, ut functiones hebdomadae sanctae perageret. Mane in lecto inventus est exanimis [2].

1796 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Casparus Betz Brückenaviensis, ordinis iubil., vir dolorum, cuius patientiam non pauci mirati sunt [3], aet. 72, prof. 50, sac. 48.

VII.

1740 obiit in conventu Dermbacensi A. V. P. Wernerus Büttner Fuldensis, aet. 49, prof. 29, sac. 25, per 17 annos curatus Catholicorum in satrapia Fischbach ditionis Fuldensis (1725- ad mortem), qui postquam in gymnasio Franciscano Episcopiensi magister (1716-17) et praefectus (1717-20) fuit, anno 1725 successor P. Pauli Wolf [4] in missione Dermbacensi factus est. Ipso agente et Principe Abbate consentiente Franciscani in loco Dermbach residentiam constituerunt, cui P. Wernerus praeerat usque ad annum 1734, quo haec residentia titulo Guardianatus decorata est, primum accipiens Guardianum eundum P. Wernerum (1734-37), qui durante munere suo, conventum et ecclesiam aedificavit. In obeunda animarum cura tanto fruebatur successu, ut post 4 annorum spatium 200 homines ad receptionem sacramenti Confirmationis adducere posset. Exstruxerat quoque interea scholam propriam (1726) pro ludimagistro Catholico, quem P. Paulus ibidem introduxerat [5].

1769 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. David Zeis Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 58, sac. 54.

1770 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Venantius Mayer ex Laub, laicus, hortulanus, ord. iubil., aet. 78, prof. 51 [6].

1797 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Eulogius Waldmannshausen Wetzlariensis, aet. 66, prof. 44, sac. 41, bonus philosophus et medicus [7], quondam magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi (1758-62), Episcopiensi (1763-64) et Schillingsfürstensi (1764-65), necnon Lector philosophiae (1762-63).

---

narel, cives causam huius facti inquirentes Fr. Paulum pendentem in pulsatorio invenisse. Quem visum arripuissent et in sacco vel nassa extra civitatem eiecissent; civem vero, qui eum portasset, magia monachi claudum esse factum addunt. Cf. *Zeitschrift für hessische Geschichte, Neue Folge*, XII, 221. — V dicit eum † die 8 huius. — [1] SII ad annum 1787. — [2] Ibidem. — [3] SII ad annum 1796. — [4] Supra, p. 70. — [5] *Hist.-pol. Bl.*, 72, 929 sq. — [6] S die 8. huius. — [7] SII ad annum 1797.

VIII.

1770 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Franciscinus Schulz Schwarzenbergensis, clericus, iub. ordinis, aet. 77, prof. 57 [1].

1775 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Hieronymus Waltz Königheimensis, aet. 31, prof. 9, sac. 6, qui, postquam in gymnasiis Franciscalibus Miltenbergensi (1768-70), Episcopiensi (1770-71) et Hammelburgensi (1771-72) docuit, sacellanus urbicus Episcopii factus est [2] (1772?- ad mortem).

IX.

1727 obiit in conventu Wetzlariensi A. V. P. Hubertus Quadbach, Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 57, sac. 53, qui guardianatum Wetzlariensem (1689-92), Hadamariensem (1695-98), Attendornensem (1700-02), Mariaevallensem ad Siegam (1704-05) et Hachenburgensem (1705-07) administravit.

1745 obiit in Unter-Wittighausen prope Episcopium ad Tuberam V. P. Deodatus Anne Kissingensis, aet. 32, prof. 13, sac. 9 [3].

1766 obiit in conventu Fuldensi Fr. Paulinus Wolf Haselbacensis, laicus, hortulanus, aet. 35, prof. 7 [4].

1775 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Paulillus Mehr Worbianus, laicus, coquus, aet. 48, prof. 21 [5].

X.

1669 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Manfridus Graeber, laicus [6].

1686 obiit in conventu Attendornensi V. P. Christophorus Gimeken a Bigge, aet. 39, prof. 17, sac. 14, magister (1680-83) et praefectus scholarum (1683-ad mortem) in gymnasio Franciscali ibidem [7].

1734 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Sylvester Kraft, aet. 60, prof. 35, sac. 32 [8].

XI.

1683 obiit in conventu Worbiano Fr. Benedictus Reinarts, laicus, aet. 42, prof. 17.

1704 obiit in conventu Montaburano Fr. Iodocus Flügel, tert. prof. [9].

1711 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Bartholomaeus Groels, laicus, aet. 48, prof. 19 [10].

1727 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Petrus Alderoggen, aet. 76, prof. 45, sac. 41 [11].

[1] S die 7 huius. — [2] Ita F. — [3] F et Misc. H. falso dicunt eum 1744. — [4] F continet hunc etiam die 2 Martii manu posteriori adscriptum. — [5] F dicit eum fuisse prof. 28. — [6] S « Greber ». — [7] V « Chimechen ». — [8] deest in S. — [9] invenitur in AC ad annum 1704 tantum et in F 2. — [10] V et M « Croels » AC ad annum 1711 « Crouls ». — [11] AC ad annum 1728 Alterogge; S falso eum appellat laicum.

1741 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Stephanus Bruckhausen Werbacensis, aet. 47, prof. 24, sac. 20 [1].

1769 obiit in loco Ullstadt prope Scheinfeld, in arce D. Baronis de Frankenstein, V. P. Emmeramus Katzeldorn Dammheimensis, aet. 47, prof. 25, sac. 22.

1790 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Paulinus Bach a Gerolzhofen, ord. iubil., aet 71, prof. 53, sac. 48.

XII.

1707 obiit in conventu Fuldensi Fr. Aloysius Vogel Fuldensis, laicus, aet. 57, prof. 14.

1720 obiit in conventu Montaburano V. P. Jacobus van Well, sac. anno 57, antea Guardianus Hachenburgensis (1697-98) et Praeses residentiae in Maria-Schönfeld (1698-1700).

1729 obiit in functionibus parochialibus [2] V. P. Adrianus Coulen ex conventu Montaburano, aet. 53, prof. 34, sac. 29 [3].

1741 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Franciscus Franz Framersbacensis, tertiarius prof., iubil. ordinis, aet. 80, prof. 55, vir devotus, laboriosus et exemplaris, qui olim pro structura conventus Salismonasteriensis ac postea in testamento pro ecclesia nova tribuit eleemosynas notabiles [4].

XIII.

1772 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Azarias Günther Markelsheimensis, aet. 36, prof. 14, sac. 9, scholarum magister in gymnasiis Franciscanis Miltenbergensi (1764-71) et Hammelburgensi (1771-ad mortem).

1811 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Hieronymus Sickenberger, a Weiberhof (?), Vicarius, aet. 59, prof. 37, sac. 35, aliquando concionator urbicus Mosbacensis (1803?-07). Sabbato Sancto, postquam in missa Alleluia decantavit, apoplexia tactus, pie in Domino obiit [5].

XIV.

1687 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Hubertus Rütten, laicus.

1758 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Arcadius Custor, laicus [6].

1762 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Ludwinus Kauffmann Hammelburgensis, Vicarius, aet. 60, prof. 38, sac. 34, quondam Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1750-52) et Hachenburgensis (1752-53).

1778 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Chrysologus Werner Fuldensis, Lector et Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 58, sac. 55, qui philosophiam (1725-28) et theologiam (1728-29; 1732-37; 1740-41) docuit, parochum Wetzlariensem et concion. eccl. collegiatae ibidem (1729-32) egit, guardianatum Worbianum (1737-38; 1741-43), Schillingsfürstensem (1738-40), Wetzlariensem (1746-49), Hammelburgensem (1752-55) et Spalatinum (1758-59) administravit, fuitque Chronista

[1] F « Bruckmann »; V « Deocharus ». — [2] Ita CE ad annum 1729. — [3] V die 17 huius; AC « van Coelen (?) » F et V « Colen ». — [4] Ita BS; deest in F. — [5] SN ad annum 1811; Bihl, 126. — [6] V die 17 huius.

(1755-62), Definitor (1755-58) et Custos (1749-52), necnon negotiorum Provinciae gerens in curia Palatinatus (1755-58?).

1783 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Rochus Wahler Obereschenbacensis, laicus, victor, aet. 58, prof. 16.

1790 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Modestus Hensler Miltenbergensis, aet. 40, prof. 21, sac. 18, magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1777-80), Episcopiensi (1780-85) et Miltenbergensi (1785-ad mortem).

1806 obiit in conventu Spalatino V. P. Donatus Baader Spalatinus, aet. 69, prof. 48, sac. 45, quondam Guardianus in eodem conventu (1788-91).

1838 obiit in conventu Fuldensi Fr. Robertus Übel Dermbacensis, laicus, hortulanus, aet. 64, prof. 36.

XV.

1681 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Zacharias Kauffmann, sac. anno 7, scholarum magister actualis in gymnasio Attendornensi (1679-ad mortem) [1].

1689 obiit in conventu Fuldensi V. P. Edmundus Fleischmann, sac. anno 8, quondam sacell. campestris [2].

1707 obiit in conventu Fuldensi V. P. Hermannus Pettmeck, aet. 60, prof. 41, sac. 35, zelosus concionator [3], qui ad tempus concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1693-95).

1707 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Claudius Sennemann, laicus.

1728 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Dionysius Drismann, aet. 62, prof. 42, sac. 38 [4].

1732 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Melchior Volk Waldaschacensis, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 58, sac. 52, aliquando Guardianus Hammelburgensis (1705-07) et Schillingsfürstensis (1707-08).

1761 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Hieronymus Dittmar Fuldensis, clericus subdiaconus, aet. 22, prof. 4.

XVI.

1682 obiit in conventu Limburgensi Fr. Petrus Pontis, laicus, aet. 59, prof. 33, portarius ibidem per 30 annos.

1720 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Theophilus Menge, clericus.

1760 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Bonaventura Remmeter Orbensis, aet. 49, prof. 29, sac. 24.

1761 obiit in conventu Attendornensi V. P. Maurus Caspari Villmariensis, aet. 44, prof. 24, sac. 20, quondam Lector philosophiae (1740-46).

XVII.

1695 obiit in conventu Attendornensi V. P. Matthias Jeeckermans, sac. anno 14 [5].

[1] V « Kautzmann ». — [2] Ita BF; tempus vero huius facti explorari non potuit. — [3] Ita BF; cf. Bihl, 91, 151 sq. — [4] S et CE ad annum 1728 « Driesmans ». — [5] Hueber, 881, tradit eum obiisse in loco Wilbich, cum tempore pestis ibidem curae animarum vacaret.

1703 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Casparus Liebler Episcopiensis, Guard. em., ordinis iubil.; aet. 72, prof. 52, sac. 48, fertilissimus Provinciae scriptor, qui bis guardianatum Episcopiensem (1666-67; 1669-72), Hammelburgensem (1673-76; 1677-80) et Fuldensem (1686-89; 1692-95) administravit, atque munus Chronistae (1680-87; 1689-92) et Definitoris Provinciae (1680-83; 1689-92; 1695-98) obivit, necnon Cels. Principi Abbati Fuldensi, Placido de Droste, a confessionibus erat (1683-1700)[1].

1725 obiit in missione Büchold V. P. Antonius Saalmüller, Praeses actualis et curatus ibidem (1717-ad mortem), sac. anno 27, antea in gymnasio Franciscano Attendornensi scholarum magister (1698-1701) et Guardianus conventus Volkersbergensis (1714-17)[2].

---

[1] Publicavit v. gr.: *Leben der Heiligen Jungfraw und Abbtissin Liobae, auss dem Orden dess Patriarchen Benedicti, beschrieben durch* P. Casparum Liebler, *Thüringer Provintz der hl. Elis. FF. Min. Recoll. Definitorem,* Fulda 1683, in-12°, 176 pp.; cf. Bihl, 67. — *Kurtzer Begriff des Lebens der hl. Clarae,* Mayntz 1686 in-12°. — Manuscripta reliquit: 1° *Annales conventus SS. Auxiliariorum extra muros Hammelburgenses Ord. Fr. Min. Rec.*, in-fol.; de quo cf. supra, 46, III, n. 1; Bihl, 68. — 2° *Compendium Sacrae Scripturae ex Nicolao Liruno;* MS. I vol. in Bibl. conv. O. F. M. Fuldae; cf. Bihl, 68. — 3° *Haeresiarcharum initia et nomina a tempore Apostolorum secundum saecula et annos sibi invicem succedentium;* MS. ibidem; Bihl, 69. — 4° *Annus Seraphicus, id est, Sancti, Beati, aliique Servi Dei, qui vitae sanctitate, martyrio et miraculis claruerunt in Ordine S. Francisci per singulos dies totius anni collectus ab* Adm. Vndo. P. Casparo Liebler, *Prov. Thur. S. Elis. Definitore anno 1690;* in-fol. MS. ibidem; sed nonnisi vol. I ibi iam exstat. — 5° *Domus Mariano-Seraphica septem columnis innixa.* MS. ibid., 2 vol. in-12°; cuius voluminis secundi titulus sonat: *Domus Mariano-Seraphicae Pars II, in qua continentur columna 6 et 7ma, et Appendix de aliis cultoribus Beatissimae Virginis Mariae authore* P. Casparo Liebler, *eiusdem Ordinis sacerdote, anno MDCXIII,* in-12, circ. 700 pp. Septem columnae ei sunt quidam Sancti vel Beati Ordinis FF. Minorum, septima vero ipse B. Iohannes Duns Scotus. Post enarratam singulorum vitam, plures addidit conciones sacras de B. M. Virgine; cf. Bihl, 67-69; Minges, 257, 265. — 6° Vol. alterum op. sub num. 2° recensiti continet: *Annotationes über das gantze Newe Testament, wie nemblich, Luther dem rechtem Text seines Gefallens ab und zugethan, wie von dem hochgelehrten D. Hieronymo Emser vermerket und verteutscht worden.* — 7° *Historiae scriptae, excerpta quaedam ex mundo theoretico R. P. Georgii Stengelii. S. l.;* 358 pp. in-8°. — 8° *Deliciae devotae animae, i. e. piae Meditationes ad usum privatum* F. Caspari Liebler *Franciscani.* — 9° *Fasciculus Myrrhae i. e. Considerationes de passione Iesu, collectus a* P. Casparo Liebler. — 10° *Iter sanctum animae per SS. passionem Domini, authore* F. Casparo Liebler *O. S. F. Recoll.* Quae tria opuscula MSS. continentur in vol. chartaceo, in-8°. — 11° *Suspirium Seraphicum productum seu collectum opera et labore* P. F. Caspari Liebleri O. S. F. *Strict. Observ. Prov. Thuringiae S. Elisabethae 1658,* 159 pp. in-8°. — 12° *Petri Du Val abgekürzte Weltbeschreibung.* 78 pp. Cum sequenti libello in vol. in-8°. — 13° *Etliche Anmerkungen aus dem kurzweiligen Zeitvertreiber,* 60 pp.

Praeterea catalogus Bibliothecae conventus Fuldensis circa 1780 conscriptus haec MSS. P. Casparis Liebler, modo deperdita (vel saltem ubi sint incestum) recenset: — 14° *Theologia manuscripta de praeceptis Ecclesiae,* in- 8°. — 15° *Unterschiedliches von Luther,* in-8°. — 16° *Deliciae stabuli Bethlehemitici,* in-4°. — 17° *Vitae S. Bernardini a Feltro, Bernardini Senensis, Iacobi a Marchia,* in-4°; hoc MS. differt ab eiusdem *Anno Seraphico;* supra n. 4. — 18° *Via Ierosolymitana,* in-8°. — 19° *Discipulus Franciscanus, i. e. primorum Discipulorum S. Francisci series,* in-8°. — 20° *Arma spiritualia S. Catharinae a Bononia cum casibus quibusdam miraculosis,* in-8°. — 21° *Arcanum devotionis desumptum ex scriptis S. Paschalis Baylon,* in-8°. — [2] S die 16 huius.

1750 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Marcellus Stahlhofen Montaburanus, laicus, coquus, aet. 50, prof. 27.

XVIII.

1758 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Severinus Weissenseel Wollbacensis, Vicarius, aet. 43, prof. 22, sac. 18.

1792 obiit in conventu Fuldensi V. P. Felicianus Uhl Hammelburgensis, aet. 66, prof. 45, sac. 42, quondam Guardianus Salismonasteriensis (1774-76).

1798 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Dunstanus Pfister a Schnackenwerth, aet. 68, prof. 47, sac. 44.

XIX.

1724 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Engelbertus Roos, scholarum magister actualis ibidem (1723-ad mortem), sac. anno 3 [1].

1725 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Didacus van den Ramps, laicus [2].

1738 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Martinus Breun Hammelburgensis, Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 78, prof. 60, sac. 54, primum magister (1685-89) et praefectus (1689-90) scholarum in gymnasio Franciscano Limburgi erecto, deinde Guardianus Volkersbergensis (1700-01; 1719-20), Episcopiensis (1704-05), Montaburanus (1705-07; 1708-10) et Hammelburgensis (1722-23) necnon Definitor Provinciae (1816-19).

1746 obiit in conventu Limburgensi Fr. Palmatius Späth, laicus, aet. 51, prof. 20.

1750 obiit in conventu Montaburano V. P. Zacharias Debora a Nievern (?), aet. 56, prof. 32, sac. 28 [3].

1751 obiit in conventu Worbiano Fr. Edmundus Weil Werbornensis (?), laicus, sartor, aet. 57, prof. 9 [4].

1762 obiit in loco Abenberg V. P. Basilides Oberdick, Eistettensis, ex conventu Spalatino, aet. 48, prof. 28, sac. 25 [5].

1772 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Modestinus Leist a Grossaurach, laicus, hortulanus, aet. 56, prof. 25.

1801 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Ioseph Höhler Niederbrechensis, ord. et sac. iubil., vir exemplaris in omni virtute [6], aet. 80, prof. 60, sac. 54.

1841 obiit in conventu Fuldensi Fr. Andras Trapp Fuldensis, laicus, aet. 38, prof. 12.

1852 obiit in conventu Fuldensi Fr. Capistranus Roth ab Hünhan, laicus, aet. 36, prof. 7.

XX.

1750 suffocatus est prope locum Finnentrop in aquis turgentibus fluminis Lenne A. V. P. Capistranus Herrlein, Guardianus actualis conventus Atten-

---

[1] S falso dicit eum † 1722. — [2] Deest in S; F « Deramps », AC ad annum 1725 « van den Bamp »; V « Meyrs ». — [3] AC ad annum 1750 et O et P « Debra ». — [4] O et P « Weyl ». — [5] V die 18 huius. — [6] SN ad annum 1801.

dornensis (1728-ad mortem) et Lector em., aet. 46, prof. 26, sac. 22, antea magister (1710-13) et praefectus (1713-14) scholarum in gymnasio Franciscali Limburgensi, Lector philosophiae (1714-17) et theologiae (1717-23; 1726-28), necnon Guardianus Episcopiensis (1723-26) [1].

1736 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Martinus Creutzer, laicus, aet. 71, prof. 49.

1740 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Coelestinus Hoffstetter a Klosterthulba, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 56, sac. 52.

1758 obiit in conventu Volkersbergensi A. R. P. Angelinus Brinckmann Dingelstadtianus, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 53, sac. 50, qui primum philosophiam (1710-14) et theologiam (1714-26) docuit, deinde guardianatum Fuldensem administravit (1723-28; 1737-38), denique Definitor (1728-31) et Minister Provincialis factus est, praefuitque Provinciae a die 16 Iunii 1731 usque ad diem 13 Iunii 1734. Plura reliquit opera [2].

---

[1] F « Hertlein ».

[2] Quae vide ap. Bihl, 72-3, 126-30; cf. ibid. 70, 87, 126-130, 181, 186; Minges, 258, 260. Edidit: 1°) *Theses Theologicae et Liber Sententiarum de Sacramentis in genere et specie cum corollariis peccatorum quoad speciem et qualitatem eorum, omnibus pro tribunali sacramentali sedentibus scitu necessariis, quam praeside* P. Angelino Brinckmann, *Ord. FF. Min. Recoll. Prov. Thuringiae S. Elis. Theologiae lectore ordinario, defendent religiosi Fratres* Fr. Engelbertus Rohs, Fr. Honorius Adsperger, *Fuldae, in Monte Mariano die... Iunii anno 1722,* in-24°, 96 pp., [Fuldae (?) 1722]. — 2°) Eaedem Theses, sub eodem titulo usque ad nomina defendentium, secunda, ut ita dicam, editione prodiere: *Theses.... defendent religiosi Fratres:* Fr. Wenceslaus Heydacker, Ellingensis, Fr. Aegidius Hahn, Römershagensis, *Fuldae in Monte Mariano die 23 et 24 sept. anno MDCCXXVI,* [Fuldae], typis I. Ant. Köss [1726]. — 3°) *Theses Theologicae ex Libro I Sententiarum de Deo, uno in Essentia, trino in Personis. Ex libro II Sententiarum de Angelis, beatitudine, virtutibus cardinalibus et religione cum corollariis peccatorum quoad speciem et qualitatem eorum, omnibus in vinea Domini operariis scitu necessariis quas A. M. D. G. B. M. V. II. praeside* F. Angelino Brinckmann, *Ord. FF. Min. Rec. Prov. Thur. S. Elis. SS. Theol. lectore ord., defendent religiosi Fratres,* Fr. Norbertus Grosse, F. Chrysologus Werner, *Fuldae in Monte Mariano, die 16 sept. Anni 1723,* Fuldae, in-24°, 120 pp. — 4°) *Manipuli ex IV libro Sententiarum sive Theologia universa cum corollariis casuum omnibus pro tribunali sacramentali sedentibus scitu necessariis, quam primo Fuldae in Monte Mariano, Ord. S. Fr. FF. Min. Rec. Prov. Thur. S. Elis. anno 1725, die 24 et 23 aprilis, secundo Limburgi in conventu S. Sebastiani eiusd. Ord. et Prov. tempore Congregationis Capitularis Provincialis die 18 maii, praeside* Fr. Angelino Brinckmann, *praefati ord. et provinciae SS. Theologiae lectore ordinario respective defendent* Fr. Norbertus Grosse, Dingelstadianus, F. Chrysologus Werner, Fuldensis, Fr. Aemilianus Schaupp, Hammelburgensis, Fr. Isidorus Wagner, Borschensis, Fuldae [1725] in-24°, 384 pp. — 5° Quarum thesium anno 1726 nova editio prodiit, cuius titulus idem plane est, ommisso loco: *quam primo-ordinario,* posteaque titulus prosequitur: *alias in disputationem data, nunc altera editione ad emeritorum expetentium usum, cui accessit Tractatus Scholastico-controversisticus,* Fuldae, 1726, in-24°, 384 pp. — 6°) *Tractatus* autem ille in superiore titulo promissus, nonnisi post duos annos revera prodiit, et quidem ampliatus, hac cum inscriptione: *Controversiae fidei principaliores sive in materia fidei doctrina acatholica falsa et respuenda, catholica vera et tenenda, obiectiones insufficientes et solutae, quas pridem privato discipulorum usui, nunc publicae omnium utilitati dedit,* Fr. Angelinus Brinckmann, *O. S. Fr. FF. Min. Recoll. Prov. Thur. SS. Theolog. Lector iubilatus, Fuldae in Monte Mariano B. M. V. Guardianus,* Fuldae, 1728, in-24°, 190 pp. De quibus libris cf. Bihl, 126-8. — Etiam an. 1729 theses vulgavit; Bihl, 129.

Praeterea edidit 7°) *Thuribulum aureum: Apocal. 8, cuius incensum primum orationes*

1790 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Ambrosius Müller Fuldensis, aet. 61, prof. 42, sac. 37, peritus citharoedus, Italice et Gallice doctus, aliisque

---

vocates, incensum secundum orationes mentales, sacerdotibus incensum Domino offerentibus praesentatum, ut orationes eorum et meditationis dirigantur sicut incensum in conspectu Domini. Praesentante Acotytho Ordinis S. Francisci FF. Min. Rec. in Prov. Thuringiae S. Elis. professo, Fuldae, [1744] in-16°, 312 pp. — Approbatio Censoris, scil. P. Iohannis Thony, de quo p. 122, « *data Marckbreitae 25 iulii 1744* », nomen auctoris prodit; Bihl, 128. Cuius libri editio alia prodiit: Bambergae, s. a., convenitque cum I, usque ad pag. 288, omittens tunc appendicem Benedictionum et Exorcismorum. — Alia editio sub eodem titulo, omittens ibi tantum: *Apocal. 8,* usque ad *praesentatum,* et tunc prosequens: « *a P. Angelino Brinckmann, Ord. S. Fr. FF. Min. Recoll. in Prov. Thur. S. Elis. professo, Lectore Iubilato et Ex-Provinciali* », prodiit « Bambergae et Wirceburgi », 1777, in-16°, 427 pp. Adest ibi appendix illa, nec mutationes quaedam desunt. Licentia Ministri Provincialis, P Octaviani Köllner, data Miltenbergae, 25 dec. 1750 (et hic ergo repetita) alias editiones commemorat factas: « *post II editionem Fuldensem* [anni scil. 1747] *etiam Bonnae et Coloniae* ». — Aliae quoque editiones prodiere, nempe Coloniae 1749; in cuius titulo legitur: « *post editionem alteram Fuldae factam* [1747] *tertia* » ibid., 1777, [Bonnensem edit. tamen non vidimus]; insuper Fuldae 1751, et Bambergae 1761. — Denique magna pars huius libelli recusa fuit in opusc.: *Accessus ad Altare et Recessus seu Preces ante et post celebrationem Missae,* Friburgi Brisg. (Herder) 1901; ibidem 1910, edit. V, pp. VIII et 190. (Pag. 1 nota 1 preces illae haustae dicuntur ex editione *Thuribuli* Coloniensi 1777).

E Thuribulo aureo extractus quoque fuit *Viae Crucis* modulus valde pius, qui sub titulo: « *Incensum Crucis* » habetur v. gr. in *Thuribuli* edit. Fuldensi 1744 p. 170-179; item in ed. Bambergensi s. a.; in ed. Coloniensi 1749, p. 252-67; in ed. Bamb. et Wirceburg. 1777, 256-69. — Separatim haec formula *Viae Crucis* prodiit (aliquibus additis, et aliis mutatis) in opella: *Stations-Büchlein des Heiligen Kreuzweges, welcher vorstellt jenen Kreuzweg zu Jerusalem auf welchem Jesus Christus das schwere Kreuz für uns getragen hat. Nach* P. Angelinus, *weiland Franziskaner auf dem L. Frauenberg in Fulda in früherer Zeit vielgebrauchtem Stationsbüchlein, neu bearbeitet und mit einen Vorwort über den Ursprung des Kreuzweges... sowie einer kürzeren Kreuzwegsandacht vermehrt, herausgegeben von* P. Leonard Gehlen, O. F. M., IV editio Werl et Arnsberg 1865. — Adest quoque haec formula, ab anno uti videtur, 1737, quo ipse P. Angelinus *Viam Crucis* magnam et spatiosam, Fuldae quatuordecim capellis, quae singularum stationum scenas exhibent ligno arte sculptas consistentem, a Monte Mariano, conventu O. F. M., in Montem Calvariae protensam, exstrui fecit (cf. Bihl, 181-2) in « Manuali precum trium Confraternitatum in ecclesia Conventus erectarum », unde et separatim prodiit: *Andachtsbüchlein für die Mitglieder der drei Bruderschaften, welche in der Klosterkirche auf dem Frauenberge bei Fulda kirchlich errichtet und eingeführt sind, sowie für alle frommen Besucher dieser Kirche neu herausgegeben von* P. Maximil. Brandys, O. F. M., Fulda 1898.

8°) Pro Tertiariis scripsit: *Regel- und Lehrbuch des dritten Ordens des H. Franciscus Seraphicus, in welchem die Regel des gemelten Ordens wie auch die Lehr und vollkommener Unterricht von demselbigen mit einer seraphischen Andachtsübung, durch auserlesene Morgens- Abends-Mess-, Beicht-, Communion-, und andere Gebetter, Tagzeit, Litaneyen etc. denen Tertiarien und anderen andächtigen Seelen zum heylsamen Gebrauch, verfertiget im Jahr 1737 von* P. Angelinus Brinckmann, *Franciscaner der Thüringer Provintz.* Fuldae 1737. Approbationes datae tamen sunt an. 1735. — Editio eius altera prodiit cum eodem titulo, qui in fine sonat: *Gedruckt und wieder aufgelegt im Jahr 1768 zu Fuld bey Joh. Christoph Dempter;* in-12°, 382 pp.

Apud P. H. Hurter, S. I. *Nomenclator litterarius theologiae catholicae,* IV, ed. III, Oeniponte 1910, 1378, sola P. Angelini Brinckmann: *Theologia universa, dogmatica, moralis et polemica,*

dotibus exornatus [1], quondam magister et praefectus scholarum in gymnasiis Episcopiensi (mag. 1755-56, praef. 1756-57) et Hammelburgensi (mag. 1774-77; praef. 1777-79), concionator aulicus D. Comitis de Hohenlohe Schillingsfürst (1765-70) necnon Guardianus Volkersbergensis (1779-82).

1887 obiit in nosocomio Fuldensi A. V. P. Ferdinandus Müller Fuldensis, Guardianus act., aet. 51, prof. 31, sac. 27, qui munera Guardiani Fuldensis (1870-72) et Praesidis Ottbergensis (1872-75) necnon Praesidis et Guardiani (1877-87) Patersonensis in America Sept. obivit atque Discretus Custodiae (1870-84) et Commissarius Custodis (1881) fuit.

XXI.

1697 obiit in conventu Worbiano V. P. Rainerius Polenus, sac. anno 5.

1755 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Pacificus Geyer Herbipolitanus, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 57, sac. 55, antea Guardianus Volkersbergensis (1717-19) Montaburanus (1719-20) et Mosbacensis (1725-26).

XXII.

1728 obiit in conventu Hachenburgensi A. V. P. Hermannus Barlo, Guard. em. et Notarius Apostolicus iuratus, aet. 60, prof. 39, sac. 35, qui, postquam in gymnasio Franciscano Episcopiensi munus magistri (1695-97) et in gymnasio Attendornensi officium magistri (1697-98) et praefecti (1698-1700) scholarum obivit, Guardianus Hammelburgensis (1704-05; 1711-15), Volkersbergensis (1705-07; 1710-11) et Hachenburgensis (1722-25) atque Praeses residentiae Sinsheimensis (1719-20) factus est. Praeterea Chronista (1707-14; 1716-25), Secretarius (1713-14) bisque Definitor (1715-16; 1719-22) fuit [2].

1762 in arvis prope Höchst ad Moenum apoplexia tactus obiit Fr. Pachomius Müller Brückenaviensis, clericus, aet. 25. Sepultus est in Sossenheim [3].

Wetzlariae 1733, in-8°, commemoratur. — Anno 1714 MS. absolvit, quod adest in bibliotheca conventus nostri Fuldensis: *Liber quartus Sententiarum de Sacramentis, eorum Auctori sacer, necnon Auctoris Genetrici in conceptione sua semper Immaculata sacratus, sacrante* Fr. Angelino Brinckmann, *Fuldae in conventu Montis Mariani die 17 novembris An. 1714;* MS. in-4°, 322 pp. — In eodem vol. adest eiusdem: *Tractatus unicus exhibens varias propositiones circa doctrinam morum a SS. Pontificibus damnatas* necnon et: *Tractatus de virtute religionis.* Claudit demum volumen MS. « *Elogium Mariano-Scoticum* » celebrans Immaculatam Conceptionem B. M. V., eiusque praeconem et defensorem B. Ioh. Duns Scotum; de quo MS. cf. Bihl, 129-30.

[1] SII ad annum 1790. — [2] Bihl, 3, 80, 81. Auctor est operis: *Epitome Chroni-Veridica erectionis, progressus ac status almae Provinciae Thuringiae S. Elisabeth, Ord. FF. Min. Recollectorum, cum accuratissimo indice seu registro omnium totius Provinciae documentorum... compilata... 1709 die 7 aprilis,* quae vulgata fuit ap. *La Palestina e le rimanenti missioni francescane,* I, Roma 1890, 49-53, 114-18, 236-42, 367-9, 491-4, 559-63, 699-74; II, ibid. 1891, 36-9, 118-28, 168-76, 293-99. — Eius *Memorabilia pro conventu Fuldensi Annalibus inserenda,* MS. servantur in archivo conventus O. F. M. Fuldae (10 pp. in-fol.); de eis cf. Bihl, 3 sqq. — [3] V et F dicunt eum † Schwalbaci; agitur de vico Schwalbach prope Soden i. T., qui non longe distat a Sossenheim; obiisse videtur in arvis inter Höchst et Schwalbach.

1772 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Stephanus Creutzer Fuldensis. laicus, sartor, aet. 61, prof. 37.

1781 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Hermenegildus Dietmeyer a Fuchsstadt, Guard. em., ord. et sac. iubil. aet. 77, prof. 53, sac. 50, qui primum concionator urbicus Episcopii fuit (1737-43) deinde Guardianatum Mariaevallensem ad Siegam (1743-46), Montaburanum (1747-50), Sinsheimensem (1756-58), Mosbacensem (1758-59; 1763-64; 1767-70) et Hadamariensem (1761-62) administravit, denique Secretarius (1762-63) ac Custos (1764-67) Provinciae exstitit.

1781 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Cyprianus Müller a Fuchsstadt, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 85, prof. 62, sac. 59, quondam magister (1723-26) et praefectus (1726-29) scholarum in gymnasio Franciscali Episcopiensi, concionator ecclesiae collegiatae in Wetzlar (1732-33) et Guardianus Mariaevallensis (1741-42).

1787 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Octavianus Bohlick Schwärzelbacensis, aet. 57, prof. 36, sac. 31, qui, etsi semper debilis erat, tamen semper animum hilarem et ad labores paratum prae se tulit[1].

1827 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Narcissus Eppt Episcopiensis, Lect. et Guard. em., ord. iubil., aet. 76, prof. 54, sac. 48, primum Lector philosophiae (1780-83) et theologiae (1783-92), deinde Guardianus Schillingsfürstensis (1797-1800; 1803-06) et parochus ac concionator aulicus ibidem (1800-1806), necnon ter Definitor Provinciae (1800-03; 1806-09; 1809-12), denique magister scholarum (1807-?) et sacellanus urbicus (1809-?) Episcopii.

XXIII.

1704 obiit in missione Büchold V. P. Paschalis Riedel Dettelbacensis, aet. 56, prof. 33, sac. 30, qui hanc missionem, quam primus incepit, per 20 annos peregit (1684-ad mortem).

1704 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Adrianus Beliel Mechliniensis, laicus, aet. 57, prof. 35[2].

1710 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Stephanus Royen, sac. anno 25[3].

1724 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Kilianus Willacker, Guardianus actualis (1723-ad mortem), sac. anno 25, antea parochus Schillingsfürstensis (1710-14) et Praeses Schwarzenbergensis (1717-20).

1725 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Walterus Stiers, aet. 57, prof. 37, sac. 32[4].

1743 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Christianus Bretz a Winkel, concion. em., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 55, sac. 52; concionator egregius, cuius operum oratoriorum pars nostris adhuc temporibus denuo impressa est; quondam magister et praefectus scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (mag. 1695-1700; praef. 1700-01), Episcopiensi (mag. 1707-08; praef. 1708-10) et Limburgensi (praef. 1704-05), Lector philosophiae (1701-02), concionator ecclesiae

[1] SH ad annum 1787. — [2] V « Bolick ». — [3] V « Roicum »; AC etiam « Royl ». — [4] F « Stiegers » dicitque eum † in conv. Mariaevallensi ad S.

collegiatae Wetzlariensis (1717-25) atque Guardianus Miltenbergensis (1725-28) et Sinsheimensis (1729-31) [1].

1786 obiit in conventu Dermbacensi Fr. Nicolaus Herbst ab Hilders, laicus, sutor, aet. 68, prof. 45.

1830 obiit in conventu Salismonasterieni V. P. Sigismundus Müller Leichtersbacensis, Vicarius, aet. 65, prof. 41, sac. 39 [2].

XXIV.

1742 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Bernardinus Hermans, laicus, aet. 68, prof. 45. Cum anno 1741 dux Wimariensis bona Hennebergensia Abbatiae Fuldensis armis erepturus esset, et copiae Fuldenses, ut vim propulsarent Dermbaci partim in arce, partim in conventu nostro hiemarent, dispersis fratribus iussu Superiorum, hic ad conventum Volkersbergensem pervenit, ubi post sex menses, pendente adhuc causa, mortuus est [3].

1758 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Innocentius Dietmeyer Hammelburgensis, aet. 59, prof. 40, sac. 36, qui, postquam curatus militum Fuldensium (1729) et parochus Wetzlariensis (1734-38) fuit, Guardianus Sinsheimensis (1738-40) et Mariaevallensis ad Siegam (1740-41) electus est [4].

1770 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Gerardus Geller Limburgensis, aet. 58, prof. 40, sac. 36.

1784 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Damianus Kreitmeyer a Tiefenstockheim, aet 67, prof. 46, prof. 45, quondam missionarius in Windheim (1765-71) [5].

1826 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Theodosius Löffler Fuldensis, ord. iubil., aet. 72, prof. 55, sac. 48, quondam Guardianus Volkersbergensis (1809-?).

XXV.

1691 obiit in conventu Worbiano V. P. Geradus Heussen, aet. 52 (?), prof. 32, sac. 28, qui tempore pestis apostolica inflammatus charitate pestiferis

[1] Edidit: 1°) *Predigten von Christo, Maria und den Heiligen*, Wetzlar 1726, in-4°. — 2°) *Lobpredigten auf die Heiligen...*, ibid. 1728, in-4°. — 3°) Conciones eius dominicales denuo typis cusi sunt sub titulo: *Bussstimme des Rufenden in der Wüste, oder Predigten auf alle Sonntage des Kirchenjahres samt den vornehmsten Festtagen des Herrn und seiner Heiligen von* F. Christianus Bretz, O. F. M. *Recoll. Prov. Thuringiae. Neu herausgegeben von einem Priester der Dioecese Paderborn,* Soest 1869. Hae conciones antea prodierant, eodem sub titulo: Wetzlar 1726, in-4°. — 4° *Virtuosius Pantheon Deo et Sanctis erectum, i. e. Sermones Panegyrici de praecipuis sacrorum Ordinum Fundatoribus, Patriarchis, aliisque terrarum Patronis,... insertis nonnullis festis B. M. V. de circumcisione Domini etc. et de duodecim signis praedestinationis... Das ist Lobpredigten von denen fürnehmsten Heil. Ordens-Stiftern, Patriarchen und anderen Heil. Lands-Patronen; dann auch auff etwelchen Mariae-Festtägen und von den 12 Zeichen der göttlichen Gnaden-Wahl... opera et industria* F. Christiani Bretz, *O. F. M. Recoll. Prov. Thur. S. Elis. concionatoris emeriti et ordinarii ad B. M. V. Wetzlariae.* Nürnberg 1723, 2 partes in 1 vol. in-8°. — Praeterea invenitur 5° manuscriptum *Concionum* eius in bibliotheca conv. Salismonasteriensis cum nota « *opus manuum P. C. B.* », vol. I in-8°, 1230 pp. — [2] F die 22 huius. — [3] Ita BV ad diem 24 huius. — [4] AC etiam; O et P « Dietmer ». — [5] AC etiam « Kreidmeier » O et P « Reidmeier ».

paene derelictis in Erfordia inserviebat, multosque Protestantes aegrotos convertebat, quod et in civitate Duderstadt praestitit [1].

1741 obiit in conventu Limburgensi Fr. Adrianus Martelmans, laicus, per annos 25, a die scilicet religiosae suae professionis, fidelis et laboriosus huius conventus hortulanus [2].

1778 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Berengarius Rhein Hammelburgensis, theologiae Lector actualis (1775-ad mortem) aet. 58, prof. 19, sac. 14, antea magister (1667-68) et praefectus (1773-74) scholarum in gymnasio Franciscali Miltenbergensi, necnon Lector philosophiae (1768-73)[3].

XXVI.

1687 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Dionysius Pettmeck, novitiorum Instructor emeritus et actualis (1674-ad mortem), sac. anno 20, qui summo cum fructu et regularis disciplinae zelo ac exemplo 17 annos continuos Instructoris novitiorum munere functus est [4].

1739 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Samuel Meyer Randersackeranus, aet. 57, prof. 38, sac. 33.

1748 obiit in conventu Limburgensi V. P. Remigius Senger Episcopiensis, Vicarius, aet. 45, prof. 26, sac. 22, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscano Limburgensi (1726-29), curatus in Aufenau (1733-37) et Lector philosophiae (1744-46).

1758 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Wernerus Gondolff Nisterensis (?), aet. 62, prof. 41, sac. 38, primum in gymnasio Franciscano Attendornensi magister scholarum (1722-25) et praefectus Limburgi (1725-26), postea Guardianus Montaburi (1734-35) et Wetzlariae (1735-37) [5].

1758 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. R. P. Ioannes Thony Tungrensis, Ex-Definitor generalis, Ex-Agens nationis Germano-Belgicae, Lector et Guard. em., Notarius Apostolicus iuratus, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 65, sac. 58, qui philosophiam (1701-05) et theologiam (1705-08; 1717-20) docuit, munus Guardiani Attendornensis (1713-14), Mariaevallensis ad Siegam (1714-16), Episcopiensis (1719-23) et Salismonasteriensis (1737-40) obivit, missioni in civitate Marktbreit per 24 annos praefuit (1731-37; 1740-58), parochiam Wetzlariensem administravit (1716-17), necnon Definitor (1731-34) et Custos (1740-43) factus est. Ab anno 1723-29 partes Agentis generalis nationis Germano-Belgicae in curia Romana explevit ac denique in capitulo generali Vallisoletano anni 1740 Definitor generalis [6] electus (1750).

1786 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Aemilianus Schaupp Hammelburgensis, aet. 56, prof. 17, sac. 12.

1802 obiit in missione Kupferzell V. P. Irenaeus Scheubel a Gerolzhofen, Praeses et Curatus actualis ibidem (1801-ad mortem), aet. 41, prof. 19, sac. 17,

---

[1] Hueber, 881, qui eum Heusser appellat; V « Heusgen », iuxta BW obiit 27 Aprilis 1690, quod tamen error est scriptoris. — [2] L. — [3] Ipsius exstant theses in conventu Worbiano 1770 propugnatae cum titulo: *Theses philosophicae selectiores ex Metaphysica et Physica particulari*, et praeterea MS. *Physicae particularis* iuxta eius dictatum, 1769 confectum, in bibliotheca conv. Salismonasteriensis. — V die 14 Martii. — [4] Ita L; V falso dicit eum † 1697. — [5] O et P eum et AC « Gundolff ». — [6] *Chron. hist.-leg.*, III, II, Romae 1752, 228.

antea magister scholarum in gymnasio Franciscano Schillingsfürstensi (1789-94?) et Miltenbergensi (1794-1801?).

XXVII.

1695 obiit in conventu Attendornensi Fr. Henricus van Sürpel, laicus ord. iubil., prof. anno 52 [1].

1711 obiit in conventu Fuldensi Fr. Clemens Müller, laicus, aet. 67, prof. 45 [2].

1724 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Otto Keulers, sac. anno 24.

1756 obiit in conventu Fuldensi Fr. Luchesius Herrlich ab Unterwörnitz, laicus, coquus, aet. 72, prof. 49.

1868 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Carolus Sauer Fuldensis, laicus, sartor, aet. 62, prof. 50.

XXVIII.

1785 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Cornelius Wittmann a Waldaschach, Notarius Apostolicus iuratus, aet. 65, prof. 47, sac. 41, quondam in gymnasio Franciscali Hammelburgensi scholarum magister (1749-50), necnon Guardianus Wetzlariensis (1756-59), Secretarius Provinciae (1759-61) et Superior missionis in Marktbreit (1762-76).

1812 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Arnoldus Wehner Eckweisbacensis, aet. 57, prof. 32, sac. 30, curatus stationum Waibstadt et Neidenstein (1807-ad mortem).

XXIX.

1710 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Burchardus Seitz Herbipolitanus, Guard. duodenn. et actualis, sac. anno 37, primum magister (1674-79) et praefectus (1679-81) in gymnasio Franciscano Limburgensi, deinde Guardianus (1683-86; 1689-92; 1695-98) ac concionator summae aedis Fuldensis (1681-1700), postea Praeses residentiae Mariae-Schönfeld prope Schwarzenberg (1700-01), denique Guardianus Hammelburgensis (1701-04) et Episcopiensis (1707-ad mortem) ac ter Definitor (1686-89; 1698-1701; 1704-07) [3].

[1] V « Huibel ». — [2] S die 25 huius.

[3] De eo, eiusque operibus cf. Bihl, 65, 83, 125 148 ss. Edidit: 1°) *Echo horrisonans alteratae Buchoniae super ferali casu, fatali occasu occidui Titani, occisi Aemiliani, das ist: Höchst entsetzlicher Mordschall, sonder leidiger Todsfall eines sittlichen Titani, entseelten Aemiliani.... von Riedheim, des Hochf. Stiffts Fulda Capitularen und Propsten von Blankenau... gestellt von* P. F. Burchardo Seitz..., Fuld [1699], in-fol. 36 pp. Est concio funebris pro Aemiliano de Riedheim misere occiso 18 ian. 1699; Bihl, 149. — 2°) *Mariale perpetuum panegyricum,* Coloniae 1708, (i. e. 2 voll. Panegyricorum in honorem B. M. V.); Minges, 257. Praeterea edidit collectionem concionum de S. Benedicto, quas habuit in summa aede Fuldensi. Exemplar harum [78 pp. in-fol.] vidi unicum in bibliotheca conventus Salismonasteriensis sub M 1062, cuius tamen titulus deperiit. quare nec titulum ipsum, nec annum vel locum pandere possum. Quia Placido de Droste Abbati Fuldensi (1678-1700) dedicatum est, ad istud tempus eius editionem reponendam esse patet. Ex dedicatione ipsa libri titulus videtur fuisse: *Maiestatis labarum.* — S die 8 Maii.

1750 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Ioachim Neumann Fuldensis, laicus, ordin. iubil., aet. 79, prof. 50.

1772 obiit in missione Marktbreit V. P. Ananias Klüpfel Frickenhusanus, aet. 45, prof. 22, sac. 20.

1774 obiit in conventu Neoburgensi ad Danuvium V. P. Secundinus Grosshauser, ex Neoburgensibus anno 1773 Provinciae nostrae incorporatis [1], aet. 51, prof. 10, sac. 7.

XXX.

1668 obiit in conventu Worbiano Fr. Damianus Faber, laicus [2].

1702 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Hieronymus Enbrox, aet. 57, prof. 17, sac. 12, curatus stationis Offheim prope Hadamar [3].

1747 obiit in conventu Attendornensi A. V. P. Vitalis Pingel Hagiopolitanus, Lect. et Guard. em., aet. 75, prof. 57, sac. 52, qui in gymnasio Hammelburgensi magister (1717-20) et praefectus (1720-22) scholarum fuit, philosophiam (1722-25) et theologiam (1725-31; 1734-35; 1738-40) docuit atque Guardianus conventus Worbiani (1731-34), Volkersbergensis (1735-38), Limburgensis (1741-43) et Attendornensis (1740-41; 1744-47) necnon Definitor provinciae (1743-46) electus est.

1758 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Eobanus Klöpfel a Seubrighausen, aet. 69, prof. 45, sac. 41 [4].

1758 obiit Thulbae in praepositura V. P. Ioannes Hartmann a Burkhardroth, ex conventu Hammelburgensi, aet. 60, prof. 40, sac. 36, quondam sacellanus hospitalis Limburgensis (1728-29).

MAIUS.

I.

1724 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Modestus Bischoff, aet. 71, prof. 49, sac. 45.

1739 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Bartholomaeus Reck a Dingelstädt, aet. 64, prof. 40, sac. 37.

1757 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Ignatius Kober Episcopiensis, aet. 54, prof. 14, sac. 11 [5].

1765 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Angelus Schmitt Hochhusanus, clericus professus, aet. 25, prof. 2 mensium.

1812 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Archelaus Klock Episcopiensis, ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 52, sac. 50 [6].

II.

1757 obiit in conventu Fuldensi V. P. Narcissus Fösser ab Hünhan, ord. iubil., aet. 74, prof. 52, sac. 49, quondam magister (1710-11) et praefectus (1711-14)

[1] Cf. supra, 57. — [2] S falso dicit eum † 1675. — [3] AC ad annum 1690 « Elbroecks » et ad annum 1702 « Embroch ». — [4] V « Klüpfel » S » Klöffel ». — [5] F die 28 Aprilis. — [6] SN ad annum 1812 pro triplici aetate ponit 70-50-46 (falso); V « Glock ».

scholarum in gymnasio Attendornensi, necnon praefectus scholarum Hammelburgi (1714-16), item Praeses residentiae Friesenhagensis (1728-31) atque Guardianus Volkersbergensis (1732-35). Iacet in coemeterio Horaviensi.

1775 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Reginaldus Unrein ab Heidingsfeld, aet. 48, prof. 28, sac. 24, qui munus magistri et praefecti scholarum in gymnasiis Franciscalibus Attendornensi (mag. 1755-56; praef. 1756-58) et Limburgensi (mag. 1753-55, praef. 1758-59) obivit, atque guardianatum Worbianum administravit (1570-73).

III.

1675 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Ludovicus Braam, laicus [1].

1689 obiit in conventu Fuldensi V. P. Antonius Breisbier, sac. anno 24, petens conventum Volkersbergensem, quo per obedientiam missus erat [2].

1754 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Wilhelmus Barths, aet. 70, prof. 45, sac. 39.

1816 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Sebastianus Richter Fuldensis, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 60, sac. 56, quondam magister scholarum in gymnasiis Franciscanis Episcopiensi (1764-66) et Schillingsfürstensi (1766-69) atque parochus (1776-80) et Guardianus (1794-95) Dermbacensis.

1820 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Andreas Heimberger Miltenbergensis, aet. 70, prof. 48, sac. 46, aliquando Guardianus ibidem (1807-15?).

1821 prope Büchenberg in benedictione camporum, coram cruce sub divo constituta, obiit V. P. Raphael Schäfer ab Iohannesberg prope Fuldam, Vicarius conv. Fuldensis aet. 56, prof. 37, sac. 33, per 30 annos stationarius in Büchenberg [3].

1833 obiit in conventu Fuldensi Fr. Casimirus Brehler Steinhusanus, laicus, aet. 47, prof. 17.

IV.

1696 obiit in conventu Montaburano V. P. Engelbertus Thielens, sac. anno 31, primum sacell. aulicus D. Comitis de Hohenlohe Schillingsfürst, (1683-85), deinde Praeses residentiae Schillingsfürstensis (1685-86), denique primus Guardianus ibidem (1686-88).

1725 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Conradus Harnischmacher, aet. 65, prof. 44, sac. 41, qui, postquam munus magistri (1685-89) et praefecti (1689-90; 1697-98; 1701-02) scholarum in gymnasio Franciscali Attendornensi obivit, residentiae Friesenhagensi praefuit (1710-11) ac guardianatum Attendornensem (1702-05; 1716-19) et Mariaevallensem ad Siegam (1708-10) administravit.

1743 obiit in conventu Mariaevallensis ad Siegam V. P. Didacus Flügel Montaburanus, aet. 28, prof. 7, sac. 3 [4].

1748 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Valerianus Arend Rüdershusanus, laicus, coquus, aet. 58, prof. 27 [5].

1773 obiit in missione Schweigern Fr. Aureus Weinerich Worbianus, laicus, sutor, aet 75, prof. 47 [6].

[1] Ita AC ad annum 1676 contra S, V, et F « Gramm ». — [2] Ita BF. — [3] Ita BF. — [4] F die 8 huius. — [5] AC ad annum 1749 « Arent ». — [6] S « Wennerich »; V Wienerich ».

1859 obiit in conventu Fuldensi V. P. Ludovicus Witzel Fuldensis, aet. 45, prof. 24, sac. 19, concionator ecclesiae cathedralis [1].

V.

1666 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Iulius Strattmann, clericus, prof. anno 2 [2].

1686 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Franciscus Bückendopp, sac. anno 25 [3].

1697 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Georgius Löwenhahn, laicus [4].

1825 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Magnericus Nitribitt Herbipolitanus, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 60, sac. 56.

VI.

1702 obiit in conventu Attendornensi V. P. Adolfus Nusbaum, aet. 61, prof. 40, sac. 36 [5].

1726 obiit in conventu Attendornensi Fr. Ioannes Baptista Kuntzmann, laicus, ord. iubil., aet. 75, prof. 51 [6].

1730 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Iacobus Söllner, aet. 48, prof. 29, sac. 25.

1743 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Willibertus Füller Wülfershusanus, aet. 42, prof. 19, sac. 15.

1772 obiit in Herrieden prope Ansbach V. P. Magnus Hederich Schnackenwerthensis, aet. 53, prof. 35, sac. 31, confessarius ecclesiae collegiatae ibidem.

1808 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Bonaventura Merget a Seligenstadt, conc. em., aet. 69, prof. 47, sac. 44, quondam concionator urbicus Miltenbergae (1777-85; 1788-91) et Mosbaci (1785-86).

1811 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Amandus Schemel Geldersheimensis, Lector em. et Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 83, prof. 59, sac. 57 [7], vir praecipue in confessionali indefessus, qui in gymnasiis Franciscanis Limburgensi (1758-59), Hammelburgensi (1759-62) et Schwarzenbergensi (1783-85) scholarum magister fuit, philosophiam (1762-67; ?-1805) et theologiam (1767-74; 1777-80; 1786-91) tradidit atque Guardianus Schwarzenbergensis electus est (1774-77 [8]).

VII.

1692 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Gabriel Bergerhausen, laicus.

1714 obiit in conventu Limburgensi V. P. Constantinus Weissenseel, sac. anno 3, scholarum magister in gymnasio Franciscali ibidem (1713-ad mortem).

---

[1] Ita BF; cuius tamen facti tempus definiri non potest. — [2] V falso vocat eum laicum. — [3] V « Bückenlopp ». — [4] S « Lewehan »; F « Lowenhah ». — [5] S « Niesbaum ». — [6] V die 13 Aprilis « Gunsmann ». — [7] SN ad annum 1811. — [8] Edidit Theses *De Deo Tri-Uno, Revelatae Religionis auctore,* defensas Salismonasterii 1789, impressas Fuldae, eodem anno.

1733 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Walterus van Rosmahlen, aet. 68, prof. 46 [1].

1744 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Thaddaeus Schrodt Episcopiensis, aet. 64, prof. 42, sac. 40 [2].

VIII.

1758 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Antonius Hopf Hammelburgensis, laicus, hortulanus, ord. iubil. aet. 81, prof. 61 [3].

1774 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Franciscus Solanus Weidner Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 56, sac. 54.

1793 obiit in conventu Fuldensi Fr. Constantinus Horn Ballenbergensis, laicus, chirurgus, aet. 50, prof. 22 [4].

1900 obiit in conventu Patersonensi Americae Sept. Fr. Laurentius Hahner Haselsteinensis, laicus, aet. 60, prof. 34.

IX.

1682 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Franciscus Blick, laicus, ordinis iubilarius.

1737 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Gratianus Schönmacker, aet. 64, prof. 41 [5].

1757 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Christophorus Ulmicher Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 56, sac. 52 [6].

1773 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Casparus Kauffmann Francofurtensis, laicus, hortulanus, ord. iubil., aet. 74, prof. 52.

1800 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Apollinaris Reidel Episcopiensis, Vicarius, aet. 61, prof. 39, sac. 37, vir omni exceptione maior et longiore vita dignus [7], quondam superior missionis in Waldenburg (1783-86) et Guardianus Episcopiensis (1791-92).

X.

1701 obiit in conventu Fuldensi V. P. Alexius Belot, aet. 51, prof. 28, sac. 32, antea parochus saecularis et sacellanus campestris in Dania pro copiis Monasteriensibus (1674) [8].

1703 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Urbanus Seligmann a Gemünden, Lect. em. et Guard. duodenn., sac. anno 50, ex conventu Salismonasteriensi qui philosophiam (1673-77) et theologiam (1677-81; 1683-87) docuit, partes Guardiani Miltenbergensis explevit (1681-83) et Chronista Provinciae fuit (1687-89). Vir erat improbi laboris, quem nemo unquam vidit otiosum, sed semper studio, orationi vel ali occupationi bonae deditum [9].

[1] AC ad annum 1734 « Rosmaelem »; « Rosmahelen ». — [2] Deest in V. — [3] F die 6 huius. [4] AC ad annum 1794 « Hornung ». — [5] Ita V; AC ad annum 1737 et Misc. II contra S et F « Schumacker ». — [6] F falso dicit cum † 1737. — [7] SN ad annum 1800. — [8] Ita et AP ad annum 1701, secundum quas: 60-31-34; AC etiam « Pilot », F « Bolott », S « Pelot ». — [9] AP ad annum 1703. Cf. Minges, 265.

1709 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Sebastianus Zwenger, sac. anno 42 [1].

1731 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Georgius Dolle, aet. 67, prof. 49, sac. 44, primum magister (1689-95) et praefectus (1695-96) scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis, deinde Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1713-14) et Attendornensis (1714-16), denique Praeses residentiae Spalatinae (1719-23).

1746 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Cyriacus Müller a Fuchsstadt, Vicarius, aet. 58, prof. 37, sac. 34.

1746 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Ioseph Nöthmans, laicus, aet. 71, prof. 45 [2].

1784 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Kilianus Schneider Seubrighusanus, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 54, sac. 51, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscano Limburgensi (1735-38).

1805 obiit in Herrieden prope Ansbach V. P. Flavianus Hederich Schnackenwerthensis, aet. 67, prof. 45, sac. 41, per 37 annos confessarius ecclesiae collegiatae ibidem [3].

XI.

1634 obiit in conventu Limburgensi Fr. Ioannes Beyer, clericus [4].

1676 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Paschalis Robbelrath, sac. anno 27 [5].

1690 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Philippus Rang sac. anno 9, quondam scholarum magister Hammelburgi (1683-85).

1730 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Leonardus van den Dween, aet. 86, prof. 44 [6].

XII.

1757 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Conradus Acker Orbensis, laicus, coquus, aet. 75, prof. 56 [7].

1772 obiit in conventu Fuldensi V. P. Rufinus Nitsch Kettensis, aet. 58, prof. 36, sac. 32 [8].

XIII.

1665 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Gerardus Marichal, laicus.

1680 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Georgius Knäuber, Kirchheimensis, laicus, aet. 56, prof. 33 [9].

1704 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Ioannes Schmidts, aet. 62, prof. 43, sac. 38, antea Praeses et parochus (1674-76; 1680-81) Salismonaste-

[1] S et F « Zwinger ». — [2] F falso dicit eum † 1747. — [3] SN ad annum 1803. — [4] SV, F et L etiam die 7 Sept. — [5] Ita F et AC ad annum 1649; S « Roborath »; V « Popperath ». — [6] Ita S et CE; V « Diveen » F et AC ad annum 1631 « Dwey ». — [7] F die 11 huius. — [8] AC ad annum 1773 « Nitshs » BF « Niths ». — [9] S falso dicit eum † 1683; M falso « Barth ».

riensis, atque Guardianus Miltenbergensis (1676-77) et Volkersbergensis (1681-85; 1686-89).

1731 obiit in conventu Fuldensi Fr. Henricus Fuchs, laicus vitae exemplaris et indefessae sedulitatis [1], aet. 68, prof. 45 [2].

1756 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Servatius Blank Hadamariensis, Lect. em., aet. 55, prof. 35, sac. 30, qui philosophiam (1728-31) et theologiam (1731-38; 1743-46; 1747-49) docuit, necnon guardianatum Hadamariensem administravit (1746-47) [3].

1787 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Casimirus Schmittel a Neuhof, vir qui multa perpessus est adversa [4], laicus, scrinarius, iubil. ord., aet. 88, prof. 52.

XIV.

1730 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Philippus Keppeler, laicus, ord. iub., aet. 78, prof. 51.

1746 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Ambrosius Rettner Egenhusanus, Lect. em. et Guard. actualis, aet. 42, prof. 20, sac. 18, Lector philosophiae (1731-35) et theologiae (1735-43) atque Guardianus Sinsheimensis (1743-ad mortem).

1751 obiit in conventu Attendornensi A. V. P. Raymundus Strecker Kirchworbianus, Guard. actualis, aet. 65, prof. 42, sac. 40, magister (1714-19) et praefectus (1719-20; 1722-30) in gymnasio Franciscano Attendornensi terque Guardianus ibidem (1730-33; 1737-40; 1750- ad mortem).

1775 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Venantius Gerlich a Bürgstadt, Lect. em. et actualis, aet. 54, prof. 34, sac. 30, primum in gymnasio Franciscano Limburgensi scholarum magister (1744-46), deinde Lector philosophiae (1746-49) et theologiae (1749-58; 1764-ad mortem).

1786 obiit in conventu Worbiano V. P. Patritius Becker Beurensis, aet. 68, prof. 48, sac. 44, qui magister scholarum in gymnasio Limburgensi fuit (1746-49), missionem in Marktbreit rexit (1758-62), guardianatum Volkersbergensem (1762-63) et Spalatinum (1763-64) administravit atque concionatorem aulicum D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst egit (1764-65).

XV.

1670 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Iacobus Stumpf, laicus.

1677 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Macarius Rapp Moguntinus, Ex-Minister Provinciae, ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 58, sac. 55, qui munus Guardiani Wetzlariensis (1637-39), necnon Praesidis Hachenburgensis (1640-41) et Montaburani (1643-46) obivit atque Definitor (1639-42), Custos (1657-60) et Minister Provinciae electus est. Rexit Provinciam a die 13 Maii 1646 usque ad diem 13 Iunii 1649 et a die 16 Maii 1655 usque ad 18 Novembris 1657.

---

[1] Ita BF. — [2] AC ad annum 1731 « Voss ». — [3] Superest in bibliotheca conventus Fuldensis Manuscriptum *Praelectionum theologicarum* eius, manu P. Guidi Brühl conscriptum. — [4] SH ad annum 1787.

1698 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Martinus Warnott Trudonensis, aet. 46, prof. 25, sac. 18.

1706 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Bonaventura Vaith a Feuerthal, laicus, aet. 74, prof. 49. Cum P. Fridericus Staubach a conventu Schwarzenbergensi ad Dettelbacensem proficiscens a militibus haereticis invaderetur, Fr. Bonaventura eum comitabatur, qui tamen fuga periculo se subtraxit [1].

1710 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Hugolinus Krautblatt, sac. anno 27.

1711 obiit in conventu Fuldensi Fr. Matthias Reitters, laicus, aet. 67, prof. 41 [2].

1818 obiit in loco Obernburg prope Aschaffenburg Fr. Meinradus Schureck Obernburgensis, laicus, sutor, aet. 64, prof. 55.

1827 obiit in conventu Fuldensi Fr. Didacus Weinrich Worbianus, laicus, aet. 57, prof. 31 [3].

XVI.

1718 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Servatius Becker, ord. et sac. iubil., aet. 78 (?), prof. 58, sac. 55.

1756 obiit in Palaestina Fr. Urbanus Strecker Worbianus, laicus, sartor, aet. 44, prof. 22 [4].

1765 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Godehardus Raub Heuthensis, aet. 58, prof. 36, sac. 33, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Episcopiensi (1754-55) et Hammelburgensi (1755-57), necnon parochus Dermbacensis (1762-64).

1775 obiit in conventu Worbiano V. P. Alexius Brinkmann Lindaviensis, aet. 38, prof. 17, sac. 15.

1810 obiit in conventu Worbiano V. P. Constantinus Wehner a Gotthards, aet. 56, prof. 35, sac. 32, antea scholarum magister in gymnasio Franciscali Sinsheimensi (1788-91), Lector iuris canonici (1779-80), concionator urbicus in Waibstadt (1788-91) et concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1791-97).

XVII.

1760 obiit in conventu Spalatino V. P. Linus Orfandt Eistettensis, ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 55, sac. 50, quondam magister (1711-14) et praefectus (1714-17) scholarum gymnasii Franciscalis Attendornensis atque Praeses (1738-45) et primus Guardianus Spalatinus (1745-46).

1772 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Georgius Motz Hammelburgensis, laicus, aet. 55, prof. 24, scrinarius artifex, qui superiorem partem cathedrae in summa aede Fuldensi et cussinos in ecclesia conventuali ibidem perfecit [5].

1800 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Cunibertus Zöller Mönchbergensis, aet. 69, prof. 40, sac. 58.

---

[1] Bürvenich, ad a. 1674; supra, 63 l. 5 sqq. — [2] V « Rinders » AC ad annum 1711 « Reuberts ». — [3] S falso dicit eum † die 20 maii 1829 Worbii. — [4] V die 8 huius; F die 21 huius. — [5] Bihl, 187.

1808 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Zephyrinus Schaupp Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 57, sac. 52, aliquando Guardianus Spalatinus (1782-85) et Dermbacensis (1788-89).

XVIII.

1745 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Donulus Köhler Hagiopolitanus, Lect. em., aet. 59, prof. 40, sac. 35, primum scholarum magister in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1711-13) et Attendornensi (1713-14), deinde Lector philosophiae (1714-19) et theologiae (1719-26).

1748 obiit in missione Schweigern V. P. Dagobertus Stampfer Amoeneburgensis, aet. 44, prof. 25, sac. 22, missionarius ibidem per 7 annos (1741-ad mortem), antea scholarum magister in gymnasio Limburgensi (1728-32).

1782 obiit in conventu Hammelburgensi in ipso die capitulari A. R. P. Winimarus Arnold Kettensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. et Guard. em., aet. 61, prof. 39, sac. 36, qui philosophiam (1749-52) et theologiam (1752-58; 1761-62; 1763-64; 1771-73) docuit, guardianatum Fuldensem (1764-67) et Dermbacensem (1758-61) administravit, munus directoris pannificii (1775-76) et Chronistae Provinciae (1762-67; 1770-74) obivit, atque Custos (1762-64) et Minister Provincialis electus est. Praefuit Provinciae a die 8 Augusti 1767 usque ad diem 3 Iunii 1774 et a die 26 Maii 1776 usque ad diem 23 Maii 1779.

1796 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Ioannes Evang. Luca Miltenbergensis, aet. 65, prof. 42, sac. 40.

1796 obiit in conventu Worbiano V. P. Ubaldus Semmler Fuldensis, aet. 59, prof. 38, sac. 35, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1773-74) et Episcopiensi (1771-73), necnon parochus Salismonasteriensis (1789-94).

1816 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Isidorus Gundermann Keffershusanus, aet. 58, prof. 40, sac. 35, qui partes magistri scholarum in gymnasiis Franciscalibus Miltenbergensi (1785-89) et Sinsheimensi (1791-?) explevit.

1910 obiit in civitate Thuine in Hannover, in nosocomio Sororum Tertii Ordinis S. Francisci V. P. Chrysostomus Aull a Neuhof, phthisi consumptus, aet. 28, prof. 10, sac. 5, egregius Lector litterarum humaniorum in collegio Seraphico Watersleydensi (1907-ad mortem).

XIX.

1692 obiit in conventu Fuldensi V. P. Marianus Fehr aet. 32, prof. 13, sac. 7 [1].

1765 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Eberhardus Brümmer Medenbacensis, Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 49, aliquando Praeses Friesenhagensis (1734-37; 1743-46), necnon Guardianus Mosbacensis (1738-41), Hachenburgensis (1747-49) et Sinsheimensis (1749-50) [2].

1768 obiit in conventu Dermbacensi Fr. Ioannes Kolepp, tertiarius professus, aet. 69 [3].

[1] V die 9 huius; F « Vehr ». — [2] V die 20 huius. — [3] V « Kohlhesp ».

1804 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Lucinus Faulstich Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 55, sac. 52, quondam in gymnasio Episcopiensi magister (1762-64) et praefectus (1767-68) scholarum.

XX.

1728 obiit in conventu Mariaevallensis ad Siegam Fr. Ferdinandus Heyden, laicus, aet. 55, prof. 34 [1].

1742 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Antonius Raab, laicus, ord. iubil., aet. 80, prof. 55 [2].

1746 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Hyacinthus Lehrmann Retzbacensis, aet. 67, prof. 44, sac. 41, primum sacellanus campestris pro copiis Fuldensibus sub D. Comite de Schönborn (1711-19), postea Guardianus Volkersbergensis (1720-23).

1808 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Conradus Seubert ab Eibelstatt, Guard. actualis, aet. 65, prof. 45, sac. 39, curatus stationis Steinfurt prope Sinsheim (1794-98?) atque Guardianus Spalatinus (1800-?) et Schwarzenbergensis (1806-ad mortem).

XXI.

1759 obiit in conventu Limburgensi Fr. Sebastianus Franck, laicus, aet. 57, ord. 32.

1785 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Angelinus Kalb Steinhusanus, Guard. duodenn., concion. em., Vicarius actualis conventus Fuldensis, aet. 62, prof. 38, sac. 36, vir de conventu Fuldensi meritissimus [3], egregius verbi divini praeco et impertaesus in sacro tribunali operarius [4]. Hic primum magister (1753-55) et praefectus (1755-58) scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis fuit, deinde apud D. Comitem de Hohenlohe-Schillingsfürst concionatorem aulicum (1762-64) et Fuldae concionatorem summae aedis (1764-70) egit, denique Director pannificii (1779-82) ac ter Guardianus Fuldensis (1770-73; 1776-79; 1782-85) factus est.

1790 obiit in conventu Worbiano V. P. Chrysologus Huppe Kühlstedtensis, aet. 54, prof. 31, sac. 29 [5].

XXII.

1747 obiit in conventu Wittlich, Provinciae Coloniae, in processione Trevirensi V. P. Hippolytus Wagner Bambergensis, aet. 39, prof. 17, sac. 15.

1757 obiit in civitate Heiligenstadt V. P. Wigbertus Saltzmann Hagiopolitanus, aet. 28, prof. 6, sac. 2, cum negotiis conventus Worbiani occupatus ibidem moraretur.

1772 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Alexander Winckelmann Neostadiensis ad Saalam, aet. 48, prof. 28, sac. 25.

1772 obiit in loco Bilshausen prope Duderstadt V. P. Fructuosus Burckhard Gerblingerodensis, aet. 52, prof. 30, sac. 28.

---

[1] V falso dicit eum fuisse sacerdotem et obiisse die 18 huius. — [2] S falso dicit eum † 1741. — [3] Ita BF; Bihl, 76, 136, 153, 172. — [4] SH ad annum 1785. — [5] F die 16 huius.

1775 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Balthassar Keller Ettlebensis, Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 57, sac. 51, qui magister scholarum in gymnasio Franciscano Attendornensi (1722-26), necnon praefectus Limburgi (1726-28) et Hammelburgi (1762-65) fuit, qui missioni Erlacensi (1734-38; 1741-44) et Kupferzellensi (1747-52) praefuit, munus Guardiani Episcopiensis (1738-41; 1756-58), Worbiani (1744-47) et Miltenbergensis (1755-56) obivit, atque Definitor Provinciae electus est (1752-55).

1796 obiit in statione Riedenberg prope Brückenau V. P. Siegefriedus Hederich Schnackenwerthensis, aet. 66, prof. 40, sac. 38, per 17 annos curatus ibidem (1780-ad mortem).

XXIII.

1729 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Didacus Pfeilschmidt Erlenbacensis, laicus, aet. 48, prof. 20.

XXIV.

1743 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Bonifatius Albert Hammelburgensis, laicus, aet. 65, prof. 33 [1].

1759 obiit in conventu Limburgensi V. P. Desiderius Lindig Moguntus, aet. 58, prof. 38, sac. 34, confessarius ecclesiarum collegiatarum in Limburg et Dietkirchen (circa 1750?) [2].

1762 obiit in civitate Dingelstädt V. P. Quirinus Gross a Dingelstädt aet. 55, prof. 12, sac. 10.

1798 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Osmundus Mund Impfingensis, laicus, sutor, aet. 67, prof. 28 [3].

XXV.

1873 obiit in conventu Fuldensi V. P. Eugenius Böhm Fuldensis, ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 66, sac. 55 (!); quondam Guardianus Fuldensis (1847-50) et Discretus Custodiae (1855-58 [4]).

XXVI.

1682 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Friedericus Stummelius, Ex-Vicarius Provinciae, Lect. em., Guard. actualis, Principis Abbatis Fuldensis consiliarius consistorialis et theologus, aet. 59, prof. 40, sac. 35, qui philosophiam (1650-53) et theologiam (1653-66; 1670-72) docuit, partes Guardiani Dettelbacensis (1665-66) et Fuldensis (1680-ad mortem) explevit, in ditione Hohensolms contra haeresim pugnavit (1666-69), Chronista (1674-76), bisque Custos (1666; 1672-74) Provinciae fuit atque bis Vicarius Provinciae (9 XI 1666-19 V 1669; 3 VI 1674-2 IX 1674) electus est. Decessit

[1] V die 26 huius. — [2] F falso dicit eum † 1749. — [3] V mense Iunio sine die et anno. — [4] Cf. Richter, *Die bürgerlichen Benediktiner der Abtei Fulda von 1627-1802,* apud *Quellen und Abhandlungen zur Gesch. d. Abtei u. d. Dioezese Fulda,* VII, Fulda 1911, 152.

hic vir doctissimus, clarus Scotista, postquam uberes in vinea Domini fructus docendo in scholis et cathedris sedulo collegit, pro sacrae Religionis Seraphicae incremento, signanter pro Provinciae Thuringiae augmento indefesse laboravit ac praeter alia plurima itinera pro bono Ordinis expedita bis ad capitulum Generale iter in Hispaniam instituit[1]. Sepulchrum eius fratres hoc epitaphio ornarunt:

Siccine
Eheu!
Clarum sidus
In mortis umbras
Abiit
Dum obiit
Qui
Ubi vixit
Doctrinae nobis
Lucifer fuit[2].

1671 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Rolandus Simon Worbianus, laicus, sartor, aet. 66, prof. 40.

XXVII.

1710 obiit in conventu Montaburano V. P. Antonius Thonens sac. anno 15[3].

1768 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Simon Hahn Hammelburgensis, iubil. ordinis, aet. 71, prof. 51, sac. 45.

1787 obiit in Geldersheim V. P. Georgius Geiger a Stetten prope Thüngen, aet. 56, prof. 34, sac. 32, qui redux cum sacra peregrinatione, quam ad XIV SS. Auxiliarios Hammelburgum duxerat, in via apoplexia tactus decessit[4].

XXVIII.

1755 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Hamundus Fuchs Limburgensis, Lect. et Guard. em., aet. 60, prof. 42, sac. 38, scholarum magister in gymnasio Franciscano Attendornensi (1720-22), Lector philosophiae (1722-25) et theologiae

[1] Ita BF. Cf. Bihl, 65, 74, 83, 119, 123-5 ubi eius opera recensentur. Principale opus fuit: *Controversiarum inter principes cathedras dici Thomae Doctoris Angelici et Doctoris Subtilis, necnon aliarum illustrissimarum scholarum de simplicitate Dei... primum et perenne mobile, post ingentes ingeniorum agitationes in doctrina Scoti hactenus impotenter impugnata... Accedit tertii tomi loco: Unilabium Orbis subtiliter litterati de distinctione formali ex natura rei in creatis...* Coloniae Agrippinae, ap. Ioann. Wilh. Friessenium 1680, in-fol. — Hoc *Unilabium* antea iam prodierat: Fuldae 1668. Cf. Hueber, 772; Hurter, *Nomenclator litterarius Theologiae catholicae*, IV, Oeniponte 1910, ed. III, 52. Praeterea edidit: *Hexaemeron mysteriologicum, in quo ex Gen. cap. I Cosmopoeja hominis lapsi mystica i. e. Omnia Omnium a creatione mundi statuum, proprie dicta Sacramenta, salutis perditae restaurativa, necnon Hierarchia ecclesiastica restauratam salutem in fideles iugiter influens... reserantur auctore* Fr. Friederico Stummelio, O. F. M.... Erfurti [1663] 252 pp. in-24°. — [2] Hueber, 859-60, Bihl, 125. — [3] Ita AC ad annum 1710; F « Thoens »; S « Thocas » V « Phaenens ». — [4] SH ad annum 1787.

(1725-32; 1737-38; 1740-43; 1747-49), Guardianus Wetzlariensis (1732-35), Volkersbergensis (1738-40) et Hammelburgensis (1743-47; 1749-52), Definitor (1740-43) atque bis Custos (1746-49; 1752-55) Provinciae [1].

1761 obiit in conventu Attendornensi Fr. Hamundus Molitor, Wersaviensis, clericus, aet. 25, prof. 4 [2].

1776 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Maternus Merk Brückenaviensis, aet. 53, prof. 33, sac. 29, quondam praefectus scholarum in gymnasio Episcopiensi (1752-53), Guardianus Spalatinus (1766-69) et Hammelburgensis (1770-73), necnon Definitor Provinciae (1773-76) [3].

1800 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Veremundus Fürth a Rothenfels, Vicarius, aet. 64, prof. 58, sac. 36.

1801 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Richardus Schmitt Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, humilitate, charitate et patientia conspicuus [4], aet. 87, prof. 65, sac. 63.

1804 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Ioachim Pfister Ettlebensis, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 55, sac. 51.

1811 obiit in statione Appenfelden prope Schwarzenberg V. P. Eugenius Meisner Hirschfeldensis, aet. 63, prof. 44, sac. 39, per 16 annos stationarius ibidem (1695-ad mortem), antea parochus Salismonasteriensis (1788-89) et concionator urbicus Mosbacensis (1789-91).

1815 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Erasmus Enzian Hammelburgensis, aet. 40, prof. 18, sac. 16.

XXIX.

1689 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Dominicus Musweiler, iubilarius, prof. anno 54, quondam Instructor Novitiorum (1641-43), Praeses residentiae Volkersbergensis (1660-63) ac Guardianus Miltenbergensis (1683-86).

XXX.

1773 obiit in conventu Spalatino Fr. Trudo Stumpf Schwarzenbergensis, laicus, sartor, aet. 58, prof. 29 [5].

1805 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Didacus Degent Wörthensis, ord. et sac. iubil., aet. 85, prof. 59, sac. 57.

1904 obiit in conventu Hierosolymitano Terrae Sanctae Fr. Elzearius Weber Buttlariensis, laicus aet. 65, prof. 35.

XXXI.

1674 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Nicolaus Bierbaum, Vicarius, sac. anno 18, antea Guardianus Hachenburgensis (1670-72) et Episcopiensis (1672-73).

[1] Edidit: *Theses selectiores ex universa Theologia ad mentem Doctorum nostrorum Divi Bonaventurae, Doctoris Seraphici et Ioannis Duns Scoti, Doctoris Subtilis, propositae... quas Stadtworbii in Eichsfeldia... praeside* F. Hamundo Fuchs... *defendent... Anno 1732*, Duderstadii [1732] in-8°, 14 pagg. — F die 26 huius. — [2] V falso dicit eum † 1773; deest in S. — [3] V dicit eum † Hammelburgi. — [4] SN ad annum 1801. — [5] V falso dicit eum † 1775.

1684 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Wilhelmus Closs, Lect. em. et Guard. actualis, sac. anno 19, qui philosophiam (1766-72) et theologiam (1672-83) docuit, necnon guardianatum Hammelburgensem administravit (1683 - ad mortem).

IUNIUS.

I.

1669 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Daniel Hollingshoffen, laicus, aet. 57, prof. 28, qui antequam Ordinem ingressus est, inter milites mercenarios vitam transegerat. Bona indole mathematica pollens perdocilemque se praebens, a quodam canonico Wetzlariensi solaria ita artificiose construere didicit, ut mirantibus omnibus in uno trunco vel lapide tricena ad modum stellae dentatae conficeret. Arti quoque architectonicae se dedit ac delineationes conventus Volkersbergensis necnon ecclesiae conventualis et capellae Sancti Antonii Hammelburgi exstruendae perfecit. Sedulus erat terminarius, qui, ut eleemosynas colligeret usque ad civitates Mosbach, Memmingen, Schweinfurt et Bamberg pervenit, non expavescens pericula a militibus Gallis et Suecis instantia. Itinerum suorum laboribus numquam fractus videbatur, semperque hilaris apparebat, quamvis libenter pane et aqua contentus erat, ne incolis bello atque rapina ad egestatem redactis oneri esset [1].

1733 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Martinus Schönenberg, Guard. duodenn., aet. 62, prof. 42, sac. 36, qui magister scholarum in gymnasio Attendornensi (1697-1700), Guardianus Hadamariensis (1713-16) et Miltenbergensis (1717-20; 1723-25; 1728-29), necnon Chronista (1716-17) et Definitor (1725-28) Provinciae fuit.

1735 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Celsus Homm, aet. 31, prof. 12, sac. 7, concionator urbicus actualis (1734 - ad mortem), antea magister (1729-31) et praefectus (1731-34) scholarum in gymnasio Franciscano Episcopiensi.

1743 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Ernestus Sittel Limburgensis, aet. 43, prof. 25, sac. 19.

1776 obiit in conventu Worbiano Fr. Laurentius Becker Heyerodensis, laicus, hortulanus, ord. iub., aet. 81, prof. 55.

1812 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Alexius Dresner a Kleinsassen, Lect. et Guard. em., aet. 58, prof. 38, sac. 34. qui philosophiam (1780-86) et theologiam (1786-94?; 1800-03?) exposuit, bis guardianatum Salismonasteriensem administravit (1797-1800; 1803-06) atque Secretarius (1794-97; 1800-03) et bis Definitor (1800-03; 1806-09) Provinciae fuit.

1812 obiit in conventu Ellingensi Provinciae Bavaricae A. V. P. Casimirus Rohrmann Pleinfeldensis, Lect. et Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 56, sac. 52, Lector philosophiae (1759-63) et theologiae (1763-67; 1768-70; 1779-80), Guardianus Sinsheimensis (1770-73), Spalatinus (1776-77), Neoburgensis ad Danuvium (1777-79), Salismonasteriensis (1782-85) et Hammelburgensis (1785-85), necnon Superior residentiae Beilngries (1774-76) ac ter Definitor Provinciae (1773-76; 1779-82; 1785-88). Tempore saecularizationis conventu Spalatino sublato a gubernio Bavarico,

[1] Bihl, 201 sq. secundum Bürvenich, qui eum vocat « Hallingshausen ». Cf. et Liebler ad annum 1669.

ad conventum Ellingensem translatus est. Fuit religiosus devotus, qui semper memoriam mortis circumferebat, libenterque cantilenam. « Ultima in mortis hora » cantabat [1].

II.

1777 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Bernardinus Genzer Arnsteinensis, Lect. et Guard. em., Definitor actualis, aet. 60, prof. 42, sac. 37, qui philosophiam (1740-46) et theologiam (1746-55; 1758-59; 1764-67) docuit, officium guardianatus Wetzlariensis (1755-56), Fuldensis (1756-58), Schwarzenbergensis (1763-64), Schillingsfürstensis (1767-70) et Sinsheimensis (1773-76) obivit atque Definitor (1764-67; 1776-79) et Custos (1770-73) Provinciae electus est [2].

1798 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Rochus Spahn Salismonasteriensis, aet. 64, prof. 43, sac. 40, quondam parochus Dermbacensis (1780-82).

1825 obiit in conventu Worbiano Fr. Anselmus Günther a Bickenriede, laicus, hortulanus, aet. 74, prof. 46 [3].

III.

1799 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Antonius Gutberlein Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 55, sac. 50.

IV.

1758 obiit in conventu Miltenbergensi A. R. P. Wolfgangus Helferich Miltenbergensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. em., Guard. duodenn., aet. 60, prof. 40, sac. 36, qui postquam philosophiam (1722-26) et theologiam (1726-35; 1738-40) tradidit atque Guardianus Miltenbergensis (1735-38) et Schillingsfürstensis (1740-43) fuit, Minister Provincialis electus est, rexitque Provinciam a die 25 Iunii 1743 usque ad diem 19 Iunii 1746 et a die 21 Maii 1752 usque ad diem 17 Maii 1755.

1761 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Hubertus Lutz Geldersheimensis, aet. 56, prof. 34, sac. 32.

1766 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Eustachius Neubert a Langendorf, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 65, sac. 58.

1768 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Florianus Bocard a Duderstadt, laicus, coquus, aet. 70, prof. 49 [4].

V.

Vacat.

[1] Quae in Provincia nostra (et in aliis quibusdam) saepius cantatur: « *Ultima in mortis hora* || *Filium pro nobis ora!* || *Bonam mortem impetra!* || *Virgo, mater, Domina* || ; tunc repetitur in lingua vernacula: *Wenn wir mit dem Tode ringen,* || *Wollst, Maria, uns beispringen,* || *Dass wir selig scheiden hin,* || *Jungfrau, Mutter, Königin.* || Ap. Ul. Chevalier, *Repertorium hymnologicum,* Louvain 1892-1897, n. 20808 notatur tantum eiusdem editio ap. Mohr, *Manuel de chant,* 1877, 485. — SN ad annum 1812. — [2] Cf. Bibl, 73, 75. — [3] S dicit eum fuisse 78 annorum. — [4] S « Bockart ».

VI.

1708 obiit in conventu Attendornensi V. P. Hugo Petri, sac. anno 10[1].

1726 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Dionysius Wauters, sac. anno 34[2].

1730 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Sebastianus Licht, aet. 57, prof. 39, sac. 34[3].

1782 obiit in conventu Spalatino V. P. Deocharus Dusmann Eistettensis, Vicarius, aet. 60, prof. 39, sac. 36, quondam Guardianus Spalatinus (1771-74) et Superior residentiae Beilngries (1776-77).

1822 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Bernardinus Roth Elfershusanus, laicus hortulanus, aet. 72, prof. 48.

VII.

1689 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Marcus Rohner Hammelburgensis, laicus, aet. 40, prof. 8.

1710 obiit in conventu Limburgensi V. P. Andreas Grogans, sac. anno 5, scholarum magister actualis ibidem (1707 - ad mortem).

1728 obiit in conventu Montaburano V. P. Christianus Classens, iubil. ord., aet. 73, prof. 53, sac. 48.

1746 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Theodorus Laux Limburgensis, aet. 66, prof. 48, sac. 43, aliquando Lector philosophiae (1705-08).

1749 obiit in conventu Fuldensi V. P. Oswaldus Oswaldi a Borsch, aet. 62, prof. 39, sac. 35.

1768 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Gabriel Neubauer Ettlebensis, aet. 69, prof. 40, sac. 38, quondam Guardianus conventus Montaburani (1756-59)[4].

1777 obiit in conventu Spalatino Fr. Albanus Keller Miltenbergensis, laicus, coquus, aet. 46, prof. 22.

1782 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Irenaeus Langguth Miltenbergensis, aet. 62, prof. 42, sac. 39, antea concionator urbicus ibidem (1774-77).

1806 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Agatho Schaupp Hammelburgensis, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 63, prof. 40, sac. 38, qui in gymnasio Franciscano Schwarzenbergensi scholarum magister fuit (1785-86), philosophiam (1770-74) et theologiam (1774-82; 1788-91) interpretatus est ac guardianatum Salismonasteriensem administravit (1783-85)[5].

1899 obiit in conventu Ottbergensi Fr. Humilis Weber Melzdorfensis, laicus, aet. 43, prof. 8.

VIII.

1693 obiit in missione Büchold V. P. Sebastianus Brand, missionarius, sac. anno 27, qui antea officia guardianatus Volkersbergensis (1672-75) et Hammelburgensis (1680-83; 1687-89) obierat.

[1] AC ad annum 1698 « Peters ». — [2] V « Waxters »; S « Walter »; AC ad annum 1792 « Waltheri ». — [3] V et F « Leucht ». — [4] V die 12 huius. — [5] Edidit Theses sub titulo: *Positiones ex universa theologia defensae Hammelburgi 1782, praeside* F. Agathone Schaupp, Fuldae [1782] in-8°.

1705 obiit in conventu Fuldensi V. P. Ioseph Nysten, sac. anno 12.

1811 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Augustus Eppt Episcopiensis, ord. iubil., aet. 72, prof. 50, sac. 48 [1].

IX.

1668 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Casparus Schwegler, sac. anno 3 [2].

1729 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Franciscus Orth, aet. 66, prof. 48, sac. 42, Vicarius, qui primum in gymnasio Franciscali Hammelburgensi (1690-93) et Limburgensi (1693-95) scholarum magistrum egit, necnon praefectum Limburgi (1695-97) et Attendornae (1705-07), deinde Praeses et parochus Friesenhagensis exstitit (1719-22).

1797 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Iulianus Simon a Mellrichstadt, ord. iubil., aet. 72, prof. 50, sac. 47, qui, postquam parochiam Wetzlariensem (1758-62) et Salismonasteriensem (1763-76) administravit, concionator summae aedis Fuldensis ac curatus militum ibidem fuit (1776-77), Guardianus Dermbacensis (1777-80) et Sinsheimensis (1791-94?) electus est.

X.

1702 obiit in conventu Fuldensi V. P. Adam Schultheis Hammelburgensis, aet. 58, prof. 39, sac. 34, vir amica conversatione et vitae exemplaritate tam ecclesiasticis quam saecularibus acceptus [3], qui primum residentiam (1672-73) et parochiam (1672-73) Salismonasteriensem administravit, postea Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1673-74; 1680-83) et Schillingsfürstensis (1692-93) factus est, denique residentiae Maria-Schönfeld praefuit (1693-95).

1757 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Sebaldus Wanckel Hammelburgensis, aet. 32, prof. 13, sac. 10.

1775 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Ernestus Hartmann a Königshofen, aet. 38, prof. 16, sac. 13.

XI.

1693 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Ferdinandus Heyden, sac. anno 20.

1717 obiit in conventu Attendornensi Fr. Franciscus Niederendorff, laicus [4].

1784 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Daniel Böhm a Lorenzen [5], laicus, victor et coquus, aet. 54, prof. 22.

1786 obiit in conventu Fuldensi V. P. Crescentius Holder Fuldensis, aet. 62, prof. 38, sac. 34, praeco et poeta extemporaneus, in disciplinis grammaticis oppido versatus, vir in laboribus sacris indefessus et in diversis languoribus infractae

[1] Deest in S. — [2] V « Schweiler ». — [3] AP ad annum 1702, quae eum bis commemorant et prima vice dicunt eum fuisse aet. 62, prof. 40, sac. 36. — [4] V falso vocat eum sacerdotem. — [5] Videtur esse locus Brendlorenzen in Franconia inferiore.

patientiae [1], quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Attendornensi (1755-56) et Mosbacensi (1756-58), necnon Lector Sacrae Scripturae (1764-66).

1790 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Aquilinus Wagner Burgébracensis, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 55, sac. 51, aliquando Guardianus Schwarzenbergensis (1759-65).

1855 obiit in statione Somborn A. V. P. Rudolfus Keller a Müs, aet. 37, prof. 15, sac. 13, qui postquam philosophiam et theologiam exposuit [2], Guardianus Fuldensis (1850-53) et Praeses Salismonasteriensis (1853-54) factus est.

XII.

1653 obiit in conventu Fuldensi V. P. Hermannus Kramer, Lector philosophiae actualis (1652-ad mortem), aet. 26, prof. 9, sac. 2, fratribus ob praeclaram et suavem conversationem desideratissimam sui memoriam relinquens [3].

1689 obiit in conventu Hachenburgensi A. V. P. Ioannes Schrammen, Guard. actualis (1686- ad mortem), sac. anno 26 [4].

1809 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Homobonus Walle Mosbacensis, laicus, sartor, ord. iubil., aet. 85, prof. 54, laboris et orationis valde amans [5].

1839 obiit in conventu Fuldensi V. P. Amnichadus Schoeppner Fuldensis, aet. 33, prof. 13. sac. 9, qui cum in festo S. Antonii concionem habiturus non appareret, quaesitus est inventusque in cella sua exanimis [6].

XIII.

1657 obiit in termino in civitate Siegen Fr. Marianus van den Velden, laicus.

1727 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Anacletus Goebel, Vicarius, aet. 37, prof. 18, sac. 13.

XIV.

Vacat.

XV.

1660 obiit in conventu Limburgensi Fr. Antonius Roos, laicus [7].

1703 obiit Landavii in Palatinatu V. P. Matthias Rösch ex conventu Salismonasteriensi, aet. 40, prof. 16, sac. 20, sacellanus campestris, antea magister (1690-95) et praefectus (1695-97) scholarum gymnasii Attendornensis. Militibus Fuldensibus lue contagiosa ibidem correptis inserviens defunctus est [8] tamquam verae charitatis seraphicae victima, qui posuit animam suam pro amicis [9].

---

[1] SH ad annum 1786. Bihl, 143-4. — [2] Tempus huius facti accuratius designari non potest. — [3] Ita BF. — [4] V « Schramm ». — [5] SN ad annum 1809. — [6] *Liber novitiorum in... conv. Fuldensi... indutorum et professorum;* cf. hoc Necrol., 48, lin. 41. — [7] V « Ross » die 20 Aprilis. — [8] AP ad annum 1703 et BS; cf. Minges, 265. Videtur oriundus ex Seligenstadt. BS enim 2 Oct. 1701 scribit: « Obiit D. Ioannes Resch ordinis Senatorii in Seligenstadt, cuius relicti filii .... conventui nostro bonam eleemosynam dedere ». — [9] BS, quod eum « Reusch » appellat; AC diversis in locis et S « Rüsch ».

1759 obiit in conventu Attendornensi V. P. Gangolfus Schwartz Episcopiensis, aet. 27, prof. 8, sac. 4, scholarum magister actualis ibidem (1758-ad mortem).

1801 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Paschalis Fischer Langendorfensis, laicus, sartor, aet. 67, prof. 41.

XVI.

1671 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Iacobus Meurer, laicus [1].

1687 obiit in conventu Fuldensi Fr. Christophorus Heert, laicus, scrinarius, aet. 56, prof. 16 [2].

1694 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Lucas Schultheis Hammelburgensis, laicus, aet. 58, prof. 37, qui tempore pestis sponte curam aegrotorum in Rhingavia susceperat [3].

1728 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Polycarpus Köhler, aet. 45, prof. 22, sac. 19.

1750 obiit in statione Riedern prope Miltenberg V. P. Ioachim Reichwein Lengfeldensis, aet. 64, prof. 44, sac. 40, curatus actualis ibidem, antea parochus Hachenburgensis (1725-28) et concionator urbicus Miltenbergae (1737-38). Apoplexia tactus sub functionibus parochialibus exspiravit [4].

1778 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Fulgentius Winter Ettlebensis, Lect. iubil et Guard. duodennalis, aet. 55, prof. 32, sac. 30, qui, postquam philosophiam (1752-55; 1756-58) et theologiam (1758-70) docuit, necnon confessarius ecclesiarum collegiatarum in Limburg et Dietkirchen, simulque primus concionator confraternitatis Ss. Cordis Iesu, anno 1758 Limburgi erectae, fuit, primo partes Guardiani Mosbacensis explevit (1770-73), deinde Chronista (1774-79) et Custos (1775-76) Provinciae electus est [5].

XVII.

1694 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Sebastianus van dem Berg, sac. anno 35 [6].

1721 obiit in loco Nastätten prope St. Goarshausen V. P. Aegidius Staudt, ex conventu Montaburano, sac. anno 7.

1759 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Irenaeus Bertig Worbianus, aet. 39, prof. 18, sac. 15, curatus stationis Breitenlohe.

1794 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Hamundus Vogel Hammelburgensis, laicus, coquus, aet. 68, prof. 55.

---

[1] F « Maurer ». — [2] Ita BF, quod adiungit: « Dispensator sedulus et fidelis, conventui adhuc necessarius sed placida erat Deo anima ipsius »; S et V « Hert »; F « Hart ». — [3] Minges, 222; iuxta O et S ad annum 1694. — [4] Ita Necrologia; AC etiam « Weinreich ». — [5] Edidit Theses, quae inscribuntur: *Tractatus de iure et iustitia per assertiones iuridico-theologicas succinctis rationum et veritatum momentis stabilitas, scholiisque, corollariis et animadversionibus illustratas, in breve compendium redactus ac una cum parergis theologicis dogmatico-scholasticis de Verbi Divini incarnatione..... publicae disputationi expositus..... praeside* F. Fulgentio Winter *in conventu Hammelburgensi 1761,* Wirceburgi [1761] in-8°, pag. 180. — [6] V « van Berger ».

XVIII.

1693 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Marianus Kapp, laicus [1].

1694 obiit in conventu Limburgensi Fr. Paschalis Bergerhausen, laicus, aet. 69, prof. 43 [2].

1722 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Leonardus Heusdens, laicus, ordinis iubilarius, aet. 83, prof. 61, postquam per 55 annos Episcopii commoratus est [3].

1758 obiit in loco Aglasterhausen prope Mosbach Fr. Iacobus Füllenaer, laicus, aet. 64, prof. 39, ex conventu Sinsheimensi, qui in butyri collectura in ingressu aedium patris spiritualis prolata salutatione « Laudetur Iesus Christus » subito exanimis concidit [4].

1772 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Carolus Rosshirt Neostadiensis ad Saalam, aet. 62, prof. 43. sac. 38.

1803 obiit in conventu Spalatino V. P. Pius Paul Oberelsbacensis, aet. 57, prof. 36, sac. 33, quondam hospes Terrae Sanctae, ubi variis officiis functus est [5] (circa 1780-86).

1809 obiit in conventu Fuldensi Fr. Seraphinus Baier Zirkenbacensis, laicus, hortulanus, aet. 67, prof. 34.

XIX.

1650 obiit in residentia Hammelburgensi A. V. P. Michael Stang Fuldensis, Definitor actualis et Praeses residentiae eiusdem, prof. anno 36, qui primum Guardianus Erfordiensis (1637), Fuldensis (1640-43) et Wetzlariensis (1643-46) fuit, postea Praeses Friesenhagensis (1649) et Hammelburgensis (1649-ad mortem). Praeterea bis Definitor Provinciae electus est (1637-39; 1649-ad mortem). Anno 1639, cum ob bellicas tempestates capitulum Provinciale celebrari non posset, Minister Generalis eum Custodem constituit (-1643) [6]. Fuit vir in actionibus sedulus, in consiliis expertus, in laboribus pro bono publico indefessus, gratissimus omnibus [7]. Anno 1631 diplomate a magistro militum impetrato impedivit, quominus conventus Fuldensis a copiis Hassicis depraedaretur [8]. Cum esset Guardianus Erfordiensis, ecclesiam et scholam S. Severi a Suecis dirutam restauravit, simul sedulo curae pestiferorum incumbens [9]. Fuit quoque in concionibus facundus et extemporalis rhetor, strenuus haereseos insectator [10].

1689 obiit in conventu Hachenburgensi V. P. Iohannes Offheim Montaburanus, Vicarius, sac. anno 17 [11].

1696 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Andreas Eckart, Instructor fratrum clericorum, sac. anno 22.

1767 obiit in conventu Worbiano V. P. Petrus ab Alcantara Ulrich Hammelburgensis, aet. 68, prof. 47, sac. 42.

[1] S « Rapp ». — [2] F falso dicit eum obiisse Hammelburgi. — [3] Ita CE ad annum 1722, F falso dicit eum † 1712. — [4] Misc. H. falso dicunt eum † 1718. — [5] SN ad annum 1803. — [6] Chronologia Prov., Series Ministrorum. Cf. Bihl, 33, 56-7, 122, 199. — [7] Liebler ad annum 1650. — [8] Bihl, 42. — [9] Ibid. 34. — [10] Liebler l. c.; V falso dicit eum obiisse 1651; S et F eum † Hachenburgi. — [11] V die 18 huius.

1872 obiit in conventu Fuldensi Fr. Maurus Kregel Ahrbergensis, laicus, aet. 30, prof. 1.

XX.

1728 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Albertus Alberti Fuldensis, Lect. et Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 60, sac. 55, primum Lector philosophiae (1674-79) et theologiae (1679-86), deinde Guardianus Episcopiensis (1686-89; 1701-02), Worbianus (1692-95) et Salismonasteriensis (1704-07; 1710-13; 1716-17), denique ter Definitor Provinciae (1689-92; 1695-98; 1713-16) [1].

1757 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Macarius Emmert Hammelburgensis, Guard. duodenn., aet. 65, prof. 44, sac. 40, qui in gymnasio Franciscano Hammelburgensi magistrum (1720-25) et praefectum (1725-26) scholarum egit, curatus copiarum Fuldensium fuit (1726-29), officia Praesidis (1729-31) ac Guardiani (1731-32) Schwarzenbergensis et Hachenburgensis (1735-38), necnon concionatoris summae aedis Fuldensis (1728-29) obivit, atque Definitor Provinciae electus est (1737-40) [2].

1822 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Iohannes Nep. Grossmann Miltenbergensis, Lect. et Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 56, sac. 52, qui, postquam magister scholarum in gymnasio Miltenbergensi fuit (1774-77), atque philosophiam (1777-80) et theologiam (1780-86; 1803-06) docuit, Guardianus Episcopiensis (1788-91), Miltenbergensis (1794-97), Sinsheimensis (1800-03) et Mosbacensis (1806-09?), necnon Secretarius (1786-88) et Definitor (1803-06) Provinciae factus est. Praefuit ipse conventui Sinsheimensi, cum hic tempore saecularizationis prima vice tolleretur. Cum igitur Gubernium civile, ne populus exacerbaretur, quibusdam sacerdotibus huius conventus persuadere conaretur, ut amplectentes statum cleri saecularis easdem stationes ut parochias susciperent, quibus antea Franciscani providerant, ipse P. Iohannes omnes eo perduxit, ut seductionem publicam fortiter reiicerent. Quare praefectura civilis postulavit, ut auferretur, appellans eum in actis publicis virum periculosum doloque plenum, quippe qui patriota sui Ordinis zelosus atque sedulus esset [3].

1824 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Leonardus Blank Episcopiensis, laicus, sartor, aet. 80, prof. 49.

XXI.

1769 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Bernardinus Ehemann Obernburgensis, laicus, sutor, aet. 61, prof. 32.

1808 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Eusebius Huth Wirtheimensis, aet. 60, prof. 38, sac. 36, per 25 annos concionator urbicus ibidem (1785-ad mortem).

---

[1] BS dicit eum † 1727. — [2] F die 19 huius. — [3] Cf. Acta conv. Sinsheimensis in archivo publico civitatis Karlsruhe. Edidit: *Positiones theologicae de actibus humanis et gratia, sub praesidio* P. F. Ioannis Nepomuceni Grossmann...... *Stadtworbii defensae 1785,* Fuldae [1785] in-8°, pagg. 8.

XXII.

1803 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Basilianus Rachor Zellhusanus, aet. 70, prof. 43, sac. 41.

1808 obiit in conventu Fuldensi Fr. Martinus Weichlein Hambacensis, laicus, victor, aet. 44, prof. 16, cuilibet exemplar diligentiae indefessae [1].

XXIII.

1675 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Innocentius Ernst, clericus diaconus [2].

1751 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Rutgerus Reiperts, laicus, aet. 56, prof. 31 [3].

1809 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Beatus Weider Mosbacensis, laicus, hortulanus et coquus, aet. 64, prof. 44 [4].

1826 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Angelus Kalb Fuldensis, Lect. et Guard. em., ord. iubil., aet. 72, prof. 52, sac. 48, postquam philosophiam (1780-86) et theologiam (1786-90; 1794-95; 1798-?) exposuit atque guardianatum Dermbacensem (1795-98) et Mosbacensem (1805-06?) administravit [5].

XXIV.

1726 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Arnoldus de Roest, aet. 55, prof. 34, sac. 26, qui Guardianus (1713-14) et parochus (1719-22) Wetzlariensis, Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1716-17) et Hadamariensis (1717-19), necnon concionator urbicus Episcopii (1723-25) fuit.

1731 obiit in conventu Limburgensi V. P. Mauritius Wagner, aet. 65, prof. 45, sac. 39 [6].

1761 obiit in conventu Fuldensi V. P. Marianus Keidel Bremensis, aet. 64, prof. 39, sac. 37, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi (1726-28) et Episcopiensi (1728-29) atque praefectus Episcopii (1729-31) [7].

1824 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Valentinus Bott, tertiarius professus, aet. 43, prof. 20.

XXV.

1699 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Anselmus Otto Gerodanus, laicus, aet. 59, prof. 33.

---

[1] BF « Weiglein », elogium ex S. — [2] AC ad annum 1676 « Ioannes ». — [3] F « Reupers ». S falso dicit eum † 1735. — [4] Ita S et V; O et P, F, SN « Wieder ». — [5] Caetera vacant, deficientibus fontibus. Edidit Theses sequentes: 1) *Positiones selectae ex logica et physica generali praeside* P. Angelo Kalb, *defensae in conv. Salism. 1782*, Fuldae [1782] in-8° — 2) *Theses philosophicae praeside P.* Ang. Kalb, *defensae in conv. Salismonast. 1783*, Fuldae [1783] in-8°. — 3) *Theses philosophicae praeside* P. Angelo Kalb, *defensae in conv. Salism. 1785*, Fulda [1785] in-8°. Bibl, 76, 136, 153, 172. — [6] V die 12 huius. — [7] V die 29 huius; V et O et P « Reidel ».

1813 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Rogatianus Heussner Euerfeldensis, ord. et sac. iubil., aet. 87, prof. 62, sac. 60, quondam parochus Dermbacensis (1764-76) et Salismonasteriensis (1776-79) atque Guardianus Spalatinus (1791-94?)

1839 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Antonius Baier Hammelburgensis, aet. 58, prof. 39, sac. 35, per undecim annos Guardianus conventus Fuldensis (1828-ad mortem)[1].

XXVI.

1708 obiit in loco Marktseinsheim V. P. Vitus Liebler Episcopiensis, Vicarius conventus Schwarzenbergensis, sac. anno 29.

1760 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Aemilius Seris Miltenbergensis, aet. 30, prof. 11, sac. 6, theologiae Lector actualis (1756-ad mortem), antea magister scholarum in gymnasio Miltenbergensi (1753-55) et Lector philosophiae (1755-56)[2].

XXVII.

1752 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Wendelinus Harding, Guard. et concion. em., Definitor actualis, aet. 60, prof. 42, sac. 36, qui, postquam magister (1697-1701) et praefectus (1701-03) scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis atque concionator summae aedis Fuldensis (1705-17) fuit, ter officia guardianatus Fuldensis suscepit (1716-19; 1722-25; 1728-31). Praeterea Cels. D. Principi Abbati Fuldensi, Constantino de Buttlar, a confessionibus erat (1725-?) atque Custos (1725-28) et Definitor (1719-22; 1731 ad mortem) Provinciae electus est[3].

1808 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Philippus Keller, Miltenbergensis, Vicarius, aet. 63, prof. 41, sac. 39, curatus aulae D. Principis de Loewenstein in Kleinheubach (1787-ad mortem), antea concionator urbicus Miltenbergensis (1786-87).

1820 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Caecilius Hofmann Hardheimensis, aet. 70, prof. 49, sac. 46, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Episcopiensi (1777-85) et Mosbacensi 1788-92), necnon curatus stationum Sulzbach (1789-1803?) et Hardheim[4].

---

[1] BF die 24 huius. — [2] V die 17 Iunii 1758, (falso).

[3] Bibl, 70, 87, 89. Edidit: 1) Concionem funebrem: *Succisa arbor..... Das ist: vornehmste Tugenden in welchen Adalbertus..... Fürst-Abt zu Fuld..... sich eyffrigst und heilig übende die unverwelkte Himmellskrone..... erworben..... den 2. Dezember 1714 vor einem herrlichen Trauergerüst abgetragen von* F. Wendelino Harding, *Franziskaner, des Hohen Stiffts Ordinari Prediger,* Frankfurt a. M. [1714] in-fol. — 2) Concionem festivalem: *Septem gladii animam Virgineae matris in passione Unigeniti Sui pertranseuntes, Kurtzer Sermon bei Einführung der Bruderschaft zu den 7 Schmerzen Mariae in der hochlöblichen Probsteykirchen ad S. Michaelem 24. März 1710,* Frankfurt a. M. [1710] in-fol. — 3) *Carmen funerale: Betrübt mit Trost vermischte Gedanken über den.... Totts-Fall.... S. Excellenz Ioh. Ant. von Buttlar..... der..... Wittwe..... wehmütigst..... übergeben von.....* F. Wendelino Harding, *Franziskaner, den 26. Februarii 1731,* Fulda [1731] in-fol. — [4] Ita F, accuratiora desunt.

XXVIII.

1791 obiit in conventu Worbiano A. V. P. Aureus Raab Breitenbacensis, Lect. em., aet. 61, prof. 42, sac. 37, qui philosophiam (1755-59) et theologiam (1762-68) tradidit. Vir erat doctissimus, qui plures callebat linguas et in quavis litteratura versatus erat. A viro quodam docto librorum helluo vocatus est, quia dies noctesque libris omnibus, quos poterat consequi, legendis impalluit. Memoria quam felicissima praeditus, quidquid legerat, tenax complectebatur per totam vitam, ut sententiae a se lectae marginem etiam in vastis voluminibus certa scientia nosset [1].

XXIX.

1743 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Marianus Kloenspies Klosterthulbanus, aet. 44, prof. 19, sac. 16 [2].

1795 obiit in conventu Worbiano Fr. Leo Pfeiffer a Deuna, laicus, sartor, ord. iubil., aet. 92, prof. 60 [3].

1846 obiit in conventu Fuldensi Fr. Aloysius Plappert Fuldensis, tertiarius professus, aet. 21, prof. 2.

XXX.

1673 obiit in conventu Worbiano A. V. P. Andreas Cüenen, sac. anno 18, Guardianus actualis ibidem (1672-ad mortem), antea Guardianus Montaburi (1664-67) et Volkersbergae (1670-72) [4].

1675 obiit in conventu Worbiano V. P. Coelestinus Germershausen, sac. anno 2 [5].

1745 obiit in conventu Montaburano A. V. P. Bruno Bloër Tungrensis, Guard. em., aet. 71, prof. 49, sac. 46, qui parochiam Hachenburgensem administravit (1705-07), residentiam Sinsheimensem rexit (1717-19), Guardianus Attendornensis (1722-25), Hadamariensis (1726-29; 1737-40) et Montaburanus (1751-54) fuit ac Definitor Provinciae electus est (1734-37).

1753 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Ioannes Kalkhoffen Limburgensis, aet. 54, prof. 35, sac. 29, quondam socius P. Ioannis Thony, Agentis generalis nationis Germano-Belgicae (1725-29) [6].

1794 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Matthias Reichert Bürgstadtianus, aet. 58, prof. 39, sac. 34, qui, postquam magister (1762-67) et praefectus (1771-73) scholarum gymnasii Miltenbergensis necnon concionator urbicus Mosbacensis (1770-71) fuit, Guardianus Episcopiensis constitutus est (1782-85).

1846 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Simon Rösser a Fuchsstadt, laicus, victor, ord. iubil., aet. 78, prof. 52.

---

[1] SII ad annum 1791. — [2] S « Kluespies »; deest in V. — [3] F « Pfister ». — [4] Ita AC ad annum 1673; V « Coënen »; S « Cunen »; F « Cünen ». — [5] Ita BW et AC ad annum 1673 et 75; S, E, V: « Germersheim ». — [6] Cf. p. 122 l. 25sqq.

IULIUS.

I.

1716 obiit in conventu Fuldensi Fr. Petrus Petri, laicus.

1724 obiit in conventu Fuldensi V. P. Erasmus Wild, sac. anno 4 [1].

1786 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Floribertus Beck Hammelburgensis, Lect. et Guard. em., Definitor actualis, aet. 54, prof. 32, sac. 28, qui, cum philosophiam (1759-63) et theologiam (1763-70) exposuisset, Guardianus Salismonasteriensis (1770-73), Hammelburgensis (1776-79) et Dermbacensis (1782-85), necnon Secretarius (1773-76) et Definitor Provinciae (1779-82; 1785-ad mortem) factus est.

1808 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Bonifatius Mann a Frankenbrunn, aet. 50, prof. 31, sac. 26, primum magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1783-86) et Schwarzenbergensi (1786-88), postea praefectus gymnasii Hammelburgensis (1791-92), denique Guardianus Worbii (1800-03) et Lector theologiae (1803-ad mortem).

II.

1718 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Wilhelmus Wilhelmi, sac. anno 8, quondam in gymnasio Hammelburgensi scholarum magister (1711-13).

1737 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Constantinus Janco, laicus aet. 56, prof. 16 [2].

1794 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Michael Faulhaber Königheimensis, aet. 60, prof. 38, sac. 33.

III.

1709 obiit in conventu Limburgensi Fr. Angelus Frens a Bergen op Zoom, laicus, aet. 72, prof. 45 [3].

1709 obiit conventu Montaburano Fr. Martinus van Cöllen, laicus.

1715 obiit in conventu Wetzlariensi A. V. P. Cherubinus Opfermann, Guard. duodenn. et act., sac. anno 52, qui magister (1686-87) et praefectus (1687-89) scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis ac Praeses residentiae Maria-Schönfeld (1695-97) fuit, officia guardianatus Miltenbergensis (1697-98), Montaburani (1702-04), Schillingsfürstensis (1704-05; 1711-13), Limburgensis (1707-10) et Wetzlariensis (1714-ad mortem) obivit, atque Custos Provinciae renuntiatus est (1710-13).

1747 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Theodoricus Klippel Medenbacensis, aet. 66, prof. 43, sac. 40.

1802 obiit in conventu Worbiano V. P. Balduinus Mayer Hagiopolitanus, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 83, prof. 63, sac. 59, qui missioni Erlacensi praefuit (1758-62), necnon guardianatum Miltenbergensem (1762-65) et Worbianum

---

[1] Deest in V. — [2] Deest in S; F « Jango ». — [3] V « Frans »; AC ad annum 1710 « Rens ».

(1764-66) administravit. Hic antequam Provinciae nostrae incorporatus est, in familia Observantium vixerat[1].

1811 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Probus Wigand Salismonasteriensis, laicus, victor, aet. 64, prof. 34[2].

IV.

Vacat.

V.

1793 obiit in conventu Worbiano V. P. Maurus Reichert Bürgstadtianus, aet. 47, prof. 22, sac. 20, quondam scholarum magister Miltenbergae (1777-80) et Salismonasterii (1780-82).

1826 obiit in loco Hilders prope Fuldam V. P. Coelestinus Kirst Hildersensis, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. iubil., parochus actualis ibidem, aet. 71, prof. 50, sac. 47. Postquam philosophiam (1788-91; 1798-1800) et theologiam (1791-98) docuit ac partes Secretarii Provinciae explevit (1798-1800), factus est missionarius in Haltenbergstetten (1800-06) et ultimus Guardianus Schillingsfürstensis (1806-?). Conventu hoc saecularizatione sublato (1822), parochiam vici natalis suscepit[3].

VI.

1729 obiit in missione Büchold Fr. Henricus Wiesenmüller, laicus, aet. 66, prof. 42.

1799 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Calixtus Streun Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 61, sac. 58, vir patiens et exemplaris, assidui erga Virginem Matrem cultus devotione semper solitus praefulgere[4], quondam Guardianus Episcopiensis (1755-56) et Fuldensis (1763-64).

1803 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Quirinus Hoffmann a Vilchband, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 58, sac. 56, vir charitate praecipue erga infirmos plenus[5], qui missioni Haltenbergstetten praefuit (1764-74), necnon guardianatum Salismonasteriensem (1780-81) et Schwarzenbergensem (1783-86) administravit.

1813 obiit in conventu Fuldensi V. P. Romanus Dörflinger Brückenaviensis, aet. 53, prof. 33, sac. 29, primum magister scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis (1785-89; 1791-97), deinde concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1798-ad mortem), denique curatus militum (1797-ad mortem), quibus typho grassante Sacramenta administrans victima charitatis occubuit. Vir erat et virtute et doctrina et labore et animarum zelo aeque celebris[6].

VII.

1664 obiit in conventu Montaburano A. V. P. Iodocus Conradi. Hic vir de restauratione Provinciae Thuringiae meritissimus, anno 1655, mandante Commis-

[1] SN ad annum 1802. — [2] SN falso 61-44. — [3] S die 2 Augusti. — [4] SH ad annum 1799. — [5] SN ad annum 1803. — [6] Bihl, 154, 160, 214.

sario Generali, cum aliquot Fratribus conventum Gelnhusanum denuo recuperavit. Non obstante quod magistratus Lutheranus protestaretur, Franciscanos eorumque paucos amicos a civium communione excluderet ac vectigalibus supra modum oneraret, in proposito suo perstitit, quo factum est, ut anno 1637, Provincia formaliter erecta, primus Guardianus Gelnhusii renuntiari posset [1] (1637-40; postea 1641-43). Praeterea conventui Hersfeldensi recuperando insudavit (1640-41) et residentiae Krottorfensi (1646-49), Hachenburgensi (1657-59) et Volkersbergensi (1659-60) praefuit. Prope civitatem Göttingen eum aliquando (circa 1640) milites Sueci ceperunt, gelida hieme seminudum per triduum circumduxerunt, et cum ioci barbari eos demum pigeret, vivum igni torrere decreverunt. Ignoto tamen modo eorum manibus ereptus est, quin reliquo vitae tempore valetudinem frigoribus illis fractam plene recuperaret [2].

1730 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Guido Jung, aet. 50, prof. 28, sac. 25, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscanis Attendornae (1708-10) et Episcopii (1710-11) erectis, necnon curatus in Weilburg (1713-14) et concionator urbicus Episcopiensis (1714-16).

1779 obiit in conventu Spalatino V. P. Caietanus Schreck Distelhusanus, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 91, prof. 70, sac. 67 [3].

VIII.

1794 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Albinus Hauck Episcopiensis, ordinis iubil., vir cui volupe fuit in cella delitescere [4], aet. 72, prof. 51, sac. 48, aliquando socius P. Dorothei Eppt, Agentis generalis [5] (1765-68), et missionarius in Windheim (1771-73) [6].

1813 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Henricus Schmelz a Spahl, Vicarius, aet. 69, prof. 44, sac. 39.

IX.

1708 obiit in conventu Worbiano Fr. Andreas Huysmans Traiectensis, laicus, aet. 54, prof. 28 [7].

1712 obiit in loco Herdringen prope Arnsberg Fr. Ioannes Arts, laicus, prof. anno 44 [8].

1718 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Ioannes Groven, laicus, ord. iubil., aet. 70, prof. 52.

1772 obiit in missione Marktbreit Fr. Franciscus Böhm a Lorenzen [9], laicus, coquus, aet. 67, prof. 41.

---

[1] O et S ad annum 1635. — [2] Hueber, 865; deest in S. — [3] Erat scriba artifex, qui multa volumina liturgica pro choro diversorum conventuum confecit. Adservatur adhuc eiusdem in bibliotheca conv. Volkersbergensis *Antiphonale Romano-Seraphicum* in-fol., necnon in bibliotheca conv. Salismonasteriensis *Antiphonale* eiusdem generis, 2 voll. in-folio maiore; *Kyriale* 1 vol. in-fol. maiori et *Hymnale* 1 vol. in-fol. maiore. Conscripti sunt hi 4 Codices annis 1751 et 1752. — [4] SH ad annum 1794. — [5] Cf. p. 93 l. 11 sqq. — [6] Ita V et Misc. S; F die 11 huius; S die 7 huius. — [7] Ita S; V, F, BW « Heusmans ». — [8] F et AC « Artz »; V « Arth ». — [9] Brendlorenzen?

1779 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Thomas Campensis a Gerolzhofen, ord. iubil., aet. 69, prof. 50, sac. 46, quondam concionator urbicus Miltenbergae (1747-50).

1807 obiit in conventu Worbiano Fr. Iuniperus Fromm Küllstedtensis, laicus, textor, aet. 75, prof. 45.

X.

1704 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Hubertus Jacobs, laicus, pictor, aet. 55, prof. 33, qui priusquam Creta insula a Turcis expugnaretur (1669), miles praesidialis ibidem fuerat [1].

1754 obiit in conventu Montaburano V. P. Eucharius Nick Obermedenbacensis, aet. 56, prof. 33, sac. 29.

1771 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Willibaldus Volnhals a Winzenhof, ord. et sac. iub., senior Provinciae, aet. 86, prof. 68, sac. 61, quondam Praeses residentiae Spalatinae (1729-31) [2].

1775 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Romanus Fuchs Limburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 58, sac. 53.

1776 obiit in conventu Spalatino V. P. Delphinus Steiner ex Neoburgensibus [3], Vicarius, aet. 49, prof. 30, sac. 24.

XI.

1699 obiit in residentia Friesenhagensi A. V. P. Bonaventura Mörkens Traiectensis, Guard. duodenn. et Vicarius actualis, sac. anno 36, qui antea magistrum scholarum gymnasii Attendornensis (1665-67), necnon missionarium in Ockstadt (1667-69) et Hohensolms (1669-70) egerat, parochiam (1681-83) et guardianatum (1583-86) Wetzlariensem atque guardianatum Schillingsfürstensem (1687-89) administraverat ac residentiis Maria-Schönfeld (1679-81; 1690-93) et Friesenhagen (1695-97) praefuerat [4].

1876 obiit in civitate Amoeneburg V. P. Bonifatius Diebel Fuldensis, sacellanus urbicus ibidem (circa 1870) aet. 73, prof. 49, sac. 46, antea missionarius in Langenschwarz (1855-66?).

XII.

1670 obiit in conventu Dettelbacensi A. V. P. Wernerus Landauw Fuldensis (?), sac. anno 19, Praeses actualis residentiae in Monte S. Crucis exstructae prope Episcopium ad Rhönam (1669-ad mortem), antea magister scholarum in gymnasio Franciscali Attendornensi (1653-55), necnon Praeses Friesenhagensis (1660-63) et Guardianus Episcopiensis (1667-69).

1742 obiit in conventu Limburgensi Fr. Trudo Schürmans, laicus, ord. iubil., aet. 81, prof. 58, per 30 annos sartor charitativus atque sedulus Limburgi [5].

[1] Ita AP ad annum 1704, quae eum cum F « Iacobi » vocant. — [2] F falso die 10 Martii. — [3] Supra p. 57 l. 19 sqq. — [4] Huius parentes conventui Limburgensi 1000 fl. donaverunt, partim pro ornamento altaris; L. — [5] Ita S.

1806 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Severinus Rath Arnsteinensis, perfectus organoeda [1], aet. 69, prof. 45, sac. 45.

1806 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Emmanuel Klöpfer Altmannshusanus, aet. 67, prof. 45, sac. 43.

XIII.

1689 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Paulus Meys, laicus [2].

1703 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Remigius Vriendts, aet. 69, prof. 48, sac. 45 [3].

1704 obiit in Zella prope Dingelstedt in monasterio monialium S. Benedicti A. V. P. Aegidius Ullmicher Hammelburgensis, aet. 48, prof. 30, sac. 24, Guardianus actualis conventus Worbiani (1702-ad mortem), antea magister (1681-85) et praefectus (1685-89) scholarum gymnasii Limburgensis, concionator summae aedis Fuldensis (1689-92) et Guardianus Episcopiensis (1692-95). Decessit ibidem haemorrhagia [4] post sacrificium missae devote peractum, omnibusque sacramentis a comite itineris perceptis [5].

1780 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Amandus Mohr Geldersheimensis, clericus, aet. 19, prof. 1.

XIV.

1702 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Petrus van Herck, Guard. duodenn., ord. iubil., senior Provinciae, aet. 76, prof. 51, sac. 46, qui magister scholarum in gymnasio Franciscano Attendornensi (1656-57) et novitiorum instructor fuit (1657-59), residentiae Maria-Schönfeld praeerat (1681-86; 1687-90), necnon et residentiae in Monte S. Crucis prope Episcopium ad Rhönam (1673-74), ubi etiam primus guardianatum administravit (1674-76). Praeterea officium guardianatus Hammelburgensis (1667-69), Hadamariensis (1669-70) et Worbiani (1677-80) obivit, fuitque parochus Scheinfeldensis (1681-87?) ac Definitor Provinciae (1680-83). Vir erat religiosissimus, ubique et in omni conversatione verba salutis proferens, verbositatem exosus, et in charitate quosvis aliorum defectus perferens [6].

1798 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Alipius Reidel Episcopiensis, aet. 62, prof. 41, sac. 37.

1810 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Capistranus Walter Obereschenbacensis, egregius organoeda [7], aet. 53, prof. 33, sac. 28.

XV.

1715 obiit in conventu Limburgensi Fr. Wilhelmus a Parisiis, laicus.

1726 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Robertus van Heer, Lect. em., sac. anno 54, quondam Lector philosophiae (1695-98) et theologiae (1698-1702; 1708-10).

---

[1] SN ad annum 1806. — [2] F « Mais »; S falso eum obiissse dicit 1683. — [3] Ita F; S vero « Friendts »; V « Freund »; AP ad annum 1703 « Vreundts ». — [4] AP ad a. 1704. — [5] BW. — [6] AP ad annum 1702. — [7] SN ad annum 1810.

1753 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Paulillus Fischer Eckweisbacensis, laicus, sutor, aet. 63, prof. 38 [1].

1818 obiit in loco Dielheim prope Sinsheim A. V. P. Othmarus Schneider Orbensis, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 58, sac. 54, qui, postquam scholarum magister in gymnasiis Schillingsfürstensi (1768-70), Miltenbergensi (1771-73) et Hammelburgensi (1770-71; 1773-74) atque Lector philosophiae (1774-77; 1786-88) et theologiae (1777-85; 1788-91; 1794-97; 1800-03?) fuit, Guardianus conventus Worbiani (1791-93; 1797-1800) et Sinsheimensis (1803-06), bisque Definitor Provinciae (1794-97; 1800-03) factus est.

XVI.

1672 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Laurentius Lints, clericus diaconus.

1701 obiit in conventu Montaburano Fr. Rainerius Hoebans, laicus, aet. 70, prof. 37 [2].

1758 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Carolus Schaeffner Episcopiensis, aet. 30, prof. 10, sac. 7, theologiae Lector actualis (1757-ad mortem), antea scholarum magister Hammelburgi (1752-54) et Lector philosophiae (1754-57).

1760 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Gerlacus Rennert Miltenbergensis, aet. 31, prof. 11, sac. 7, quondam scholarum magister in gymnasio Miltenbergensi (1755-58).

1795 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Iacobus de Marchia Keller Miltenbergensis, Vicarius actualis, aet. 61, prof. 40, sac. 36, olim Guardianus Sinsheimensis (1788-91), et stationarius in Neidenstein, Lohrbach, Düren et Hoffenheim (1788-95 ?).

1797 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Wilhelmus Wilhelmi Obereschenbacensis, laicus, hortulanus, aet. 49, prof. 23, vir per totam paene vitam doloribus cruciatus, in fine vitae caecus factus est et claudus [3].

1808 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Sebastianus Foesser laicus, victor, aet. 33, prof. 11 [4].

1823 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Franciscus Solanus Elbert Bürgstadtianus, ordinis iubil., aet. 73, prof. 50, sac. 48, ultimo curatus aulicus apud D. Principem de Loewenstein in Kleinheubach (1807-ad mortem); iam pridem Guardianus Episcopiensis (1800-03?), Miltenbergensis (1804-07) et commissarius pannificii (1807-?).

XVII.

1707 obiit in conventu Hachenburgensi V. P. Matthias Ververs, sac. anno 38, Vicarius et parochus actualis (1707-ad mortem) ibidem, qui antea partes Guardiani conventus Worbiani (1681-84), Hadamariensis (1689-92), Mosbacensis (1695-98) et Mariaevallensis ad Siegam (1700-01) expleverat.

---

[1] Deest in V. — [2] Ita AC ad annum 1701; F die 17 huius « Hubans »; S « Höbanck »; V « Hoebaum »; AP « Höbancks ». — [3] SH ad annum 1797. — [4] S « Feeser ».

1739 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Lambertus Hannon Tungrensis, ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 54, sac. 50, olim Guardianus Montaburanus (1710-13) et Hadamariensis (1722-25) [1].

1764 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Agatho Schaupp Hammelburgensis, aet. 26, prof. 6, sac. 1, Lector philosophiae actualis [2].

1787 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Polycarpus Elbert Wörthensis, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 58, sac. 55, curatus aulicus D. Principis de Loewenstein in Kleinheubach (1777-ad mortem), antea scholarum magister in gymnasio Franciscali Hammelburgensi (1734-35), Lector philosophiae (1735-40) et missionarius in Wilhermsdorf apud D. Comitem de Styrum (1746-50). P. Polycarpus amorem omnium suis virtutibus sibi conciliavit. Eluxit in eo inprimis affabilis quaedam laetitia, qua moestos et prostratos erexit, permultos ad rectum tramitem perduxit, ac salubri suo consilio neminem defecit. Ut primum optimus senex in platea visus est, illico eum parvulorum cohors sequebatur, quibus peramicas instillabat paraeneses [3].

XVIII.

1664 obiit in conventu Attendornensi A. V. P. Iohannes Sylvius, ord. et sac. iubil., senior Provinciae. Cum anno 1632 Iesuitae, Suecis supervenientibus, ditionem Nassovio-Hadamariensem relinquerent, Ioannes Ludovicus, Comes de Nassau-Hadamar, Franciscanos vocavit, ut opus conversionis acatholicorum continuarent. Advenit igitur P. Iohannes Sylvius, Limburgo missus, statimque gubernacula rerum ecclesiasticarum huius ditionis, praecipue urbis Hadamar ad interim suscepit. Comes quoque munus sacellani aulici et confessarii sui ipsi demandavit. Ut labores suscepti praemio non carerent, licentiam acccepit in monte S. Aegidii prope Hadamar construendi residentiam sui Ordinis, quae mox Guardianatus titulo decorata est [4]. Ipse P. Iohannes primus tam residentiae (1637-40) quam conventui (1640-45) praefuit, eratque praeterea Chronista (1640-41) et Definitor Provinciae (1639-43; 1646-49).

1719 obiit in conventu Spalatino V. P. Simon Bourg, sac. anno 21.

1857 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Coelestinus Burchard Zirkenbacensis, laicus, aet. 50, prof. 2.

XIX.

1725 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Georgius Keltz, sac. anno 28, Guard. actualis ibidem (1720-ad mortem), antea concionator summae aedis Fuldensis (1705-07), Praeses residentiae Schwarzenbergensis (1713-14) atque Guardianus Attendornensis (1711-13) et Montaburanus (1716-19).

1769 obiit in conventu Spalatino V. P. Nereus Schlemmer Montaburanus, aet. 62, prof. 41, sac. 37.

1802 obiit in conventu Worbiano V. P. Aemilius Diederich a Rhumspringe, aet. 62, prof. 40, sac. 24 [5], verus S. P. Francisci filius [6].

1809 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Facundus Fürst Bürgstadtianus, aet. 52, prof. 32, sac. 26.

---

[1] Ita F et Misc. II; deest in V; S « Hamon ». — [2] Ita Necrologia; in tabulis non invenitur. — [3] SH ad annum 1787. — [4] Lemmens, *Werdezeit*, 30 sq.; Bihl, 25. — [5] Sic. — [6] SN ad annum 1802; V die 19 Aug.

XX.

1703 obiit in conventu Fuldensi Fr. Casparus Bott, laicus, aet. 43, prof. 23. In Danubio navi ad scopulos illisa et disrupta, votum fecit ipse ingrediendi Ordinem Fratrum Minorum. Promissa exsolvens, laicorum amplexus est statum, quamquam gymnasium absolverat [1].

1790 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Chrysogonus Emmert Hammelburgensis, clericus diaconus, aet. 24, prof. 4.

1810 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Florianus Hesselbach a Iohannesberg prope Fuldam, laicus, sartor, aet. 49, prof. 19.

1890 obiit in Wörishofen A. V. P. Theophilus Erb a Grossentaft, aet. 45, prof. 27, sac. 21, Praeses actualis residentiae Ottbergensis (1888-90).

1896 obiit in conventu Nazareth in Terra Sancta A. V. P. Iacobus Kalzynski, missionarius apostolicus, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 56, sac. 54, qui e Provincia Immacul. Conceptionis Poloniae ad nos transierat (1867), ubi munus Secretarii provincialis administravit (1870-72). Tempore suppressionis Ordinum religiosorum in Borussia Terram Sanctam petiit, ubi ad mortem usque permansit.

XXI.

1705 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Adam Brem, laicus [2].

1711 obiit in abbatia PP. Cisterciensium in Bronnbach prope Wertheim V. P. Blasius Zwenger Fuldensis, aet. 26, prof. 7, sac. 3, qui e fenestra tabulati superioris cadens, misere mortuus est [3].

1751 obiit in loco Gebsattel V. P. Severinus Peters, aet. 55, prof. 34, sac. 30, quondam Guardianus Attendornensis (1719-22) [4].

1784 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Mansuetus Leo Königheimensis, Lect. iubil., Guard. em., ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 80, prof. 62, sac. 56, qui philosophiam (1728-31) et theologiam (1731-40; 1749-55) exposuit, partes Guardiani Wetzlariensis (1740-43) et Miltenbergensis (1746-49) explevit, missioni in Kupferzell praefuit (1755-62) ac Chronista (1743-55) et Definitor (1743-46; 1762-64) Provinciae electus est.

XXII.

1732 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Casparus Jordan, aet. 60, prof. 37, sac. 33, olim concionator summae aedis Fuldensis (1710-13).

1792 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Mauritius Vullie Hammelburgensis, aet. 67, prof. 48, sac. 44, postquam magistrum scholarum gymnasii Franciscani Attendornensis (1749-52) et missionarium in Erlach (1762-85) egit.

---

[1] AP ad annum 1703. — [2] S etiam die 1 huius. — [3] CE ad annum 1711. — [4] Fratres ibidem sacello aulico apud D. Baronem de Gebsattel providisse videntur. Recommendatur in BV 2 Aug. 1711 Eva Salomea Baronissa de Gebsattel, nata de Thüngen, ob pelviculam argenteam aliaque fratribus tradita, itemque 22 Oct. eiusdem anni ob 100 florenos donatos.

XXIII.

1718 obiit in conventu Worbiano A. V. P. Gregorius Zwinckmann Leinefeldensis, Definitor actualis et Guard. duodenn., aet. 59, prof. 37, sac. 34, Guardianus Wetzlariensis (1702-04), Limburgensis (1704-05; 1713-14) et Hammelburgensis (1708-10; 1714-16), sacellanus campestris [1], Secretarius (1707-08) ac Definitor Provinciae (1710-13; 1716 - ad mortem) [2].

1824 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Floribertus Weismüller Fuldensis, laicus, coquus, aet. 69, prof. 45.

XXIV.

1744 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Marianus Renner Horaviensis, laicus, aet. 56, prof. 17 [3].

1750 obiit in conventu Spalatino V. P. Eulogius Seitz Kipfenbergensis, aet. 38, prof. 18, sac. 14, olim scholarum magister in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1738-40) [4].

1755 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Victorinus Brandorff Bergreinfeldensis, laicus, hortulanus, aet. 77, prof. 46.

1908 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Venantius Eder Marbornensis, Ex-Custos, ord. iubil., senior Provinciae, aet. 73, prof. 51, sac. 49, qui residentiae Mohawk Hill in America Septentrionali (1884-87) et Gorheim prope Sigmaringen praefuit (1890-93), munus Discreti Custodialis obivit (1884-87; 1890-91; 1893-94) ac Secretarius (1893-1906), Definitor (1894-97; 1897-1901 1903-06) et Custos Provinciae (1902-03) factus est. Fuit religiosus exemplaris.

XXV.

1762 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Cyrillus Fell Wollbacensis, aet. 68, prof. 46, sac. 42 [5].

1773 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Adrianus Stumpf Sulzfeldensis, aet. 63, prof. 43, sac. 39, quondam magister scholarum gymnasii Franciscani Attendornensis (1735-38).

XXVI.

1746 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Crescentius Braun Montaburanus, aet. 32, prof. 12, sac. 9.

1824 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Henricus Schureck Obernburgensis, laicus, aet. 66, prof. 33 [6].

---

[1] Ita BW, sed in tabulis non invenitur. — [2] S « Zwückmann ». — [3] Deest in V; AC ad annum 1744 « Rhöner ». — [4] V falso dicit cum † 1715. — [5] V falso dicit cum † 1772. — [6] V « Schurck »; M « Schmech » forse idem est ac Fr. Meinradus Schureck; cf. die 15 Maii; supra p. 130 l. 11-12.

XXVII.

1714 obiit in conventu Worbiano Fr. Christianus van Hasselt, laicus, ord. iubil., prof. anno 51 [1].

1715 obiit in conventu Attendornensi Fr. Arnoldus Heusdens, laicus [2].

1749 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Maternus Peters Tungrensis, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 54, sac. 51, quondam Guardianus (1717-19) et parochus (1708-19?) Hachenburgensis, necnon Guardianus Hadamariae (1719-20) [3].

1752 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Casimirus Castritius Hammelburgensis, aet. 61, prof. 35, sac. 33 [4].

1757 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Rhabanus Koob Hendungensis, aet. 41, prof. 22, sac. 19, qui scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1740-45) et Montaburano (1746-47), necnon praefectus ibidem (Ham. 1745-46; Mont. 1747-49) ac Miltenbergae (1749-50) fuit, atque concionatorem urbicum Miltenbergensem egit (1750-52).

1765 obiit in conventu Fuldensi V. P. Gelasius Reinhard Grünsfeldensis, aet. 47, prof. 25, sac. 20, director pannificii actualis (1764- ad mortem), antea Guardianus Hammelburgensis (1759-62) et Fuldensis (1762-65) et tempore belli septem annorum dicti curatus militum aegrotantium in hospitali Fuldensi iacentium [5].

XXVIII.

1702 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Maximilianus Windolff Eichsfeldensis, aet. 58, prof. 32, sac. 29, olim scholarum magister in nostro gymnasio Hammelburgensi (1676-80); antea in saeculo epheborum aulae Wirceburgensis praeceptor [6].

1721 obiit in conventu Limburgensi Fr. Probus Franck, laicus.

1796 obiit in conventu Spalatino V. P. Fortunatus Blatterspiel Fuldensis, aet. 45, prof. 25, sac. 21, quondam parochus Dermbacensis (1786-94).

XXIX.

1756 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Engelhardus Molitor, Lect. em. et Definitor actualis, aet. 48, prof. 30, sac. 24, primum magister (1715-16) et praefectus (1716-17) scholarum gymnasii Franciscani Episcopiensis, deinde Lector philosophiae (1717-22) et theologiae (1722-34), necnon concionator summae aedis Fuldensis (1725- ad mortem) et confessarius D. Adolphi a Dalberg, Principis Abbatis ibidem regnantis [7], denique Definitor Provinciae (1734- ad mortem) [8].

[1] F « van Hassel »; S « von Kassel ». — [2] F die 22 huius. — [3] F die 25 Augusti; V dicit eum † 1750. — [4] F die 22 huius. — [5] Bihl; 159; F die 28 Iunii. — [6] AP ad annum 1702. — [7] Ita BF; tempus huius facti accuratius definiri non potest. — [8] Bihl, 89, 149, 150, 158. Hic edidit concionem funebrem: *Memoria iusti cum laudibus.... welches in einer Lob- Ehr- und Leich-Predig über den gerechten und tugendreichen Lebens-Wandel dess Hochwürdigsten Herrn Constantini* [*von Buttlar*]*.... Fürst-Abbten.... zu Fuld.... Bey seiner hochfürstlichen solennen Leich-Begängnuss in der hohen Stiffts-Kirchen.... zu Fuld den 13 May* [*1726*] *vorgestellet von* F. Engelhardo Molitor, *O. S. F. Prov. Thur.*, Fulda [1726] in-fol. — Iuxta catalogum bibliothecae conv. Fuldensis, anno 1718 conscriptum, etiam edidit concionem festivalem: *Predig am Frohnleichnamstag vom Hochwürdigsten Sacrament,* quae tamen periisse videtur.

1795 obiit in conventu Fuldensi V. P. Stephanus Foesser ab Oberuffhausen, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 54, sac. 52.

1810 obiit in conventu Fuldensi V. P. Florianus Roeder Salismonasteriensis, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 64, sac. 60.

XXX.

1690 obiit in conventu Limburgensi A. R. P. Bernardinus Antinus, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., sac. anno 38, qui primum philosophiam (1653-57) et theologiam (1657-60) docuit, deinde Guardianus Attendornensis (1660-62) electus est, denique a die 19 Iunii 1663 usque ad diem 9 Maii 1666 gubernacula Provinciae tractavit.

1711 obiit in conventu Fuldensi Fr. Henricus van Rommeln, laicus[1].

1721 obiit in conventu Attendornensi V. P. Henricus Schatzen, sac. anno 40[2].

1727 obiit in residentia Sinsheimensi A. V. P. Christianus Zeis, Praeses actualis (1726- ad mort.), aet. 52, prof. 33, sac. 28, antea magister scholarum in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1701-04) et Hammelburgensi (1704-07), Guardianus Schillingsfürstensis (1719-22) atque Praeses Schwarzenbergensis (1714-17) et Spalatinus (1723-26).

1769 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Willibertus Gutgesell Deidensis, laicus, sartor, aet. 45, prof. 16.

1783 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Conradus Hahn a Zitters, laicus, sutor, aet. 46, prof. 16.

1788 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Maternus Ziegler Sesshofanus, laicus, victor, ord. iubil., aet. 75, prof. 50.

XXXI.

1721 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Marianus Schneider, sac. anno 20, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscano Limburgensi (1707-08) et Attendornensi (1701-04), ubi etiam praefecti munus obivit (1704-05).

1748 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Chrysostomus Meyer Randersackeranus, aet. 65, prof. 40, sac. 38.

1780 obiit in conventu Fuldensi V. P. Nicolaus Otto Erfordiensis, aet. 72, prof. 49, sac. 47.

1807 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Theodorus Wahler Machtilshusanus, aet. 61, prof. 38, sac. 36, olim magister scholarum in gymnasiis Franciscanis Hammelburgensi (1774-83), Haltenbergstettensi (1786-97?) et Schillingsfürstensi (1797-?).

Mense Iulio sine assignatione diei defuncti sunt:

1728[3] obiit in mari a Terra Sancta redux A. V. P. Michael Glorius, Lect. em. et Guard. duodenn., sac. anno 26, qui postquam philosophiam (1702-07) et theo-

---

[1] F « Rumael »; BF « Rommail »; S « Rommetz ». — [2] AC ad annum 1781 « Schatzgen »; S « Schätzen ». — [3] V die 4 huius; F die 29 huius; S die 31 huius.

logiam (1707-14; 1716-17) interpretatus est, ac Guardianus Worbianus (1714-16; 1722-25) et Mosbacensis (1717-20), necnon Secretarius Provinciae (1720-22) fuit, Terram Sanctam petiit, unde redux in navi prope Candiam mortem oppetiit. Speciali favore praefecti navis corpus eius non aquis traditum, sed ad montem desertum prope Candiam deportatum, ibique sepultum est [1].

1784 obiit in Albania, casu aquis submersus, V. P. Ferdinandus Schmalen Attendornensis, aet. 44, prof. 27, sac. 21, per 7 annos missionarius Catholicorum inter Mahumetanos ibidem exsistentium (1777-84), antea hospes Terrae Sanctae (1771?-77) [2].

AUGUSTUS.

I.

1672 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Eustachius Remmetius, Guard. duodenn., sac. anno 30, sacellanus aulicus D. Principis de Nassau-Hadamar ac confessarius D. Principissae (1650?-ad mortem), antea Guardianus Attendornensis (1649-50), quater Guardianus Hadamariensis (1650-53; 1657-59; 1661-63; 1666-69) ac Definitor Provinciae (1655-58).

1677 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Benedictus Neusatz, clericus diaconus [3].

1698 obiit in conventu Worbiano V. P. Thomas Schwab, sac. anno 13.

1709 obiit in residentia Spalatina Fr. Benedictus Jacob Geisanus, laicus sutor et coquus, aet. 39, prof. 16, primus ibidem mortuus, cuius corpus a quatuor membris magistratus civilis ad sepulchrum delatum et a clero saeculari solemniter terrae mandatum est [4].

1731 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Gerardus van den Kemm, laicus plane exemplaris vitae [5], aet. 63, prof. 41 [6].

1799 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Willigis Holzwarth Miltenbergensis, ord. iubil., aet. 73, prof. 54, sac. 49, per 20 annos stationarius in Kirchardt prope Sinsheim [7].

1823 obiit in conventu Fuldensi Fr. Andreas Lechner a Stettbach, laicus, scrinarius et hortulanus, aet. 68, prof. 58 [8].

II.

1686 obiit in conventu Limburgensi Fr. Franciscus Gierinx, laicus [9].

1688 obiit in conventu Fuldensi Fr. Theodorus Ververs, laicus [10].

---

[1] Ita CE ad annum 1728. Videtur oriundus ex Worbis. Circa 1700 enim in BW (1 Iunii) recommendatur quidam Christianus Glorius ex Worbis, benefactor. — [2] Deest in S, F, V; invenitur tamen in Misc. S. et AC ad annum 1785. Assignando diei obitus eius subest tantum nota in Misc. S: « legi missam [pro eo] 17 Iulii ». Iuxta catalogum anni 1718 (appendix recentior), in bibliotheca conventus Fuldensis Manuscriptum aderat, quod ita designatur: *Theologia per Ferdinandum Smalle,* in-8°; quam tamen ex dictatis sui lectoris conscripsisse videtur. — [3] S « Heusatz ». — [4] *Sulzb. Kal.,* 1884, 90. — [5] CE ad annum 1731. — [6] Ita traditur eius nomen a V, AC ad annum 1732 et CE l. c.; F et S « Klemm ». S falso dicit eum mortuum 1738. — [7] Ita SH; tabulatus tandem invenitur ab anno 1786. — [8] S et V falso dicunt eum obiisse 1826. — [9] V « Girinx »; AC ad annum 1684 « Dirinx ». — [10] Ita AC ad annum 1689, F et BF et V; S « Verne »; V « Ver. ».

1785 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Valentinus Peter a Fuchsstadt, tertiarius professus, aet. 62 [1].

III.

1685 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Cornelius Pontis, laicus [2].

IV.

1689 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Balthassar Breun Hammelburgensis, Guard. duodenn., necnon Guard. Volkersbergensis actualis, aet. 46, prof. 25, sac. 23, qui concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1681-83), guardianatum Worbianum (1674-76), Volkersbergensem (1676-77; 1689-ad mortem), Miltenbergensem (1679-81) et Episcopiensem (1683-86) administravit, atque Definitor Provinciae fuit (1686-89) [3].

1745 obiit in missione Büchold V. P. Adiutus Köllner Hammelburgensis, aet. 59, prof. 43, sac. 36, per 20 annos Superior eiusdem missionis (1725-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Miltenbergensis et concionator urbicus ibidem (1708-10).

1757 obiit in conventu Limburgensi V. P. Benedictus Plevous Trudonensis, ord. et sac. iubil., aet. 94, prof. 72, sac. 67, quondam Guardianus Mosbacensis (1707-10) et Hachenburgensis (1719-22), necnon Praeses residentiae Sinsheim (1716-17) [4].

1877 obiit in vico Horas prope Fuldam Fr. Robertus Schreiner Horaviensis, laicus, aet. 63, prof. 34.

V.

1672 obiit in conventu Attendornensi V. P. Wilhelmus Ernens, sac. anno 30, olim Guardianus Fuldensis (1644-46) [5].

1727 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Bernardus Brehler, Guard. duodenn., ord. iubil., gnarus botanicus et medicus [6], aet. 72, prof. 50, sac. 44, qui, postquam magister (1686-89) et praefectus (1669-90) scholarum gymnasii Hammelburgensis atque concionator summae aedis Fuldensis (1702-04) fuit, guardianatum Hachenburgensem (1711-14; 1716-17) et Salismonasteriensem (1717-19; 1725-26) ac praesidium residentiae Sinsheimensis (1720-22) administrandum suscepit, factusque est curatus de Aufenau (1726-27), Secretarius (1719-20) et Definitor (1722-25) Provinciae.

1733 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Placidus Rang, aet. 69, prof. 45, sac. 41, quondam Praeses residentiae Schwarzenberg (1711-13), Guardianus Hammelburgensis (1713-14) et Superior missionis in Büchold (1716-17).

---

[1] Deest in FS et V; AC ad annum 1786 et Chronol. Prov. eum vocant « Peter » econtra SH et Misc. S Rösser ». — [2] Ita S et AC; V » Ponti ». — [3] Videtur frater Martini Breun, Zentgrafii in Hammelburg fuisse, a quo BV fol. 2 anno 1677 eleemosynam acceptam notat; P. Martinus Breun vero (19 Ap. supra p. 116 l. 15 sqq.) huius filius. — [4] V « Blevous »; et « Blevoux ». — [5] Bihl « Epuens »; V « Erven ». — [6] CE ad annum 1727.

1757 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. R. P. Reinhardus Rohner Lector et Guard. em., Provinciae Coloniae quondam Visitator [1], aet 55, prof. 31, sac. 28, Custos Provinciae actualis (1757-ad mortem), antea Lector philosophiae (1715-16) et theologiae (1716-22; 1726-28), Guardianus Wetzlariensis (1728-31), Schillingsfürstensis (1722-25) et Hammelburgensis (1734-37), necnon director pannificii (1731-34).

1825 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Winimarus Neuland Fuldensis, aet. 58, prof. 38, sac. 34.

1827 obiit in conventu Worbiano A. V. P. Guido Hentrich a Gernrode ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 60, sac. 58, Praeses actualis, antea magister scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis (1774-81) et Guardianus conventus Worbiani (1804-07?) [2], postea Praeses communitatis ad emoriendum condemnatae.

VI.

1814 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Kilianus Schreiner ab Episcopio ad Rhönam, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 52, sac. 50.

VII.

1720 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Ambrosius Reiperts, sac. anno 33 [3].

1755 obiit in conventu Worbiano V. P. Vincentius Agricola a Neuendorf prope Lohr, aet. 58, prof. 37, sac. 35, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Miltenbergensi (1726-28) et concionator urbicus Episcopii ad Tuberam (1728-37) [4].

1765 obiit in conventu Worbiano Fr. Iacobus Ringelmann, laicus, aet. 29, prof. 2 [5].

1797 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Iovinianus Lorenz a Geldersheim, aet. 69, prof. 47, sac. 45.

1906 obiit in conventu Mariaevallensi ad Rhenum Fr. Beda Modest Fuldensis, laicus, sutor, aet. 72, prof. 46.

VIII.

1671 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Ioannes Saarburg, laicus.

1722 obiit in conventu Limburgensi A. R. P. Gratianus Langenbach Limburgensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. iub., aet. 68, prof. 52, sac. 45, qui, postquam philosophiam (1679-83) et theologiam (1683-95; 1702-04) explicavit, munera Guardiani Hammelburgensis (1695-98) et Limburgensis (1714-16) obivit, ac Custos (1701-04) et Minister Provinciae electus est. Rexit Provinciam a die 20 Iulii 1704 usque ad diem 12 Iunii 1707.

1737 obiit in conventu Worbiano V. P. Adam Hermann, aet. 65, prof. 44, sac. 40 [6].

---

[1] Ita Misc. II. — [2] F die 15 huius. — [3] F « Reypers ». — [4] F falso dicit eum † 1742; S die 12 huius. — [5] S et F « Rengelmann ». — [6] S falso 1732; V falso 1757.

1774 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Smaragdus Zengel Erlenbacensis aet. 48, prof. 30, sac. 24.

1899 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Solanus Gruss Amoeneburgensis, clericus, aet. 21, prof. 3.

IX.

1684 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. R. P. Petrus Hoff, Ex-Minister Prov., Guard. duodenn., aet. 61, prof. 41, sac. 36, primus seminator fidei catholicae post reformationem in Hohensolms [6] (1660) et Wetzlar [1] (1663-67), Guardianus Limburgensis (1657-60), Dettelbacensis (1673-77) et Episcopiensis (1680-83), Praeses Friesenhagensis (1661-63), Instructor novitiorum (1653-55; 1660-61), Definitor (1663-66) ac bis Minister Provinciae, videlicet a die 19 Maii 1669 usque ad diem 21 Februarii 1672 et a die 29 Augusti 1677 usque ad diem 26 Iunii 1680.

1718 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Rochus Biedermann, laicus [2].

1752 obiit in conventu Limburgensi Fr. Agapitus Kremer Limburgensis, clericus, aet. 31, prof. 11.

1815 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Onesimus Braun Fuldensis, ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 47, quondam scholarum magister in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1775-76) [3].

X.

1655 obiit in conventu Limburgensi V. P. Athanasius Strick [4].

1666 obiit in residentia in Monte S. Crucis prope Episcopium ad Rhönam Fr. Massaeus Bergerhausen, laicus.

1706 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Franciscus Roberti, sac. anno 8.

1886 obiit in nosocomio Fuldensi V. P. Vincentius Prümper a Vorweiden, aet. 37, prof. 20, sac. 13.

1889 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Augustinus Moeller Fritzlariensis, Vicarius actualis, aet. 62, prof. 40, sac. 38, verbi divini praeco egregius, qui concionatorem ecclesiae cathedralis (1867-89) et curatum militum (1868-89) Fuldae egit, atque Discretus Custodiae fuit (1887-91).

XI.

1686 obiit in conventu Attendornensi V. P. Albertus Conen, Instructor clericorum, sac. anno 5.

1733 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Georgius Blank, laicus, ord. iubil., aet. 78, prof. 52.

[1] Bürvenich, 611. — [2] AC ad ann. 1663. — [3] AC ad annum 1719 « Petermann ». — [4] Scripsit: *Anleitung zu einem christlichen Wandel in sieben Lehrpredigten zur Fastenzeit an das Landvolk von* P. Onesimus Braun, *Franziskaner im Kloster Volkersberg.... Eine gemeinnützige Erbauungsschrift,* Coburg 1796, in-8°, 131 pagg. — [5] V « Stuch ».

1748 in conventu Sinsheimensi V. P. Ivo Friederici Trudonensis, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 89, prof. 64, sac. 60.

1794 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Eberhardus Scheer Fuldensis aet. 44, prof. 25, sac. 20, parochus actualis ibidem (1794-ad mortem).

1808 obiit in conventu Fuldensi V. P. Benedictus Kremer Fuldensis, aet. 65, prof. 42, sac. 39.

XII.

1726 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Carolus Schuben, Vicarius, sac. anno 37, olim bis Guardianus Montaburi (1715-16; 1722-25) [1].

1762 obiit in conventu Worbiano V. P. Martinus Dieterich Rüdershusanus, aet. 46, prof. 25, sac. 22, quondam in gymnasio Franciscali Attendornensi scholarum magister (1743-47) et praefectus Episcopii (1747-50) ac Miltenbergae (1750-52) [2].

1904 obiit in conventu Fuldensi Fr. Apollinaris Nuppeney a Wehr, tertiarius prof., aet. 72, prof. 9. Exemplar omnium fratrum erat sedulitate et vera pietate et devotione clare omnibus praelucens. Ad recuperandum conventum Fuldensem magnam pecuniae quantitatem contulerat. Tantae erat pudicitiae, ut mori eligeret, quam morbum suum ultimis saltem diebus aperire.

XIII.

1679 obiit in conventu Limburgensi Fr. Wilhelmus Rolands, laicus, sartor [3].

1681 obiit in residentia Maria-Schönfeld in Scheinfeld A. V. P. Laurentius Copp ab Jülich, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, prof. anno 54, primum superior missionis Krottorf prope Friesenhagen (1650-52), deinde Praeses et parochus Salismonasteriensis (1652-55), postea Praeses (1655-61) et primus Guardianus Hachenburgensis (1665-66), necnon parochus ibidem, denique Praeses residentiae Maria-Schönfeld (1669-79) et parochus loci Scheinfeld (1669-ad mortem), quo tempore hanc civitatem simul cum sex aliis locis vicinis religioni catholicae magnam ad partem iterum acquisivit [4].

1695 obiit in conventu Attendornensi V. P. Thomas de Brier, sac. anno 5, Lector philosophiae actualis (1692-ad mortem) [5].

1798 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Godefridus Wenin Abenbergensis, laicus, chirurgus, aet. 65, prof. 38 [6].

1814 obiit in loco Bellershausen prope Schillingsfürst V. P. Pantaleon Baur a Gebsattel, ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 45, ultra 50 annos stationarius ibidem [7].

XIV.

1694 obiit in conventu Fuldensi Fr. Laurentius Voss, laicus.

1702 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Albertus Seyers, laicus, aet. 46, prof. 22 [8].

[1] F « Schen ». — [2] BW et AC etiam « Diederich ». — [3] L « Roelands ». — [4] Chronol. prov., § 19. — [5] V « Debrier ». — [6] SII ad annum 1798 die 11 huius. — [7] Iam anno 1779 in tabulis invenitur. — [8] V « Albus Beyers »; AP ad annum 1702 « Deyers ».

1735 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Bernardinus Elferich, Guard. em. et Vicarius actualis, aet. 61, prof. 42, sac. 36, qui magister scholarum gymnasii Episcopiensis, (1700-01) et Hammelburgensis (1701-05) fuit, guardianatum Schillingsfürstensem (1708-10), Hadamariensem (1710-11), Episcopiensem (1716-19), Hammelburgensem (1720-22; 1725-28) et Miltenbergensem (1729-32) administravit et Definitor Provinciae electus est (1722-25).

1815 obiit in conventu Fuldensi V. P. Gangolfus Vogt a Borsch, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 53, sac. 51.

XV.

1691 obiit in conventu Limburgensi Fr. Theodorus Rütorff, clericus, novitius [1].

1776 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Crispinus Weinerich Worbianus, laicus, sutor, aet. 49, prof. 17 [2].

1810 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Columbanus Schaupp Hammelburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 65, sac. 60 [3].

XVI.

1656 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Felix Loch, quondam superior missionis Krottorf (1640-41). Conventu Gelnhusano ex transactione pacis Westphalicae sublato, ipse cum ceteris illius conventus Fratribus Salismonasterium se recepit, ubi primus omnium mortuus est [4].

1660 obiit in conventu Attendornensi V. P. Dominicus Joly.

1687 obiit in missione Büchold V. P. Theodorus Zimmermann, sac. anno 8, olim magister (1680-81) et praefectus (1681-84) scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis [5].

1761 obiit in conventu Worbiano Fr. Germanus Büchner Riedenbergensis, clericus sacerdos, aet. 26, prof. 5, sac. 1.

1797 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Totnanus Häfner Laudanus, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 62, sac. 59, per 24 annos missionarius in Euchtersheim, ubi etiam sacellanum aulicum Illmae familiae de Venningen agebat (circa 1756-80) antea missionarius in Ockstatt pro servitiis familiae de Frankenstein [6].

---

[1] Ex L; deest in F, V, S et AC. — [2] V « Wienerich ». — [3] V falso dicit eum obiisse Hammelburgi. — [4] BS et HK die 10 huius. Hic vir in Legenda, quae circa fundationem conventus Salismonasteriensis orta est, primarias agit partes, appellaturque falso « Koch ». Ecce legendam: Ex conventu Gelnhusano ob annum normalem (1624) [cf. p. 54] expulsus P. Felix Koch una cum innominato confratre Salismonasterium petens eius cives Lutheranismo addictos paucis exceptis invenit. Easdem iniurias, quibus Gelnhusii affectus erat, timens, urbes portas ingredi recusavit, sub altissimae quercus umbra pernoctans, unde per D. Ioannem Lutz ordinis Senatorii [qui Syndicus conventus erat 1650-93], qui patrum suorum religioni nondum valedixerat, in propriam domum receptus est, mansitque absconditus, usquedum acatholicorum Cantor Steinaviensis Ecclesiam collegiatam in favorem Calvinismi obsessurus erat. Tunc suadente D. I. Lutz, ipse altare, eiusque confrater cathedram templi conscendit et sic catholicos in templi religionisque exercitii possessione perpetua, Deo adiuvante, conservant. BS ad 11 Aug. — [5] V die 17 huius. — [6] V « Schaefer » dicitque eum fuisse 79 annorum; AC etiam « Heffner ».

XVII.

1786 obiit in carthusia Grünau prope Miltenberg V. P. Valentinus Wingertner Röllfeldensis, aet. 54, prof. 31, sac. 29, curatus oppiduli Schollbrunn ad Moenum [1].

1799 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Rudericus Bader Aubensis, ord. iubil., aet. 72, prof. 50, sac. 47, vir revera bonae voluntatis, in omni rerum eventu aequi animi, sedulus eleemosynarum collector, in labore etiam corporali pro bono conventus semper indefessus [2].

XVIII.

1678 obiit Hagiopoli in servitiis D. Baronis de Bicken, archisatrapae Hagiopolitani, Fr. Ioannes Reutter, laicus ex conventu Worbiano [3].

1701 obiit in missione Büchold V. P. Sebastianus Schwalbach Fuldensis, aet. 42, prof. 25, sac. 19.

1784 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Generosus Ohaus Hofheimensis, Vicarius, aet. 65, prof. 42, sac. 40, olim Guardianus Dermbacensis (1767-70), Spalatinus (1774-76) et Worbianus (1776-77).

1837 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Adolfus Benning ab Heimbach prope Fuldam, laicus, aet. 53, prof. 26 [4].

XIX.

1690 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Matthaeus Zitteren, laicus [5].

1748 obiit in conventu Limburgensi V. P. Paschalis Flügel Montaburanus, aet. 31, prof. 12, sac. 8, praefectus scholarum in gymnasio Franciscano ibidem exsistente (1747-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Episcopiensis (1741-43), Miltenbergensis (1743-44) et Hammelburgensis (1744-46), necnon praefectus Hammelburgi (1746-47).

1772 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Leonardus Dietzel Larbacensis, laicus, sartor, aet. 65, prof. 40,

1786 obiit in conventu Worbiano V. P. Wildericus Mande Hagiopolitanus, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 87, prof. 62, sac. 58, aliquando scholarum magister in gymnasio Mosbacensi (1728-32) et missionarius in Erlach (1732-34.)

1802 obiit in conventu Spalatino V. P. Rupertus Kuhn Episcopiensis, aet. 64, prof. 43, sac. 40, Vicarius actualis, antea scholarum magister Hammelburgi

---

[1] SH ad annum 1786. — [2] SH ad annum 1799. — [3] BW, quod eum « Röder » appellat; S « Theodorus ». Hic D. Philippus Caspar de Bicken, Archisatrapa per Eichsfeldiam et Consiliarius intimus Cels. D. Electoris Maguntini, non solum fratres Worbium introduxerat, sed etiam largas eis eleemosynas conferebat, quare ipse eiusque familia quater in BW recensentur. — [4] F die 16 huius. — [5] F « Ritteren ».

(1767-70) et Miltenbergae (1770-74; 1777-79) atque stationarius in Oppenweiler (1789-1800?).

1816 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Christophorus Hebenstreit Worbianus, laicus, sartor, aet. 52, prof. 25.

XX.

1728 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Bernardus Revenich aet. 57, prof. 37, sac. 31 [1].

1729 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Michael Faidt, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 63, prof. 45, sac. 39, postquam philosophiam (1689-93) et theologiam (1693-1717) docuit et guardianatum Mariaevallensem administravit (1717-19).

XXI.

1901 obiit Sigmaringae in conventu Gorheimensi Rmus P. Aloysius Lauer a Katholisch-Willenroth, Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum actualis, Ex-Procurator et Ex-Definitor Generalis, Ex-Custos regiminis Custodiae Thuringiae, Ordinis iubilarius, aet. 64, prof. 50, sac. 45, vir verae sanctitatis, qui absoluto studiorum curriculo novitiorum Instructor (1855-59; 1861-66; 1868-70), Lector theologiae moralis (1866-75), Guardianus Fuldensis (1859-63; 1864-67), Secretarius (1863-64), atque ter Discretus Custodiae (1858-67) electus est curatumque militum egit (1859-61). Dein factus Custos regiminis (1867-81), Custodiam sibi creditam prudenter et pacifice rexit usque ad atrocem illam persecutionem contra ecclesiam in Germania exortam, qua saeviente multa passus est. Ipse cum suis anno 1875 patria extorris factus, post multa discrimina rerum, tandem in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis consedit, ubi plures fundavit conventus, ex quibus postea (1901) Provincia Ss. Nominis Iesu orta est.

Electus deinde in Definitorem Generalem (1881-89) multum in Curia Generalitia et in variis Provinciis disciplinae religiosae adlaboravit provehendae. Factus Procurator Generalis Recollectorum et Alcantarinorum in Capitulo Generali Romae anno 1889 habito (-1895) nihil intentatum reliquit, quod Ordinis bono, religiosorum paci et concordiae suppetias afferre potuisset, qua agendi ratione viam praeparavit ad magnum opus, ad perfectam scilicet Ordinis Minoritici unionem. In hunc scopum, iuge desiderium cordis sui, maxima cum prudentia sedulo laboravit, quare etiam in Comitiis generalibus Assisii, anno 1895 celebratis, Praeses commissionis pro unici Constitutionum Generalium codicis redactione renuntiatus est, quod munus mira prudentia, aequitate et longanimitate feliciter absolvit.

Decisa igitur Unionis causa, 5 oct. 1897 a Leone XIII primus Minister Generalis totius Ordinis modo uniti, nominatus est, fuitque a fundatione Ordinis primus ex natione Germanica successor S. Francisci. Officium perarduum sibi concreditum eximia dexteritate, magna iuris scientia, ac singulari longanimitate adimplevit. Positus tamquam rector Fratrum conversatus est inter eos tamquam unus ex illis, in omnibus praelucens exemplo. Hinc inter ipsum et subditos arctissima necessitudo orta

[1] V « Refferich »; AC ad annum 1697 « Roevening ».

est, vinculum Seraphici amoris, quo effectum est, ut unio mentium et cordium in dies magis perficeretur.

Plures Provincias in unam coadunavit, quo compago Ordinis constrictior et eo ipso solidior evaderet. Rubigo saeculorum decursu hac illac aspersa abstergebatur, quod spiritum Ordinis nova vi virtuteque aluit, Fratresque ad profectum in sanctitate et doctrina incendit. Sic summa pietate, mansuetudine, prudentia atque iustitia repletus, eximiis mentis et cordis dotibus praeditus P. Aloysius maxima emolumenta rei Minoriticae contulit, quo immortalem meritus est inter fratres suos memoriam.

Laboribus denique consumptus et graviter aegrotans, recuperandae sanitatis gratia ad conventum Gorheimensem se contulit, ubi paucis diebus post piissime obiit.

Demortui corpus ad conventum Fuldensem translatum, ibique media in crypta sub altari maiore sepultum est; addito an. 1905 ornatissimo ornamento. Sit in pace locus eius et habitatio eius in Sion [1]!

XXII.

1676 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Servatius Hermans, laicus.

1715 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Christianus Pöppels, laicus [2].

1738 obiit in conventu Limburgensi V. P. Ioseph Rath Limburgensis, aet. 44, prof. 26, sac. 20, qui magister (1720-22) et praefectus (1722-23) scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis fuit, concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1725-26) ac guardianatum Worbianum (1728-31) et Mariaevallensem ad Siegam (1734-37) administravit.

1749 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Edilbertus Merk Brückenaviensis, Guardianus actualis (1747-ad mortem), aet. 47, prof. 25, sac. 21, iam antea Guardianus ibidem (1743-46) [3].

XXIII.

1679 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Bonaventura Fabri, Guard. duodenn., Vicarius act., sac. anno 43, qui, postquam Praeses Montaburanus (1650-52), necnon Praeses (1657-59) ac parochus (1657?-64) Salismonasteriensis fuit, Praeses (1666-69; 1670-76) ac dein primus Guardianus (1676-77) itemque parochus (1666-79) Wetzlariensis factus est [4].

1708 obiit in conventu Limburgensi V. P. Henricus Schupp, sac. anno 42, olim Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1692-95) et Hachenburgensis (1704-05).

1713 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Bernardinus Tillmans, laicus.

1733 obiit in conventu Attendornensi Fr. Lambertus Jansen, laicus, ord. iubil., aet. 72, prof. 50 [5].

---

[1] *Acta Ordinis Minorum,* XX, 1901, 150 sq. — Vide *Addenda.* — [2] Ita AC ad annum 1716; F » Pepels »; V et S « Poppels ». Videtur hic nepos fuisse D. Ioannis Rath, senatoris Limburgensis, Syndici illius conventus, qui saepe saepius in libro benefactorum occurrit; v. g. BV die 15 April. et 24 Nov. Cf. P. Ioannem Rath 22 Martii, supra 105 l. 1 sq. — [3] F dicit eum obiisse 20 Sept.; V anno 1750. — [4] F dicit eum obiisse Hammelburgi. — [5] Deest in S; V eum vocat « Norbertum ».

1752 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Gundeharus Bormann Salismonasteriensis, aet. 60, prof. 39, sac. 36, quondam Praeses Spalatinus (1737-38) et Friesenhagensis (1738-41).

1762 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Alphonsus Ebner Merchershusanus, aet. 55, prof. 32, sac. 30.

XXIV.

1754 obiit in missione Büchold V. P. Patritius Zwenger Fuldensis, aet. 30, prof. 14, sac. 10.

1791 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Ioachim Dietzel Larbacensis, ord. iubil., laicus, sartor, aet. 77, prof. 52.

1805 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. R. P. Innocentius Adrian Erlenbacensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 65, prof. 44, sac. 41, qui primum philosophiam (1767-70) et theologiam (1770-77; 1780-82) docuit, deinde guardianatum Miltenbergensem (1777-80) et Episcopiensem (1785-88) administravit, postea in Universitate Adolfiana Fuldae Professor publicus fuit (1782-85?), denique Custos (1791-94) et Minister Provinciae factus est. Rexit Provinciam a die 11 Maii 1788 usque ad diem 12 Iunii 1791 et a die 4 Iunii 1797 usque ad diem 30 Augusti 1800. Vir erat vita religiosa, charitate in Deum et erga confratres suos atque humilitate et prudentia in ministerio suo omnibus commendatus [1].

XXV.

1775 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Matthias Brotzler Hardheimensis, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 62, sac. 57, olim Guardianus Schwarzenbergensis (1735-38) [2].

XXVI.

1691 obiit in loco Heimberg prope Attendorn V. P. Iacobus Blumen, sac. anno 2 [3].

1738 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Zacharias Knoblach Freudenbergensis, laicus, ord. iubil., aet. 85, prof. 55 [4].

1754 obiit in conventu Hachenburgensi A. V. P. Marcus Kern Freudenbergensis, Guard. duodenn. et actualis, aet. 68, prof. 48, sac. 43, qui, postquam munus magistri (1715-17) et praefecti (1717-20) scholarum in gymnasio Franciscano Hammelburgensi obivit, Guardianus Mosbaci (1726-29) et quinquies Hachenburgi (1731-36; 1738-41; 1744-47; 1749-52; 1755-ad mortem) factus est.

---

[1] SN ad annum 1805; Bihl, 189, 240. Hic edidit: 1) *Positiones dogmatico-historico-scholasticae de principiis theologicis, Deo Uno et Trino, Angelis, novissimis hominis, virtute religionis; quas.... Praeside* F. Innocentio Adrian.... *in conventu.... Episcopiensi exponunt...... die 10 Sept. 1771*, Tauberbischofsheim [1771] in-8°. — 2) *Positiones philosophiae selectiores ex Logica et Physica generali, Praeside* P. Innocentio Adrian *defensae Stadtworbii 1770*, s. l. [1770] in-8°. — Praeterea superest Manuscriptum Praelectionum eius in bibliotheca Salismonasteriensi sub tessera: P. 50. — [2] F die 3 Sept. — [3] F dicit eum † Attondorniae. — [4] F die 20 huius.

1768 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Aegidius Hahn Römershagensis, Guard. duodenn., aet. 67, prof. 46, sac. 40, antea concionator ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1740-41), Praeses Friesenhagensis (1746-49) ac Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1737-40) et Volkersbergensis (1741-44; 1752-53) [1].

XXVII.

1700 obiit in conventu Attendornensi V. P. Valentinus Bodenius, sac. anno 14, quondam magister (1687-90) et praefectus (1690-93) scholarum gymnasii Hammelburgensis atque praefectus gymnasii Attendornensis (1700-ad mortem) [2].

1819 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Iacobus Merk Brückenaviensis, aet. 54, prof. 36, sac. 32.

1897 obiit in conventu Patersonensi in America Septentrionali A. V. P. Leonardus Malkmus Hünfeldensis, Guard. em., Ex-Discretus Custodiae, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 62, sac. 58, qui guardianatum (1855-59) et parochiam (1852-67) Salismonasteriensem, necnon guardianatum Fuldensem (1867-70) administravit, curatum militum Fuldensium egit (1847-52), residentiae Stetten prope Hechingen praefuit (1870-75), atque per 32 annos continuos (1855-87) Discretus Custodiae fuit.

1906 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Fidelis Koch Sigmaringensis, tertiarius professus, sutor, aet. 44, prof. 15.

XXVIII.

1708 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Philippus Dirix Trudonensis, laicus, aet. 67, prof. 38.

1729 obiit in arce Waldmannshofen, ditionis Comitum de Hatzfeld, V. P. Petrus Alders, missionarius ibidem, aet. 54, prof. 35, sac. 30, antea concionator ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1716-17). Sepultus est in ecclesia hospitalis civitatis Aub. [3].

XXIX.

1692 obiit in conventu Limburgensi Fr. Theodorus Rudolph, clericus novitius [4].

1738 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Leopoldus Euben Tungrensis, aet. 61, prof. 36, sac. 34 [5].

1757 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Ubaldus Hess Fuldensis, aet. 57, prof. 34, sac. 31 [6].

1854 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Cyrillus Hildmann Horaviensis, aet. 58, prof. 30, sac. 28, olim Guardianus Salismonasteriensis (1847-54).

XXX.

1635 obiit in conventu Limburgensi Fr. Theodorus Bierbaum, laicus, ipsa die professionis suae [7].

[1] Ita V et BF contra S et F die 25 huius. — [2] F « Dodenius ». — [3] CE ad annum 1729. — [4] Deest in V. — [5] S « Cuben ». — [6] F die 17 huius. — [7] Ita L.

1815 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Florentius Schum a Rothenrain (?), ord. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 49, quondam concionator ecclesiae Cathedralis Fuldensis (1779-80) et magister scholarum gymnasii Franciscalis Schwarzenbergensis (1788-?).

XXXI.

1646 obiit in conventu Limburgensi Fr. Hubertus Brewers, laicus, ipsa die professionis suae [1].

1751 obiit in conventu Fuldensi V. P. Rufinus Reck, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 61, sac. 58, aliquando Praeses residentiae Friesenhagen (1698-1701; 1704-05) et Guardianus Attendornensis (1705-07).

1787 obiit in conventu Worbiano V. P. Matthaeus Kraus Heuthensis, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 57, sac. 55.

SEPTEMBER.

I.

1899 obiit Hierosolymis Fr. Rochus Wehner Kämmerzellensis, laicus, aet. 67, prof. 50.

II.

Vacat.

III.

1655 obiit in conventu Limburgensi V. P. Gangolfus Wehr [2].

1727 obiit in conventu Fuldensi V. P. Magnus Rang, vir devotus et valde rigidus [3], aet. 66, prof. 44, sac. 41, olim Guardianus Episcopiensis (1710-13) et Miltenbergensis (1714-17) [4].

1736 obiit in loco Schönstein ad Siegam, ditionis Hatzfeldianae, V. P. Franciscus Banneux, missionarius, iubil. ord. et sac., aet. 77, prof. 55, sac. 52, quondam sacellanus campestris copiarum D. Comitis de Velbrück (circa 1714-16) [5].

1799 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Adalbertus Klee Fuldensis, aet. 63, prof. 43, sac. 39 [6].

IV.

1666 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Petrus van Ophen, laicus [7].

1701 obiit in conventu Montaburano A. V. P. Philippus Debus, Wetzlariensis, Guard. em., ord. et sac. iubilarius, senior Provinciae, aet. 83, prof. 58, sac. 54. P. Philippus, qui a parentibus Protestantibus originem traxerat, Moguntiae

[1] Ita L; deest in V. — [2] S dicit eum obiisse 1633; V « Behr ». — [3] CE ad annum 1727. — [4] BF « Stang ». — [5] AC ad annum 1716; S « Bannets » die 4 huius. — [6] F die 5 huius. — [7] V die 4 Iunii « Offen »; AC ad annum 1667 « Oppen ».

ad fidem Catholicam conversus est [1]. Ordinem Minorum ingressus et sacerdotio initiatus, magno cum studio inter acatholicos missionarium agere coepit, primum in locis Krottorf (cui praerat 1652-55) et Friesenhagen (Praeses 1657-59), deinde Worbii, ubi primus residentiam fratrum inchoavit (1666-69) [2] unde postea Friesenhagium rediit (Praeses 1672-73; 1679-80). Cum D. Comes de Hohenlohe-Schillingsfürst ad fidem Catholicam conversus, ditionem suam Ecclesiae recuperaturus esset, capitulum Provinciale Thuringiae adiit, ut sibi P. Philippum ad inchoandum hoc opus transmitteret, quod et factum est. Itaque hic laborem Apostolicum suscepit, in quo valde excelluit, quippe quia memoria praeditus tenacissima textus S. Scripturae ita perdidicerat, ut ubique eos ex tempore citare posset, addito numero capituli et versus [3]. Ut in laboribus suis magis proficeret, residentiam Ordinis sui in Schillingsfürst fundavit, cui bis praeerat (1673-74; 1781-83). Praeterea guardianatum Attendornensem (1661-63), Limburgensem (1663-64), Hadamariensem (1677-79) et Montaburanum (1686-87) administravit, concionator summae aedis Fuldensis fuit (1664-66) ac ter Definitor Provinciae electus est (1669-72; 1674-77; 1683-86).

1744 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Massaeus Schül, laicus, aet. 54, prof. 33 [4].

1747 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Andreas Schmitt Hammelburgensis, clericus, aet. 19, prof. 1 [5].

1805 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Aloysius Förster Estenfeldensis, laicus, victor, aet. 66, prof. 45.

1807 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Fidelis Rössner Episcopiensis, ord. et sac. iubil., aet. 84, prof. 59, sac. 57.

V.

1669 obiit in conventu Limburgensi Fr. Antonius [1] Holtzglauw, clericus, novitius [6].

1676 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Laurentius Lefever, laicus [7].

1686 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Robertus van Heer, Guard. duodenn., et actualis (1685-ad mortem), antea Praeses et parochus (1661-64; 1673-74) Salismonasteriensis, necnon Guardianus Hammelburgensis (1666-67), Mariaevallensis ad Siegam (1672-73), Attendornensis (1676-77), Volkersbergensis (1677-79) et Montaburanus (1680-83) atque Definitor Provinciae (1665-66).

1751 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Edmundus Baumann Lüderanus, Ex-Minister Provinciae, Lect. et Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 86, prof. 69, sac. 62, qui postquam philosophiam (1672-73; 1674-77) et theologiam (1677-84) interpretatus est ac residentiae Friesenhagensi praefuit (1673-74), primum in arce et loco Wanfried, ditionis Hessen-Rheinfels-Wanfried, mandante D. Carolo Lantgravio, missionarium egit (1685) [8], deinde ter guardianatum Worbianum administravit (1685-86; 1689-92; 1695-97), necnon quater Custos (1686-89; 1692-95; 1698-1701;

---

[1] AP ad annum 1701. — [2] AC ad annum 1666. — [3] AP ad annum 1701. Cf Minges, 265; Bihl, 147. — [4] Deest in V; Misc. H. falso eum vocant « Matthaeum ». — [5] Ita AC et L; S, V et F « Ioannes » — [6] Ita AC ad annum 1670, S « Holtzglaw »; F « Holtzglau »; V « Holtisklan ». — [7] S « Leffner ». — [8] AC ad annum 1785.

1707-10) bisque Minister Provinciae electus est. Rexit Provinciam a die 15 Augusti 1701 usque ad diem 20 Iulii 1704 et a die 2 Julii 1713 usque ad diem 30 Maii 1716. Erat controversista strenuus, operarius vere evangelicus usque ad senectam uberem; plures haereticos convertit inter quos D. Alexandrinam Iulianam Lantgraviam de Hessen-Rheinfels [1], ceteros scriptis acerrime confutavit. Minister Provincialis factus Provinciam semper pedibus visitavit [2].

1810 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Nazarius Greser ab Hafenlohr, aet. 69, prof. 45, sac. 43.

1814 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Symphorianus Weber ab Aura in Sinngrund, aet. 50, prof. 30, sac. 26 [3]. Succubuit morbo lethali in vinea Domini contracto [4].

VI.

1635 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Rainerius Hausmanns, Commissarius [5].

1808 obiit in loco Breitenworbis V. P. Vitalis Hettergott Fuldensis, aet. 58, prof. 57, sac. 33, antea scholarum magister in gymnasiis Franciscalibus

---

[1] De ipsa scribit BW: « Anno 1682 serenissima Landgravia ex Wanfriden, cum labore A. V. P. Edmundi Baumann, S. Theologiae huius conventus Lectoris ex Lutherana ad fidem Catholicam 31 Martii conversa est, dedit pro ornatu ecclesiae nostrae pretiosum antipendium aureis et argenteis flosculis intextum sicut et casulam cum dalmaticis et pluvialia valde pretiosa; deinde eo die, quo in Patronum elegit S. Antonium Paduanum, obtulit ultra 40 Imperiales praeter 14, quos dedit pro imagine Mundi Salvatoris in fastigio ecclesiae nostrae..... Eadem..... dedit 18 Imperiales pro imagine pingenda ad altare B. M. V., dedit praeter alias eleemosynas casulam caeruleo-albam propriis manibus textam cum antipendio eiusdem coloris et laboris pro Altare B. M. V. — Vera imitatrix S. Elisabeth, tot (sic) devota pro nostris et ordine ». — Apud Rosenthal, *Die Convertiten*, Freiburg, eam non inveni. — [2] CE ad annum 1731. Praesertim contra A. Frohne, Superintendentem Muhlhusii (Thuringiae) plura opera polemica vulgavit. — 1° *Anweisung zu leichter Hebung dess Lutherischen Anstoss-Steins wegen 2 Gestalten im Hl. Abendmahl*, Duderstadt 1698. — 2° *Christlich Andenken, ob und wie in Lutheris Religion die Evangelische Wahrheit seye*, ibid. 1698. — 3° *Alter Bestand Catholischer Wahrheiten von dem Heiligen Sakrament dess Altars*, Duderstadt 1698. — 4° *Catholische Unschuld im Brauch dess H. Abendmahls in Einer Gestalt*, Duderstadt 1699, 2 voll. — 5° *Achitophels vernichtigter Rath oder Beweis dass im Neu-Verthädigten Dr. Luther, Ioh. Adolphii Frohnii Superint. Muhlhusani nur Wort-Schein nicht aber kräftige Proben oder Davids-Stein sich finden*, Duderstadt 1699. — 6° *Bewehrter Augenschein der Lutherischen Uneinigkeit und Fehlbarkeit*, ibid. 1669. — 7° *Apostolischer Beruff der Römisch-Catholischen Priester*, ibid. 1700. — 8° *Demonstration oder deutliche Darthuung, dass mein bewehrter Augenschein der lutherischen Uneinigkeit in Glaubensachen richtig ist*, ibid. 1711. — 9° *Emmanuel, Gott-mitt-uns in allen katholischen Glaubensachen*, ibid. 1706. — 10° *Immerwahr Catholisch Unfehlbar*, ibid. 1711. — 11° *Nothwendigste Mittel zum Himmel*, Würzburg 1711. — 12° *Reichs Christi Arth auff freygläubige Unarth nebel erklärt*, Wetzlar 1713 — 13° *Freyheit der Christenheit*, Duderstadt 1713. Concernunt hi libri praecipue controversiam utraquisticam. — Cf. Wolf, Ioh., *Eichsfeldia docta sive commentatio de scholis, bibliothecis et doctis Eichsfeldiacis*, Heiligenstadii 1797, 252; Minges, 257; Knieb, *Franzisk. z. Worbis*, ap. *Jahrb. d. Saxonia*, III, 1910, 92-3. — [3] S falso dicit eum obiisse 1810. — [4] SN ad annum 1814. — [5] Non liquet, cuius generis hoc officium fuerit; forse erat Guardianus titularis cuiusdam conventus tempore belli 30 annorum occupandi, forse etiam est alius titulus vicarii conventus cf. Bihl, 164 nota 1.

Salismonasteriensi (1777-82), Schwarzenbergensi (1782-86) et Hammelburgensi (1788-95) necnon missionarius in Kirchard (1798-1805?)[1].

1817 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Basilius Link Schippacensis, Vicarius, aet. 74, prof. 49, sac. 47.

VII.

1750 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Mauritius Bayer Hammelburgensis, laicus, hortulanus, aet. 42, prof. 16[2].

1784 obiit in conventu Worbiano Fr. Lucas Hagel Miltenbergensis, laicus, coquus, aet. 60, prof. 36.

1789 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Arnulfus Kraus a Fährbrück, aet. 69, prof. 49, sac. 46[3].

VIII.

1691 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Benedictus Rocharts[4], sac. anno 21, olim Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1686-89) et sacellanus campestris[5].

1736 obiit Hierosolymis Fr. Vitus Wittmann, laicus[6].

1758 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Victorianus Stoedt a Fuchsstadt, aet. 60, prof. 42, sac. 38, quondam socius P. Ioannis Thony, Agentis generalis nationis Germano-Belgicae (1723-25)[7].

1762 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Iuniperus Fischlein Hammelburgensis, laicus, hortulanus, aet. 69, prof. 42.

1791 obiit in conventu Worbiano Fr. Christianus Schmitt Larbacensis, laicus, aet. 42, prof. 9[8].

IX.

1695 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Simon Duysens, clericus sacerdos, sac. anno 1.

1702 obiit in conventu Worbiano Fr. Antonius van der Eicken, clericus sacerdos, aet. 25, prof. 7, sac. 1[9].

1779 obiit in conventu Worbiano V. P. Hermannus Agricola a Deuna, ord. iubil., aet. 70, prof. 51, sac. 46, olim Guardianus Schillingsfürstensis (1766-67).

X.

1666 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Kilianus Schmidt, clericus. Cum Hammelburgi horti ampliandi gratia mons foderetur, ipse molem terrae superiorem moveri incipientem vidit, quare ad laicum fodientem moniturus accurrit. Dum hic incolumis aufugit, ipse Fr. Kilianus, delapsa arena, saxisque obrutus est.

[1] S die 26 huius. — [2] V die 17 huius « Beyer ». — [3] V die 5 huius. — [4] V « Roccarts »; F « Rogarts ». — [5] Ita F; tempus vero huius facti accuratius designare non possumus. — [6] Deest in S. — [7] Cf. supra p. 122 l. 25 sqq. — [8] V falso dicit eum † 1790. — [9] Ita S, BW, AC ad annum 1702 contra F et V « Eichen ».

Mox vivus adhuc effossus est, sed die sequenti, susceptis ecclesiae sacramentis, pie in Domino obdormivit [1].

1692 obiit in conventu Montaburano V. P. Hermannus Hahn, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 75 (?), prof. 55, sac. 51.

1750 obiit in missione Wilhermsdorf V. P. Benedictus Köhler, aet. 55, prof. 34, sac. 31, primum magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1701-05), Miltenbergensi (1605-08) et Episcopiensi (1710-11), necnon praefectus scholarum Miltenbergae (1708-10), postea missionarius et sacellanus aulicus D. Comitis de Styrum in Wilhermsdorf (1725-ad mortem) [2].

1758 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Urbanus Voss Attendornensis, aet. 51, prof. 31, sac. 27, olim magister scholarum gymnasii Attendornensis (1711-13).

1764 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Theodardus Steinam Episcopiensis, aet. 45, prof. 24, sac. 21.

XI.

1687 obiit in conventu Limburgensi R. P. Bernardinus Quadbach, Lect. et Guard. em., Definitor actualis, sac. anno 30, qui postquam philosophiam (1657-60) et theologiam (1660-70; 1674-77) docuit, ac guardianatum Attendornensem (1672-75) et Limburgensem (1677-80. 1685-86) administravit, Custos (1680-83) necnon bis Definitor (1674-77; 1686-ad mortem) Provinciae factus est.

1750 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Colomanus Fries Wegfurtensis, aet. 60, prof. 37, sac. 34.

1755 obiit in conventu Miltenbergensi A. R. P. Wolfgangus Boxberger Hammelburgensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 85, prof. 67, sac. 62, qui philosophiam (1692-97) et theologiam (1697-1707; 1710-11) interpretatus est, concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1704-05; 1708-10; 1714-16), munera Guardiani Fuldensis (1707-10; 1714-16) et Episcopiensis (1713-14) obivit, atque Secretarius (1711-13), Definitor (1710-13), Custos (1722-25) et Minister Provincialis electus est. Rexit Provinciam a die 30 Maii 1716 usque ad diem 28 Maii 1719 [3].

1774 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Octavianus Köllner Hammelburgensis, Ex-Minister Provinciae, Guard. duod., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 62, sac. 57, qui primum magister scholarum gymnasii Episcopiensis fuit (1720-23), deinde sacellanum hospitalis Limburgensis (1723-25?) et Instructorem novitiorum (1725-29; 1737-40) egit, denique Guardianus Limburgensis (1729-32), Fuldensis (1734-37) et Hammelburgensis (1740-43; 1746-49) electus est. Praeterea Definitor

---

[1] Liebler ad annum 1666. V falso dicit eum † 1670. — [2] F dicit eum obiisse Schillingsfürstae. — [3] Bibl, 73 170; Minges, 258, 260; Edidit: 1°). *Stadium virtutis et Studium salutis per discursus morales,* Herbipoli 1727, In-4. — 2°). *Viva et vera huius Mundi Idea, seu Discursus morales de Vanitate Mundi ex libro Ecclesiastae aliisque sacris paginis, SS. Patribus, Historicis et probatis auctoribus pie elaborati..... Congrui etiam et perutiles pro Lectione mensali tempore quadragesimali, ab* A. R. P. Wolfgango Boxberger,.... Coloniae 1731, in-4. — Praeterea iuxta Catalogum circa an. 1780 pro bibliotheca conventus Fuldensis exaratum scripsit: *Discursus de SS. Nomine Iesu,* in-8 et *Discursus morales ex proverbiis Salomonis.* Hos tamen invenire non potui.

(1737-40; 1745-46) et bis Minister Provincialis fuit. Rexit Provinciam a die 21 Iunii 1749 usque ad diem 21 Maii 1752 et tamquam ultimus Minister Provinciae, nondum divisae, a die 14 Maii 1758 usque ad diem 10 Maii 1761. Cum anno sequenti Provincia divideretur, auctoritate Ministri Generalis munus Commissarii suscepit, ut capitulo pacificae separationis causa suscepto praesideret [1].

1795 obiit in conventu Worbiano V. P. Sabinianus Gross a Dingelstädt, aet. 65, prof. 45, sac. 39.

1821 obiit Hagiopoli in domo familiae de Mayer [2], V. P. Rigobertus Schlitt Vagenrodensis, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 61, sac. 57, quondam in gymnasio Franciscano Miltenbergensi scholarum magister (1774-76).

1867 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Marcus Haag Fuldensis, laicus, aet. 68, prof. 41.

XII.

1721 obiit in conventu Attendornensi V. P. Benedictus Smeyers, ord. et sac. iubil., aet. 86, prof. 65 (?), sac. 61, olim Lector theologiae (1660-61) et ter Guardianus Hachenburgensis (1674-77; 1679-81; 1685-86) [3].

1730 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Godefriedus Flach, aet. 29, prof. 10, sac. 5.

1751 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Quintilianus Bach a Mellrichstadt, laicus, scrinarius, aet. 58, prof. 7 [4].

1802 obiit in conventu Spalatino Fr. Deocharus Trost a Mitteleschenbach, laicus, coquus, aet. 58, prof. 12.

XIII.

1657 obiit in conventu Limburgensi Fr. Petrus Becker, laicus [5].

1720 obiit in conventu Montaburano Fr. Thomas Trimper, laicus, aet. 65, prof. 58.

1787 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Erhardus Betz Scheinfeldensis, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 57, sac. 54, quondam Guardianus ibidem (1755-56).

XIV.

1655 obiit in conventu Limburgensi Fr. Augustinus Lemmersdorff, laicus [6].

1670 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Godefriedus Conche, laicus [7].

1758 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Adalbertus Vollmar Limburgensis, ord. et sac. iubil., aet 77, prof. 55, sac. 52 [8].

1802 obiit in abbatia Gerlachsheimensi Ordinis Praemonstratensium V. P. Isaias Staudt Episcopiensis, concion. em., Vicarius actualis conventus Episcopien-

[1] *Chronologia hist. leg.*, IV, 421. — [2] Ita F ad diem 21 huius. — [3] F « Meyers »; V « Schmetzers ». — [4] V die 13 huius « Grossmann ». — [5] Deest in 5; V sine loco et anno in fine Necrologii. — [6] F « Lemmensdorff »; NL die 15 huius. — [7] F « Coele »; V « Cade »; AC ad annum 1670 « Gochle ». — [8] V « Wollmar ».

sis, aet. 65, prof. 44, sac. 41, antea concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1776-77; 1779-85; 1788-89), et curatus militum ibidem (1777-85), concionator aulicus D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst (1794-95; 1797-1801), necnon Guardianus Worbii (1785-88), Miltenbergae (1789-91) et Mosbaci (1791-92).

XV.

1758 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Fulgentius Grogans Waldaschachensis, Guard. em., aet. 68, prof. 49, sac. 45, qui guardianatum Montaburanum (1728-31), Mosbacensem (1755-58) et Sinsheimensem (1740-43; 1746-49) administravit atque Instructor novitiorum et Definitor Provinciae (1745-46) electus est.

XVI.

1717 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Sebastianus Bertig, sac. anno 28, quondam scholarum magister in gymnasiis Franciscanis Episcopiensi (1689-92), Limburgensi (1692-93) et Hammelburgensi (1693-95), necnon praefectus Limburg (1702-04) et Episcopii (1707-08).

1740 obiit in conventu Limburgensi Fr. Benedictus Otto, clericus, aet. 20, prof. 1 [1].

1746 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Achatius Pfister Bessinganus, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 57, prof. 37, sac. 34, qui primum Lectorem philosophiae (1714-19) et theologiae (1719-25; 1728-31) egit, deinde munera guardianatus Worbiani (1725-28) et Fuldensis (1731-34) obivit, denique Definitor (1728-31) ac Minister Provincialis renuntiatus est. Rexit Provinciam a die 15 Iunii 1734 usque ad diem 8 Junii 1737.

1746 obiit in Burckardroth prope Kissingen A. V. P. Aureus Pfeiffer Hagiopolitanus, Guard. duodenn., aet. 64, prof. 45, sac. 41, stationarius ibidem ex conventu Volkersbergensi, antea Lector philosophiae (1708-11) et theologiae (1711-14), Superior missionis Marktbreit (1728-31), Praeses residentiae Spalatinae (1731-34) et parochus Schillingsfürstensis (1714-20), necnon Guardianus Schillingsfürstensis (1717-19), Miltenbergensis (1720-23) Volkersbergensis (1725-28) et Sinsheimensis (1734-37).

1750 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Epiphanius Brehm Schnackenwerthensis, aet. 34, prof. 9, sac. 7.

1798 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Edmundus Weissbecker Salismonasteriensis, Lect. et Guard. em., aet. 57, prof. 37, sac. 33. Hic primum munera socii P. Dorothei Eppt, Agentis generalis nationis Germano-Belgicae Romae exercebat (1768-72), unde reversus Lectoratum philosophiae (1774-77) et iuris canonici (1777-85; 1786-89; 1791-94?) suscepit. Praeterea professor ordinarius publicus Universitatis Adolfianae, Fuldae erectae, nominatus est (1782-85), necnon guardianatum Volkersbergensem (1783-85) Fuldensem (1785-86) Hammelburgensem (1788-91) et Sinsheimensem (1794-97) administravit [2].

[1] Obitus dies iuxta seriem defunctorum contemporaneum in Misc. II.; S et F die 10 huius; V die 20 huius. — [2] De hoc confer notam ad diem IV Martii (p. 93 n. 1) quoad P. Dorotheum Eppt. — Edidit Theses: 1) *Positiones ex universo iure ecclesiastico selectae, praeside* P. Edmundo Weissbecker *defensae in conventu Fuldensi 1780,* Fuldae 1780. — 2) *Exercitium canonicum in conventu Fuldensi habitum 1788 praeside* P. E. W, Fuldae 1788. Ambae theses in-8°.

1811 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Hilarion Brückner a Rothenfels, laicus, sartor, aet. 70, prof. 54.

XVII.

1701 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Bernardinus Nagel, aet. 41, prof. 14, sac. 7, diutina infirmitate patientissime tolerata, vir promptus et obediens [1].

1721 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Franciscus Stevens, laicus, aet. 74, prof. 46 [2].

1775 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Gratianus Langebach Miltenbergensis, aet. 58, prof. 17, sac. 14, olim magister scholarum in gymnasio Franciscano Schwarzenbergae (1764-66) et Hammelburgi (1766-71).

1797 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Malachias Scheller Kirnacensis, ord. et sac. iubil., aet 80, prof. 57, sac. 54.

1808 obiit in conventu Worbiano Fr. Augustinus Ruperti Hagiopolitanus, laicus, textor, aet. 65, prof. 33.

1890 obiit in vicu Ahl prope Salismonasterium A. V. P. Maximilianus Kirchner Salismonasteriensis, Ex-Custos regiminis, aet. 66, prof. 46, sac. 42, parochus (1878-ad mortem) et Guardianus (titularis) (1867-ad mortem) Salismonasteriensis actualis, antea Guardianus Fuldensis (1853-55; 1861-64), Instructor novitiorum (1859-61), concionator ecclesiae cathedralis (1866-67) et Lector Theologiae (1867-69). Praeterea Discretus Custodiae (1887-91), fuit et quater munus Custodis regiminis Thuringiae suscepit (28 Dec. 1855 - 1 Iun. 1867). Obiit in functionibus parochialibus, Ss. Eucharistiam super pectus deferens.

XVIII.

1666 obiit in conventu Dettelbacensi Fr. Wilhelmus Ernst, clericus, prof. anno 2.

1676 obiit in conventu Dettelbacensi A. V. P. Ioannes Cüper, ordinis iubilarius.

1744 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Theodorus Warnott, laicus, iubil., ord. aet. 70, prof. 54 [3].

1778 obiit in conventu Fuldensi V. P. Tobias Schmitt Herbipolitanus, aet. 65, prof. 36, sac. 33.

XIX.

1715 obiit in conventu Wetzlariensi A. V. P. Paulus Geelberger, Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 73 (?), prof. 53, sac. 49, quondam Praeses (1692-93) et primus Guardianus (1693-95) Mosbacensis, necnon Guardianus Wetzlariensis (1786-89), Limburgensis (1697-98), Montaburanus (1698-1700) et Miltenbergensis (1701-04) [4].

---

[1] Ita AP ad annum 1701 V « Nayel ». — [2] V « Stephens ». — [3] Deest in V. — [4] V « Geelbeiger ».

1790 obiit in conventu Fuldensi V. P. Deodatus Schrakowski Fuldensis, aet. 66, prof. 45, sac. 42.

1806 obiit in conventu Heidelbergensi V. P. Prudentius Hoffmann, Provinciae nostrae incorporatus ex Provincia Coloniensi, aet. 57, prof. 30, sac. 25 [1].

XX.

1675 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Petrus Felden, Guard. em. et actualis, qui munera guardianatus Hadamariensis (1647-49), Attendornensis (1652-53), Montaburani (1653-55; 1660-63), Fuldensis (1656-57; 1670-72), Episcopiensis (1665-66; 1674-ad mortem) et Volkersbergensis (1669-70) exercuit, necnon Instructor novitiorum (1659-60), quaterque Definitor Provinciae (1649-52; 1657-60; 1666-69; 1672-74) fuit. [2].

1708 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Anselmus Henkel, sac. anno 40 aliquando magister scholarum gymnasii Hammelburgensis (1670-73).

1768 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Adolfus Molitor Bollingensis, aet. 49, prof. 29, sac. 26.

1793 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Ianuarius Ziegler Ebenhusanus, Notarius Apostolicus iuratus, ord. iubil., aet. 75, prof. 51, sac. 48, olim Secretarius Provinciae (1756-58), Guardianus Salismonasteriensis (1759-62) et Dermbacensis (1762-65) atque curatus de Aufenau (1760-62).

1821 obiit in missione Haltenbergstetten V. P. Iuvenalis Simon a Mellrichstadt, aet. 65, prof. 41, sac. 36, missionarius et sacellanus aulicus D. Comitis de Hatzfeld ibidem, antea missionarius in Braunsbach prope Kupferzell (circa 1788-?).

1829 obiit in loco Mömbris, in domo patris spiritualis, Fr. Gottlieb Koch Helfershusanus, laicus, ex conventu Salismonasteriensi, aet. 68, prof. 19.

XXI.

1680 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Lambertus Thielens, laicus.

1736 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Apollinaris Hippler Königheimensis, Guard. duodenn., Lect. em. et actualis, aet. 49, prof. 29, sac. 25, qui primum magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi 1732-34) et Hammelburgensi (1737-38) fuit, necnon praefectus Hammelburgi (1738-40) et Mosbaci (1734-37), postea philosophiam (1740-43) et theologiam (1743-52; 1755-ad mortem) explicavit, atque munus Guardiani Sinsheimensis obivit (1752-55).

1799 obiit in conventu Fuldensi V. P. Franciscinus Böhm a Lorenzen [3] ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 87, prof. 66, sac. 62, vir bonus et regularis disciplinae exemplar. Piis semper intentus negotiis, factus est pretiosae bibliothecae Fuldensis instaurator et conservator; fuit enim quoque bibliopegus [4].

XXII.

1721 obiit in conventu Limburgensi V. P. Stanislaus Koch, magister scholarum actualis ibidem (1720-ad mortem), sac. anno 4, antea scholarum magister Hammelburgi (1719-20) [5].

---

[1] Ita F. — [2] S falso dixit eum obiisse 1676; AC ad annum 1647 « Velden ». — [3] Brandlorenzen? — [4] SH ad annum 1799; BF die 29 huius. — [5] S appellat eum Clericum; V « Loch ».

1754 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Paulinus Ingerle, aet. 50, prof. 29, sac. 25.

1757 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Lotharius Forth, aet. 58, prof. 39, sac. 34, olim magister scholarum Hammelburgi (1705-07) et concionator urbicus Miltenbergae (1720-23).

1758 obiit in conventu Fuldensi Fr. Bartholomaeus Wauters Wasmontanus, laicus, sutor, ord. iubil., aet. 86, prof. 68, qui ob cryptam Conventus incendio anni 1757 dirutam, sepultus est in coemeterio Horaviensi [1].

XXIII.

1677 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Franciscus Fuchs Montaburanus, ord. iubil., aet. 78, prof. 52, sac. 48 (?), Definitor actualis, antea Canonicus et Custos ecclesiae collegiatae Limburgensis [2], deinde in ordine nostro (ex anno 1663) Guardianus Dettelbacensis (1669-72) et Fuldensis (1674-77) et Definitor Provinciae (1672-74; 1677-ad mortem) [3].

1800 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Petrus Müller ab Harmerz, laicus, hortulanus, aet. 74, prof. 36, religiosus valde pius [4].

XXIV.

1686 obiit peste in Hungaria V. P. Laurentius Rickart, sacellanus campestris in exercitu Christiano contra Turcas dimicante, sac. anno 30 [5].

1808 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Fridericus Schmittdiel a Neustadt in Hassia, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 52, sac. 50.

1858 obiit in conventu Fuldensi V. P. Rhabanus Doering Gieboldhusanus, aet. 61, prof. 29, sac. 26.

XXV.

1690 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Franciscus Opilio Uderanus, aet. 57, prof. 39, sac. 34, quondam magister (1669-72) et praefectus (1672-74) scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis [6].

XXVI.

1669 obiit in missione Ockstadt in Wetteravia V. P. Ioannes Caron, sac. anno 20, Superior actualis missionis et sacellanus aulicus D. Baronis de Frankenstein ibidem (1669-ad mortem), antea missionarius in ditione Hatzfeldiana (Praeses Friesenhagensis 1655-56 et Krottorfensis 1656-57), Praeses Salismonasteriensis (1659-60) et Volkersbergensis (1663-64), necnon Guardianus Hammelburgensis (1660-61) et Attendornensis (1664-66) ac parochus Salismonasteriensis (1659-60) [7].

1696 obiit in conventu Worbiano V. P. Casimirus Rogge Worbianus, sac. anno 6 [8].

[1] Ita BF; Bihl, 93. — [2] Ita L. — [3] Bihl, 63, 73 sq., 82. — [4] SN ad annum 1800. — [5] AC « Ruchortt » et « Riccord ». — [6] V die 24 huius. — [7] F falso dicit eum obiisse 1696. — [8] Erat filius primi Syndici huius conventus: B W. Idem documentum etiam ipsum Syndicum commemorat (13. Nov.) his verbis: « Recommendatur... D. Nicolaus Rogge, consul Stadtvorbiensis, qui primus pater Spiritualis et Syndicus Apostolicus, praeter alia beneficia praestita, structuram huius conventus auxilio et consilio plurimum promovit » etc. Fuit Syndicus usque ad a. 1693, quo obiit.

1714 obiit Fuldae in monasterio PP. Benedictinorum [1] Fr. Ludovicus Müller, laicus, aet. 50. prof. 31, egregius faber, qui cum P. Adamo Oehninger vetus organum in ecclesia cathedrali Fuldensi reparavit auxitque [2]. Similiter cum eodem organum conventus Salismonasteriensis construxit.

1767 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Xystus Meyer Dittigheimensis, aet. 46, prof. 26, sac. 23.

1774 obiit in conventu Neoburgensi ad Danuvium A. V. P. Ericus Pistorius, ord. iubilarius, aet. 68, prof. 51, sac. 46, ex Neoburgensibus anno 1773 Provinciae nostrae incorporatis [3].

1829 obiit in conventu Fuldensi Fr. Laurentius Weissbecker Salismonasteriensis, laicus, sartor, ord. iubil., aet. 76, prof. 50 [4].

XXVII.

1671 obiit V. P. Hermannus Heyden Siegenensis, sac. anno 8, Vicarius actualis Limburgi, ex termino Sigenensi redux, antea Guardianus ibidem (1669-70), et Praeses Mariaevallensis ad Siegam (1666-69). Cum anno 1666 in Germania pestis grassaretur, rogatu D. Ioannis Philippi a Schönborn, Archiepiscopi Moguntini, curam aegrotorum in Rhingavia suscipiens, testimonium insigne fidelis laboris et magnae charitatis in pestiferos ab eodem Archiepiscopo suscepit [5]. Cum P. Georgius Vestrarts, eius socius, victima charitatis occubuisset, nec ullus eius corpus ad sepulturam portare auderet, ipse P. Hermannus illud humeris suis ad ecclesiam detulit, quo viso, homines timidi lacrimis profusis, sepulturam perfecerunt [6].

1722 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Hermannus Setz, laicus, aet. 66, prof. 42 [7].

1804 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Theodebertus Moesel Aschaffenburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 73, prof. 52, sac. 50, ultra 18 annos curatus in Aufenau (1781-1801), concionator fervidus cunctis parochianis amandissimus [8].

XXVIII.

1635 obiit in conventu Limburgensi Fr. Georgius Bauschoff [9].

1716 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Stephanus Resch, sac. anno 35, olim magister scholarum in gymnasio Franciscano Hammelburgensi (1681-83) [10].

1717 obiit in conventu Attendornensi Fr. Iacobus van Schwien, laicus, iubil. ord., prof. anno 54 [11].

1732 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Martinus Treckels, aet. 69, prof. 43, sac. 39 [12].

1789 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Leodegarius Fischlein Sesshofanus, aet. 61, prof. 39, sac. 37.

---

[1] Ita BF. — [2] Bihl, 187. — [3] Supra, 57. — [4] BF falso dicit eum fuisse annorum 67. — [5] Liebler ad annum 1671; infra, 190. — [6] Hueber, 883; S falso dicit eum obiisse 1674; V « Kreiden ». — [7] Deest in tabula defunctorum resid. Friesenhagensis a P. Leon. Lemmens descripta; cf. supra 46 n. 6. — [8] SN ad annum 1804. — [9] V « Banschoff ». — [10] F die 27 huius; V « Reich » AC « Rösch ». — [11] S « van Swien ». — [12] Numeri aetatis etc. incerti sunt. Tabula def. resid. Friesenh. supra citata vocat eum « Flockels » falsoque dicit eum fuisse laicum.

1836 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Leopoldus Knips Fuldensis, ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 64, sac. 58, quondam magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Schillingsfürstensi (1779-82) et Salismonasteriensi (1782-95) [1].

XXIX.

1670 obiit in conventu Dettelbacensi V. P. Gratianus Dirix.

1815 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Demetrius Tremer Kothensis, Guard. et concion. em., ord. et sac. iubil., aet. 85, prof. 65, sac. 59, primum magister scholarum gymnasii Attendornensis (1758-61) et Hammelburgensis (1761-64) atque praefectus Miltenbergae (1764-66), deinde Guardianus Volkersbergensis (1774-77; 1791-94?) et Mosbacensis (1779-82; 1785-88), necnon concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1770-74) ac curatus militum (1773-74), denique Chronista (1800-?), Definitor (1782-85; 1788-91) et Custos (1794-97) Provinciae.

XXX.

1741 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Sigismundus Stalhoffen Montaburanus, Guard. em. et actualis (1740-ad mortem), aet. 67, prof. 40. sac. 33, antea Guardianus Hadamariensis (1720-22; 1725-26), Limburgensis (1722-25), Attendornensis (1726-28; 1734-37) et Volkersbergensis (1729-32), necnon Definitor Provinciae (1737-40) [2].

1784 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Martinus Woerner Hardheimensis, aet. 39, prof. 18, sac. 15 [3].

Mense Septembri, nullo assignato die, in Domino pie obiit:

1776 in conventu Schwarzenbergensi V. P. Vitalis Werner Wolfmannshusanus, aet. 43, prof. 19, sac. 17 [4].

OCTOBER.

I.

1707 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Christophorus König, laicus, prof. anno 40.

1730 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Engelbertus Zeis, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 50, prof. 32, sac. 26, qui primum philosophiam (1704-07;

[1] In bibliotheca nostra Salismonasteriensi varia ipsius manuscripta asservantur: *Katechismus-Lehre nach dem im Fürstenthume Fulda üblichen Katechismus mit Geschichten Sittenlehren und Erklärungen ergänzt von* P. L[eopoldus] K[nips] F[uldensis] 1812. MS. in-8° maiori, pagg. 415. — Deinde plura opella scenica: 1). *Der unglückliche Geizige, ein Lustspiel in drei Aufzügen, aufgeführt von den Schulen zu Salmünster 1780.* — 2). *Pilatus der ungerechte Richter.* — 3). *Die kindliche Liebe.* — 4). *Der Erlöser, oder das aus Liebe fuer den Suender geschlachtete Lamm Gottes; Ein Trauerspiel.* — 5). *Chethobethi, Benni und Charumi, drey Christliche Japoneser.* — Num vero haec opella ex ingenio P. Leopoldi manarint, explorare non licuit. — [2] Deest in S. — [3] Knieb, *Das Franziskkl. z. Worbis,* apud *Beiträg. z. G. d. säch. Provinz,* III, 1910, 93, scribit quemdam P. Martinum organum conventus Worbiani, 48 registra continens, circa 1775 construxisse. Si iste P. ad nostram Provinciam pertinuit, solus Martinus Woerner fuit. — In bibliotheca nostra Fuldensi adservatur manuscriptum, cui titulus: « *Theologia scripta per Martinum Woerner* », certum tamen est hoc solummodo apographum dictatus Lectoris cuiusdam P. Martini esse. — [4] F die 20 huius; S die 23 huius; V die 25 huius.

1708-10) et theologiam (1715-17) docuit, deinde Augustaburgae prope Arnstadt Augustae Dorotheae, Principissae de Schwarzburg-Sondershausen, natae Ducissae de Braunschweig-Wolfenbüttel, quae anno 1715 ad ecclesiam catholicam redierat [1], sacellanum aulicum egit (1717-25) [2], postea guardianatum Wetzlariensem administravit (1725-28) et residentiae Spalatinae praefuit (1728-29), denique concionator summae aedis Fuldensis factus est (1729-ad mortem) [3].

1757 obiit in conventu Montaburano V. P. Clemens Ernst, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 51.

1855 obiit in statione Langenschwarz V. P. Aegidius Plappert a Margretenhaun, aet. 48, prof. 25, sac. 22, curatus ibidem, qui curae animarum incumbens, victima febris malignae sublatus est [4].

1861 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Benedictus Endres Erfordiensis, aet. 61, prof. 38. sac. 37 [5].

II.

1704 obiit in conventu Fuldensi Fr. Antonius Beyer, patria Tirolensis [6], aet. 31, prof. 7, laicus, architectus expertus, qui singulari industria ecclesias Hammelburgensem, Mosbacensem [7] et Mariaevallensem, necnon ecclesiam praeposituræ Thulbensis [8] ad nitidam et religiosam formam reduxit, et decaniam Fuldensem sub D. decano Bonifatio a Buseck a fundamentis exstruxit [9]. Videtur quoque, ipse fuisse Franciscanus ille, cui D. Adalbertus de Schleifras, Princeps Abbas Fuldensis, revisionem delineationis modernae ecclesiae Cathedralis Fuldensis a Dientzenhöfer factae, et fortassis etiam ipsius structurae exsecutionem demandaturus fuerat, quod tamen facere non potuit, praematura morte Fr. Antonium rapiente [10].

1751 obiit in conventu Worbiano V. P. Daniel Fuchs Limburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 86, prof. 66, sac. 62, qui postquam magister scholarum in gymnasio Franciscano Attendornensi (1695-97) atque magister (1697-98) et praefectus (1698-1701) in gymnasio Episcopiensi fuit, factus est Guardianus Montaburanus (1707-08) et Praeses Friesenhagensis (1705-07; 1725-26) [11].

1773 obiit in conventu Worbiano Fr. Wenceslaus Marx a Leitmeritz, laicus, statuarius, aet. 62, prof. 38.

III.

1718 obiit in conventu Limburgensi V. P. Christianus Diestel, sac. anno 31, olim magister (1687-90) et praefectus (1690-95) scholarum gymnasii Franciscani Attendornensis.

1742 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Albinus Wolf a Königshofen, aet. 55, prof. 10, sac. 8, qui magister (1735-40) et praefectus (1740-41) scholarum gymnasii Hammelburgensis fuerat.

---

[1] Ita AC ad annum 1717. — [2] Cf. Räss, *Die Convertiten,* Freiburg, IX, 290. — [3] Bihl, 92, 152. — [4] Ita BF. — [5] Sic. — [6] AP ad annum 1704. — [7] BF, ubi vocatur Peyer. — [8] AP loco cit. — [9] BF — [10] Bihl, 186; Schlereth, *Der Dom und die vorigen Hauptkirchen in Fulda,* ap. *Buchonia,* I, 2, Fulda 1826, 85-152; II, 1, 148-208; praesertim p. 152 sq. — [11] Deest in V.

1749 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Coelestinus Stoltz Marbacensis, aet. 30, prof. 10, sac. 6, magister scholarum ibidem actualis (1747- ad mortem) [1].

1778 obiit in conventu Fuldensi V. P. Meinradus Metz Burkardrothensis, aet. 50, prof. 30, sac. 28, Vicarius actualis, antea praefectus scholarum in gymnasiis Franciscalibus Montaburano (1758-61) et Miltenbergensi (1767-70), necnon concionator urbicus Mosbaci (1765-67) et Miltenbergae (1767-70), atque concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1770-76).

1778 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Bartholomaeus Waldhelm a Dingelstädt, aet. 62, prof. 38, sac. 36, olim Guardianus Hachenburgensis (1759-62) et superior missionis Kupferzell (1762-73).

1779 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Titus Ludwig Aschaffenburgensis, Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 72, prof. 52, sac. 50, quondam Praeses missionis Kupferzell (1752-55), Guardianus Salismonasteriensis (1758-59), Volkersbergensis (1759-61; 1766-67) et Schwarzenbergensis (1770-73) atque Definitor Provinciae (1767-70).

1798 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Franciscus Borgias Hemmerich Poppenhusanus, aet. 63, prof. 41, sac. 39 [2].

1801 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Honoratus Herrlein Hammelburgensis, magister scholarum actualis ibidem (1800- ad mortem), aet. 31, prof. 11, sac. 7.

1808 obiit in statione Burkardroth V. P. Arsenius Rehm Arnsteinensis, aet. 70, prof. 48, sac. 45. Hic vir, quem Patres Capituli Provincialis anno 1769 congregati « virum integerrimae vitae, moribus et virtutibus religiosum decentibus ornatum [3] » appellarunt, anno 1769 Terram Sanctam petiit. Pluribus muneribus laudabiliter ibidem perfunctus, Cairum in Aegypto missus est, ubi curam animarum nationis Gallicae per sexennium (1771-77 vel 1770-76) exercuit [4]. Cum in Palaestina et Aegypto commoraretur, plures linguas Orientales, praecipue Arabicam egregie perdidicit. Ad nativam Provinciam rediens, 108 manuscripta Arabica diversorum saeculorum, quorum aliqua usque ad saeculum 8 pertingunt, secum tulit [5], quae tamen postea ignorantia et negligentia quorumdam partim in bibliothecam publicam Fuldensem, partim in possessionem monasterii O. S. B. Monacensis ad S. Bonifatium pervenerunt [6]. Ipso agente, in Provincia linguae Orientales doceri coeperunt, fuitque ipse primus Lector earumdem (1777-86). Anno 1780 professor ordinarius publicus linguae Arabicae, ac duobus annis post etiam Hebraicae, in Universitate Adolfiana Fuldae creatus est (usque 1784?) [7]. Denique munus concionatoris in praepositura Iohannesberg prope Fuldam obivit (1791-95) et guardianatum Volkersbergensem administravit (1800-03).

---

[1] Iuxta S et Misc. II (docum. contempor.) obiisset 1749; F die 21 huius dicit eum 1749, sed hodierna die † 1753; V dicit eum † 1750. — [2] S manu posteriori « Hendvig ». — [3] AC 1769. — [4] SN ad annum 1808. — [5] HK 224. — [6] Bibl, 141. — [7] Bibl, 138-141, et AC. Scripsit inter alia: 1) *Grammatica Arabica, agrumia appellata cum versione latina ac dilucida expositione A. R. P. F. Thomae Obicini O. F. M.... pro studio Arabico conscripta a* Fr. Arsenio Rehm, *Linguae Arabicae professore, anno 1778* (in bibl. publica Fuld.). — 2) *Leichte Weise in kurtzer Zeit in Arabischer Sprach Beicht zu hören, zum Gebrauch* F. Arsenii Rehm *zusammengetragen zu Cairo der Hauptstatt in Egypten im Jahr 1775* (Ibidem). — 3) *Sanctum Iesu*

1910 obiit in civitate Kreuznach in nosocomio Fratrum Tertii ordinis de Waldbreitbach A. V. P. Leo Kircher a Rückers prope Marbach, Lect. humaniorum et praefectus iuvenum in collegio seraphico Watersleydensi actualis, aet. 36 prof. 17, sac. 11, vir omnibus amabilis, ovicula seu pecorella Dei ad instar patroni sui Fr. Leonis Assisiensis vulgo vocatus.

IV.

1704 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Ioannes Steinen, aet. 40, prof. 17, sac. 13.

V.

1633 obiit in conventu Limburgensi Fr. Melchior Stein, laicus.

1691 obiit in residentia Mosbacensi V. P. Seraphinus Richter, sac. anno 14, antea missionarius in ditione Hessen-Rheinfels-Wanfried et sacellanus aulicus in arce Wanfried (1683-84).

1706 obiit in conventu Montaburano Fr. Remigius van Rosmaer, laicus [1].

1715 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Bonifatius Muth, Guard. em. Def. actualis, sac. anno 42, qui munera Guardiani Attendornensis (1677-80; 1707-10), Volkersbergensis (1683-86; 1711-13), Schillingsfürstensis (1689-92), Mosbacensis (1698-1701) et Episcopiensis (1702-04) obivit et bis Definitor Provinciae electus est (1704-07; 1713-ad mortem) [2].

1762 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Donulus Meyer Hagiopolitanus, aet. 36, prof. 16, sac. 12, quondam magister (1752-53) et praefectus (1753-55) scholarum gymnasii Franciscani Attendornensis [3].

1780 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Marcianus Hauck Miltenbergensis, aet. 67, prof. 45, sac. 43.

1808 obiit in conventu Worbiano V. P. Maxentius Schroeder Freudenbacensis, Vicarius actualis, aet. 72, prof. 49, sac. 47.

1812 obiit in via prope Episcopium ad Tuberam V. P. Godefriedus Kees Arnshusanus, aet. 59, prof. 54, sac. 31. Post lectam missam in pago vicino

Christi Evangelium secundum Matthaeum ex Arabico codice saeculi VIII descriptum per R. P. Arsenium Rehm O. S. Fr., *p. o. in univ. Professorem Fuldae 1782, dum Cairi in Aegypto nationis Gallicae 1773 Parochus esset* (Ibidem). — 4) *Alphabetum Linguae Armenicae, conscriptum in navigatione per mare Liburnum versus, anno Domini 1776 a* R. P. Arsenio Rehm O. S. F. (Ibidem). — 5) *Formula Literarum in Idiomate Turcico,* Fr. Arsenius Rehm, *Cairi anno 1776* (Ibidem). — 6) *Liber IV et V Supplementi Grammaticae Hebraicae R. P. Wiedenhofer ad faciliorem Linguae Sanctae intelligentiam pro tyronibus compilati a* P. Arsenio Rehm, *in Univ. Adolph. Lingu. Orient. Professore. Anno 1783, Fuldae in conventu Mariano,* 2 tomi, desunt tom. I-III, (in bibl. Conv. Fuldensis). Iuxta catalogum bibliothecae Fuldensis anno 1718 conscriptum (in appendice recentiori) reliquit: 7) *Tractatum quendam historico-scholasticum de quadam materia,* cuius nomen legi non potest. Cf. quoque Stockhausen, I. Chr., *Reisebeschreibung,* ap. *Buchonia... hrsg von F. Zwenger,* Fulda 1881, II, n. 34 et 36; P. Schegg, *Erinnerungen an Dan. Bonif. von Haneberg* [abbat. S. Bonifatii O. S. B. Monachii, qui MSS. illa an. 1852 acquisivit; 1872-1876 episc. Spirensis], München 1877, p. 94. — [1] F « Rosmael » adducit cum etiam die 15 huius. — [2] Bihl, 91, 169. — [3] V die 4 huius.

redux, in via apoplexia tactus, inter brachia comitis Vicarii illico exspiravit. Fuit olim terminarius Salismonasteriensis, vir summe laboriosus et perfectionis mire studiosus [1].

VI.

1689 obiit in conventu Montaburano V. P. Walterus Rosmer, sac. anno 40 [2].

1716 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Matthias Straven, laicus [3].

1724 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Ambrosius Reichard, aet. 45, prof. 23, sac. 19, olim concionator urbicus Mosbacensis (1714-16) [4].

1730 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Bonaventura Pfitzenreuter, aet. 65, prof. 45, sac. 41, qui, postquam magister (1690-93) et praefectus (1693-95) scholarum in gymnasio Franciscano Limburgensi, necnon praefectus gymnasii Hammelburgensis (1702-04) fuit, parochiam Wetzlariensem administravit (1705-14), missioni Euerbach praefuit (1714-17) atque Praeses et parochus Friesenhagensis factus est (1722-25) [5].

1733 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Gratianus Dirix Leodiensis, ord. et sac. iubil., Guard. em., aet. 81, prof. 60, sac. 56, qui bis munus Praesidis (1686-92; 1693-97) et quinquies munus Guardiani (1701-04; 1707-10; 1713-16; 1719-22; 1725-26) Salismonasteriensis obivit et quatter Definitor Provinciae electus est (1698-1701; 1710-13; 1716-19; 1722-25). Praeterea per 38 annos parochum Salismonasteriensem egit (1687-92; 1693-98; 1700-28). Sacerdos erat zelo Dei plenus, accuratus in negotiis gerendis, qui nec potentes huius saeculi offendere timuit, si res agebatur iustitiae. Animo infracto bonis ecclesiasticis Salismonasteriensibus, quae tempore reformationis in manus saecularium transierant, restituendis studuit, quamvis nobilis Ioannes Henricus de Hutten, qui maiorem eorumdem partem sibi vindicaverat, ei vehementer obsisteret. Praeterea veterem ecclesiam collegiatam ibidem instaurandam curavit et conventum aedificavit [6], quibus aliisque meritis in hunc conventum et parochiam aeterna dignus est memoria.

1759 obiit in conventu Limburgensi Fr. Alexius Spannenberger Fuldensis, laicus, scrinarius, aet. 53, prof. 24.

1767 obiit in conventu Fuldensi V. P. Concordius Freysleben Fuldensis, aet. 39, prof. 19, sac. 15, olim missionarius in Ockstadt et Friedberg in Wetteravia (1754-64) [7].

VII.

1691 obiit Ebeckij(?) in Slavonia V. P. Adam Offheim, sacellanus campestris, sac. anno 15.

1692 obiit in conventu Fuldensi V. P. Narcissus Salmon, aet. 34, prof. 15, sac. 9 [8].

1732 obiit in conventu Fuldensi V. P. Rhabanus Guthmann, aet. 35, prof. 11, sac. 9, olim parochus Schillingsfürstensis (1729-31).

---

[1] SN ad annum 1812. — [2] V et F « Rosmar ». S falso dicit eum 1690. — [3] Ita S et AC ad annum 1717; V « Strauven »; F « Strauben » die 3 huius. — [4] M die 24 huius. — [5] V « Pfitzschenveuter ». — [6] HK 154-163. S falso die 4 huius. — [7] F et V « Freisleben ». — [8] S « Salomon ».

1742 obiit in conventu Montaburano Fr. Melchior Maes, laicus, ord. iubil., aet. 79, prof. 51 [1].

1786 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Anselmus Zeyer Brückenaviensis, aet. 63, prof. 43, sac. 39, pridem magister (1747-49) et praefectus (1749-53) scholarum gymnasii Attendornensis ac primus missionarius stabilis in Waldenburg (circa 1752) [2].

VIII.

1759 obiit in conventu Worbiano V. P. Robertus Meyer Hagiopolitanus, aet. 43, prof. 22, sac. 18.

1761 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Aemilianus Schaupp Hammelburgensis, aet. 65, prof. 41, sac. 38, qui, postquam magistrum scholarum gymnasii Franciscani Mosbacensis (1725-28) et Limburgensis (1728-29), necnon praefectum scholarum Limburgi (1729-32) et Hammelburgi (1741-43; 1759-62) egit, Guardianus Spalatinus (1746-47) et Volkersbergensis (1750-52) electus est.

1786 obiit in conventu Fuldensi Fr. Balthassar Schneider a Brüchs, laicus, scrinarius, aet. 62, prof. 42. Decessit e vita mane hora 8 [3].

Tribus horis post obiit in eodem conventu A. V. P. Theodoricus Gerlach a Feuerthal, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 62, prof. 38, sac. 36, qui primum philosophiam (1752-55) et theologiam (1755-67) exposuit, deinde partes Guardiani Miltenbergensis (1767-70) et Fuldensis (1773-76) explevit, denique Chronista (1767-70) et Definitor Provinciae (1770-73) factus est [4].

1818 obiit in conventu Fuldensi V. P. Christianus Schmitt Marbacensis, aet. 51, prof. 32, sac. 27 [5].

1828 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Kilianus Henkel, laicus, aet. 41, prof. 14 [6].

IX.

1678 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Antonius Heringius Limburgensis (?), Guard. em., ord. et sac. iub., senior Provinciae aet. 74 (?), prof. 54, sac. 51, qui quater guardianatum Limburgensem (1637-40; 1641-46; 1664-69; 1673-74) et ter guardianatum Fuldensem (1646-49; 1652-53; 1660-63) administravit ac insuper Guardianus Wetzlariensis (1640-41), Hadamariensis (1655-57) et Dettelbacensis (1672-73) fuit. Praeterea munera Instructoris novitiorum (1669-72) obivit et septies Definitorio Provinciae adnumeratus est (1639-43; 1646-49; 1652-55; 1657-60; 1663-66; 1669-72; 1674-77). Vir erat disciplinae monasticae zelantissimus, in officio divino diu

[1] Deest in V. — [2] Brevis instructio § 19; V die 6 huius. — [3] V die 7 huius. — [4] V die 7 huius; Bihl, 75, 208. Edidit Theses: *Epitome de praecipuis Theologiae Dogmaticae Principiis, Sacra Scriptura, Traditione, Ecclesia dispersa congregata et Romano Pontifice, una cum corollariis ex IV Libris Sententiarum, Auspice Deo, Publicae Eruditorum Disquisitioni exposita, Praeside* P. F. Theodorico Gerlach, *Episcopi ad Tub. et Hammelburgi 1764,* s. l. in-8°. SH ad annum 1786 notat: « Scripsit de locis theologicis », quae verba innuere videntur dissertationem modo adductam. — [5] Deest in V; falso eum « laicum » appellat. — [6] Deest in V et BV; S dicit eum obiisse 1827.

noctuque diligentissimus, statutorum observantissimus, quod maxime ex eo elucet quod quamvis per 50 annos cum cognatis suis in eadem civitate moraretur, numquam vel unicum haustum vini apud illos sumpsit [1]. Die 28 Decembris 1631 Wetzlariae in manus militum Suecorum incidit, qui fune campanae suspensum sclopetis suis perforare conati sunt. Quamquam vero Sueci bis crudele hoc spectaculum repetierunt, bis tamen homicidium impeditum est, ut P. Antonius quasi miraculo servatus aufugere et in domo civis Protestantis sese abscondere posset, unde clam ad copias Hispanicas in civitatem Braunfels se contulit [2].

1714 obiit in conventu Worbiano V. P. Gabriel Gille, sac. anno 34.

1805 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Quodvultdeus Becker Miltenbergensis, aet. 69, prof. 48, sac. 46, Vicarius actualis ibidem, antea magister scholarum gymnasii Schillingsfürstensis (1762-71) ac praefectus Miltenbergae (1774-76) et Episcopii (1800-04), item Guardianus Episcopiensis (1779-82), Dermbacensis (1786-88) et Miltenbergensis (1791-94?), atque concionator urbicus Mosbaci (1771-74) et Miltenbergae (1785-86) et Secretarius Provinciae (1777-79). Vir erat laboriosus et voluntati Dei resignatissimus [3].

1817 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Simon Wittmann Waldaschacensis, ord. et sac. iubil., aet. 86, prof. 66, sac. 62, olim scholarum magister in gymnasiis Franciscanis Hammelburgensi (1758-61), Miltenbergensi (1761-64) et Episcopiensi (1764-66), ubi etiam praefectum egit (1766-67). Postea superior missionis Marktbreit (1776-85) et Erlach (1785-92?) atque Guardianus Spalatinus (1792?-95) factus est [4].

X.

1774 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Probus Hollermann Miltenbergensis, laicus, coquus, ord. iubil., aet. 74, prof. 51.

XI.

1789 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Rainaldus Rammes Grünsfeldensis, aet. 65, prof. 45, sac. 41.

XII.

1652 [5] obiit in conventu Boetendalensi Provinciae Belgicae A. R. P. Aegidius Houtmans [6] a Bruxellis, Ex-Definitor Generalis, Ex-Minister Provinciae Thuringiae, prof. anno 41. Egregius erat Ecclesiastes, qui multos labores pro bono Ordinis sustinuit, munusque Definitoris Generalis obtinuit [7].

Anno 1629 decreto P. Bernardini a Senis, Ministri Generalis, Custos Provinciae Saxoniae S. Ioannis Baptistae denuo resuscitatae, nominatus est. Cum vero erectio huius Provinciae perfici non posset, P. Ioannes a Campanea, novus Minister Gene-

---

[1] AP ad annum 1678 « Herinx ». — [2] Bihl, 62, iuxta Bürvenich; Bihl, 122. — [3] SN ad annum 1805. — [4] F die 14 huius. — [5] Ita F et Schoutens, 171; S falso dicit eum obiisse 1643; F † 1653. — [6] Ita Schoutens l. c.; fontes Germanici eum « Hausmann » appellant. — [7] Schoutens l. c., sed in *Chronolog. hist. leg.* non invenitur.

ralis, die 13 Augusti 1633 eumdem primum Ministrum Provinciae Thuringiae constituit, quam Provinciam denuo erigendam esse capitulum generale Toletanum eiusdem anni decreverat [1]. Die 24 Septembris anni 1633 ipsa erectio in effectum deducta est [2], cum P. Ioseph Bergaigne, Commissarius Generalis nationis Germano-Belgicae, de consilio eiusdem P. Aegidii primum Definitorium huius provinciae nominaret [3]. Ipse vero P. Aegidius durante bello 30 annorum dicto, Provinciam a die 24 Septembris 1633 usque ad diem 19 Septembris 1639 et die 3 Maii 1643 usque ad diem 13 Maii 1646 ita feliciter rexit, ut non obstantibus multis vicissitudinibus huius temporis perduraret et cresceret [4].

1715 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Adam Ring, sac. anno 10 [5].

1734 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Kilianus Seuffert, laicus, ord. iubil., aet. 78, prof. 50.

1774 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Caesarius Meyers a Randersacker, ord. et sac. iubil., aet. 80, prof. 57, sac. 55 [6].

1857 obiit in Kleinlüder prope Fuldam V. P. Ferdinandus Vollmar a Schondra, stationarius ibidem, aet. 45, prof. 25, sac. 20.

XIII.

1743 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Theophilus Bartholmé Königheimensis, aet. 43, prof. 22, sac. 19, olim Guardianus Hadamariensis (1740-41) et Episcopiensis (1741-43).

1870 obiit in conventu Fuldensi Fr. Ioseph Post, laicus, aet. 68, prof. 39.

XIV.

1727 obiit in conventu Hachenburgensi V. P. Antonius Schönbrodt, Vicarius actualis, aet. 66, prof. 44, sac. 40, olim Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1711-13).

1729 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Udalricus Schmitt, laicus, aet. 69, prof. 46.

1798 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Iacobus Hahn Fuldensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 69, prof. 52, sac. 47, qui postquam in gymnasio Franciscano Hammelburgensi magistrum (1753-56) et praefectum (1756-58; 1774-76; 1779-80) scholarum egit, postquam philosophiam (1758-62) et theologiam (1762-67; 1770-71; 1779-80) docuit, postquam denique guardianatum Fuldensem (1767-70), Dermbacensem (1771-73; 1776-77), Hammelburgensem (1773-74) et Volkersbergensem (1777-79) administravit, primum Definitor (1779-82) et Secretarius Provinciae (1780-82), deinde Minister Provincialis, denique Custos (1785-88), itemque Secretarius Provinciae (1785-86) effectus est. Rexit qua Minister Provinciam a die 19 Maii 1782 usque ad diem 15 Maii 1785, fuitque vir apprime religiosus, bonus, sincerus et regularis disciplinae fervens zelotes [7].

---

[1] *Chronolog. Prov. Thur.* § IV; supra, 53; infra, 189 l. 13 sqq. — [2] Schoutens, l. c. — [3] Lemmens, *Werdezeit,* 20-1. — [4] Fuit etiam Guardianus Attendornensis 1640-41. — [5] F die 11 huius; V « Rinck ». — [6] V die 11 huius. — [7] SH ad annum 1798.

1809 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Lambertus Weisshahn Maberzellensis, Vicarius actualis, aet. 54, prof. 34, sac. 31.

1875 obiit in conventu Fuldensi paucis diebus ante suppressionem huius conventus A. V. P. Anselmus Kremer a Grosskrotzenburg, aet. 61, prof. 41, sac. 26, quondam Guardianus Fuldensis (1855-59) et Discretus Custodiae (1858-61; 1867-70).

XV.

1667 obiit in conventu Fuldensi Fr. Gerardus Kannengiesser, laicus, aet. 69, prof. 29 [1].

1691 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Franciscus Walck, clericus sacerdos [2].

1734 obiit in conventu Worbiano V. P. Quirinus Zeyer, aet. 29, prof. 5, sac. 1.

1746 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Antonius Licht Fuldensis, aet. 56, prof. 34, sac. 31.

1759 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Henricus Laurenz Lovaniensis, laicus, scrinarius, ord. iubil., aet. 88, prof. 66 [3].

1785 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Nicasius Stecher Episcopiensis, vir intemeratae vitae, simplex et candidus [4], aet. 62, prof. 44, sac. 37.

XVI.

1710 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Hugo Schüler Leinefeldensis, aet. 66, prof. 46, sac. 40.

1726 obiit in conventu Limburgensi V. P. Friedericus Porten, aet. 62, prof. 41, sac. 37 [5].

1746 obiit in conventu Dermbacensi A. V. P. Constantinus Bischoff Miltenbergensis, aet. 49, prof. 29, sac. 25, Guardianus actualis ibidem (1746-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Franciscalis Limburgensis (1722-25) et praefectus in gymnasio Mosbacensi (1725-28), item missionarius in Eschwege ditionis Hessen-Rheinfels (1744-46) et Guardianus Dermbacensis (1741-44).

1747 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Petrus Baptista Colen Trudonensis, Guard. em., aet. 65, prof. 45, sac. 42, quondam Guardianus Hachenburgensis (1728-31) et per 16 annos commissarius pannificii (1725-28; 1734-40; 1741-46).

1761 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Blasius Schupp a Ballenstein (?), aet. 67, prof. 47, sac. 42, olim concionator urbicus Mosbacensis (1729-31).

1767 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Caecilianus Brotzler Laudanus, aet. 33, prof. 9, sac. 8 [6].

1812 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Ioseph Umpferbach Miltenbergensis, laicus, coquus, ord. iubil., aet. 80, prof. 56 [7].

---

[1] F « Vannengiessen ». — [2] V « Falck ». — [3] F « Lorentz ». — [4] SH ad annum 1785. — — [5] F « Borten ». — [6] Sic. — [7] Deest in V.

1818 obiit in conventu Hammelburgensi Rmus P. Ignatius Reid a Kleinsassen, ultimus Commissarius Generalis nationis Germano-Belgicae, Ex-Minister Provinciae, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 46, qui philosophiam (1774-77) et theologiam (1777-85; 1788-89; 1791-94?) exposuit, munera Guardiani Salismonasteriensis (1785-88) et Volkersbergensis (1789-91) obivit atque Definitor (1791-94), Custos (1797-1800) et Minister Provincialis electus est. Rexit Provinciam a die 28 Maii 1803 usque ad diem 20 Iunii 1806. Anno 1807 Commissarius generalis nationis Germano-Belgicae electus est, quod munus tempestatibus saecularisationis ipso mortuo interiit [1].

1905 obiit Sigmaringae in conventu Gorheimensi V. P. Ioseph Günther a Niesig, aet. 28, prof. 10, sac. 4.

XVII.

1666 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Lambertus van den Weyer Traiectensis, Ex-Minister Provinciae et Minister Provincialis actualis, aet. 71, prof. 49, sac. 45, qui, postquam in Provincia nativa Coloniae plura officia laudabiliter absolvit, anno 1629 a Bernardino de Senis, Ministro Generali, Provinciam Saxoniae S. Ioannis Baptistae restituere tentante, huius Definitor nominatus est [2]. Cum vero haec in effectum deduci minime possent, idem ipse a P. Ioseph Bergaigne, Commissario Generali nationis Germano-Belgicae, anno 1635 primus Custos (-1639) Provinciae Thuringiae resuscitatae electus est [3], cuius officii munera deinceps etiam ter obivit (1643-46; 1652-55; 1660-62). Cum P. Aegidius Houtmans, primus Minister Thuringiae [4], adhuc Romae graviorum negotiorum causa retineretur (usque ad diem 24 Febr. 1636), P. Lambertus primo anno qua Custos et Commissarius restaurationem Provinciae ad effectum deduxit [5]. Fuit quoque primus novitiorum Instructor (?), primus Guardianus Limburgensis (1637-38) et Attendornensis (1638-39, praeterea 1643-44; 1647-49), Praeses (1652-55) et primus Guardianus Hammelburgensis (1655-57; porro 1661-63), necnon Guardianus Hadamariensis (1646-47). Cum ob tumultus belli 30 annorum Capitulum provinciale celebrari non posset anno 1639, a P. Ioanne Marinero, Ministro Generali, per decretum die 19 Septembris datum, Provinciae Thuringiae qua Minister praefectus est, quam usque ad diem 3 Maii 1643 rexit. Praeterea etiam ter, a die 13 Iunii 1649 usque ad diem 25 Iunii 1652, a die 18 Novembris 1657 usque ad diem 25 Iulii 1660 atque a die 9 Maii 1666 usque ad mortem Provinciam gubernavit. P. Philippo Hoegel, Ministro Provinciali defuncto, munus Vicarii provincialis susceperat (16 X 1662-19 VI 1663). Quamquam nobiligenere erat ortus, tamen de parentela laudari noluit, dicens Franciscanam nobilitatem non consistere in generis seu parentelae antiquitate, sed in humilitate et regulae observantia, sanguinisque nobilitatem, nisi virtus accederet, parvi faciendam esse, sicque ipse parvi faciebat semper. Pro restitutione Ordinis in Germania plures legationes ad aulam Caesaream subiit, et pro restitutione Provinciae coadiutor optimus P. Aegidii Houtmans fuit. Capitula generalia semper pedes adiit sine ullo pecuniae adminiculo,

---

[1] Bihl, 214. — [2] *Cronolog. prov.* § 4. — [3] ibidem. — [4] Supra p. 186, l. 30 sqq.; p. 53. — [5] Bihl, 29; cf. ibid. 17, 64, 125; Lemmens, *Werdezeit*, 20 sq.

ideoque in aeternum in homines vivere meritus esset [1]. Nobilis quidam princeps hoc epitaphium ei posuit:

HeV! LaMbertVs Latet sVb LapIDe
Ex Patritiorum de Weyer non ignobili familia,
Magnis Principibus et populo gratissimus.
Moritur
Aetatis anno septuagesimo primo superato,
Professionis iubilaeo proximo,
Fratrum Minorum Ord. Seraphici non minimus,
Regularis Observantiae strictissimus,
Provinciae Thuringiae Restaurator indefessus,
Quartum Minister Provincialis,
Diversorum Conventuum Acquisitor sedulus,
Inter quos hunc quoque Sanctorum Auxiliarium Sacrum
computa.
Quorum uti vivus cultor fuit eximius
Illorum nunc in coelis esse confidimus
Ac precamur [2].

1758 obiit in via ad locum Limbach prope Mosbach V. P. Bonifatius Fastert Fuldensis, aet. 42, prof. 23, sac. 20.

1766 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Raphael Anne Kissingensis, aet. 49, prof. 27, sac. 24.

1778 obiit in conventu Spalatino V. P. Cyriacus Hisgen Montaburanus, aet. 50, prof. 31, sac. 28.

1805 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Michael Kieser Bürgstadtianus, laicus, victor, aet. 74, prof. 45 [3].

1819 obiit in conventu Worbiano V. P. Stanislaus Hesse a Deuna, aet. 63, prof. 39, sac. 36 [4].

XVIII.

1667 obiit in Rhingavia pestiferis inserviens V. P. Gregorius Vestrarts, sac. anno 3, qui, cum Ioannes Philippus a Schönborn, Archiepiscopus Moguntinus, tempore pestis anno 1666 aliquot Fratres Minores posceret aegrotis inservituros, sponte se muneri huic addixit [5]. Spatio unius anni elapso, ipse lue correptus inter brachia P. Hermanni, socii sui, spiritum Creatori suo tradidit, amplam laborum suorum mercedem in coelis accepturus [6]. Agricolae timidi, qui primum demortui corpus attingere ausi non erant, postea exemplo P. Hermanni qui socium suum propriis humeris ad ecclesiam detulit, excitati cum lacrimis sepulturam perfecerunt [7].

1700 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Christophorus Hahn, laicus, ord. iubil., prof. anno 57 [8].

---

[1] Liebler, ad annum 1666. — [2] Hueber, 850. — [3] Deest in F, S, V, invenitur tamen in AC ad annum 1806 et in serie Fratrum. — [4] Deest in V. — [5] Minges, 262. — [6] Liebler ad annum 1667. — [7] Hueber, 883. — Hueber, F et AC « Vestrarts Gregorius »; V et F « Georgius; S « Vestrath »; supra 179, l. 15-21. — [8] S « Haan ».

1711 obiit Tripoli in Syria, in itinere Hierosolymitano, V. P. Benvenutus Dentzer, sac. anno 5[1].

1737 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Philippus Grandjean, aet. 54, prof. 31, sac. 28, olim Guardianus Mariaevallensis (1720-23) et Montaburanus (1725-28), necnon Praeses Friesenhagensis (1731-34)[2].

1756 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Wenceslaus Haydacker Ellingensis, aet. 58, prof. 35, sac. 31.

1814 obiit in conventu Dermbacensi Fr. Ioannes Rettner Schnackenwerthensis, laicus, sartor, ord. iubil., aet. 78, prof. 53.

1821 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Hyacinthus Haumann Hammelburgensis, Lector, Instructor, et Guardianus em., Director Thuringiae actualis, aet. 69, prof. 51, sac. 46, qui postquam philosophiam (1779-80) et theologiam (1777-79; 1780-88) docuit, primum Instructorem novitiorum egit (1788-97; 1800-03), deinde guardianatum Schwarzenbergensem (1797-1800) et Hammelburgensem (1803-06; 1809-ad mortem) administravit. Praeterea Definitor (1800-03), ultimus Custos antiquae Thuringiae (1812-13, ac iam pridem 1806-09) et primus Director Provinciae reliquiarum post saecularisationem (1815-ad mortem) fuit[3].

1870 obiit in conventu Fuldensi Fr. Ioseph Kramm Fuldensis, laicus, aet. 67, prof. 38.

1893 obiit Fuldae ad conventum Marianum rediens A. R. P. Damasus Rüsing ab Asseln, Custos Regiminis actualis, aet. 53, prof. 33, sac. 26, qui in Provincia Saxoniae S. Crucis Ordinem ingressus, pluribus officiis laudabiliter functus est, tum in Germania tum in America Septentrionali, quo tempore suppressionis Religiosorum in Prussia cum fratribus suis emigraverat. Visitator Custodiae nostrae factus, in capitulo anni 1884 unanimi consensu vocalium Custos Regiminis Thuringiae electus est, quo officio omnium cum laude usque ad mortem functus est. Religiosis in Prussiam iterum admissis, conventus tempore suppressionis amissos recuperavit ac novos in America et in Germania fundavit, ut iure restaurator Provinciae meritus sit appellari. Iuvenes ad Ordinem receptos vero spiritu Seraphico imbuit (1884-85) et conventum Fuldensem ceu Guardianus rexit (1887-ad mortem). Praeter haec ab initio sui sacerdotii usque ad mortem in cura animarum, praesertim in praedicandis missionibus et exercitiis spiritualibus, deinde in pulpito ecclesiae cathedralis Fuldensis (1889-ad mortem) et in cura militum (1889-ad mortem) semper erat indefessus. Ob suam scientiam practicam, modestiam, affabilitatem, pietatem agendique dexteritatem ab omnibus erat amatus et veneratus. Mediis in laboribus apoplexia tactus, sacramentis morientium munitus, obiit manibus expansis commendationem animae cum sacerdote sibi assistente recitans[4].

XIX.

1673 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Lucas Barth, laicus.

1733 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Ferdinandus Hartmann, aet. 51, prof. 33, sac. 27, Vicarius actualis ibidem, antea magister (1707-08)

[1] S « Benedictus Detzer ». — [2] S falso eum appellat Guardianum actualem. — [3] Bihl, 214. — [4] Cf. *Acta Ordinis Minorum*, XII, 208.

et praefectus (1708-11) scholarum gymnasii Franciscalis Hammelburgensis, necnon Praeses Sinsheimensis (1722-25; 1731-32), Guardianus Salismonasteriensis (1726-28) ac Definitor Provinciae (1728-31).

1737 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Pancratius Schlosser, laicus, aet. 45, prof. 20.

1792 obiit in conventu Spalatino Fr. Stephanus Streitberger Abenbergensis, laicus, sartor, aet. 46, prof. 18[1].

XX.

1707 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Nicolaus Hüttig, laicus.

1737 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Balduinus von Cöllen, aet. 66, prof. 45, sac. 41, quondam Lector philosophiae (1697-1701) et theologiae (1701-03).

1751 obiit in conventu Attendornensi V. P. Benvenutus Eickenmayer Duderstadtianus, aet. 57, prof. 35, sac. 32, olim concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1740-41; 1749-50), Guardianus conventus Worbiani (1743-44), necnon concionator ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1735-40; 1741-43) ac parochus (1744-47) et Guardianus (1744-46) ibidem[2].

XXI.

1757 obiit in conventu Limburgensi Fr. Constantinus Latomus Miltenbergensis, laicus, chirurgus, aet. 50, prof. 5.

1804 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Venantius Reichert Bürgstadtianus, aet. 47, prof. 27, sac. 23, qui magister scholarum gymnasii Franciscani Episcopiensis fuit (1783-97), necnon praefectus Miltenbergae (1803-04) et Episcopii (1804- ad mortem). Praeterea guardianatum Sinsheimensem (1797-1800) et Miltenbergensem (1803-04) administravit.

1816 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Zosimus Schuppert Haltenbergstettensis, ord. et sac. iubil., aet. 85, prof. 65, sac. 61, aliquando missionarius in Wilhermsdorf apud D. Comitem de Styrum (1783-88)[3].

1841 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Polycarpus Schmitt Fuldensis, Director Thuringiae actualis, ord. iubil., aet. 70, prof. 52, sac. 48, qui, postquam in gymnasio Franciscano Episcopiensi magistrum scholarum egit (1795-1800) et philosophiam et theologiam docuit, primum ultimus Secretarius antiquae Provinciae (1809-13), deinde curatus militum Fuldensium (1820- ad mortem) denique Director residuorum Provinciae saecularizatae (1829- ad mortem) factus est. P. Polycarpus viris maximi aestimatis et popularibus adnumerandus est, qui prioribus 40 annis saeculi XIX Fuldam illustrarunt. Eruditione sua historica, theologica et philosophica tantam sibi comparaverat auctoritatem, ut gubernium Prussiacum, principatu Fuldensi occupato, eum inter professores gymnasii et Lycei religionis docendae causa retulerit. Per 22 annos huius officii munera obiens (1814-36), arte paedagogica sibi nativa animos omnium studentium sibi conciliavit[4].

---

[1] Deest in F. — [2] O et P « Eysenmeyer » S « Eückenmayer ». — [3] V « Schubert », die 4 huius. — [4] Bihl, 219 sq., ubi uberiorem vides literaturam; F die 22 huius. Edidit: 1) *Geschichte des Frauenberges*, apud *Justis Vorzeit*, Marburg u. Kassel 1825; 251-86; idem edidit aliquatenus

XXII.

1699 obiit Antwerpiae Fr. Philippus Penninx [1], laicus, stationarius ibidem [2], membrum conventus Mosbacensis [3].

1754 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Anicetus Burchard Schnackenwerthensis, aet. 41, prof. 21, sac. 17, olim magister scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis (1738-41), missionarius in Wilhermsdorf (1741-46) et concionator urbicus Mosbacensis (1747-49) [4].

1794 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Marcus Leo Laudanus, ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 78, prof. 59, sac. 53, quondam curatus in Aufenau (1762-73) [5].

XXIII.

1668 obiit in conventu Limburgensi Fr. Antonius Bierbaum, clericus novitius [6].

1669 obiit in conventu Limburgensi V. P. Balthassar Diederich, sac. anno 6 [7].

XXIV.

1682 obiit in conventu Worbiano V. P. Otto Schuart, sac. anno 9 [8].

1715 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Didacus Mincklers, Guard. duodenn., sac. anno 45, postquam guardianatum Hachenburgensem (1681-85),

---

ampliatum apud *Buchonia, eine Zeitschrift für vaterländische Geschichte,* Fulda 1826, I, 1, 145-180; — Modo abbreviato transsumptum est in *Lesebuch für die Mittelklassen katholischer Volksschulen... für die Provinz Hessen-Nassau,* Dortmund 1904, 230 sq. sub titulo: *Zwei Berge bei Fulda.* — 2) *Sieberts Ermordung im Buchenwalde, 200 Jahre vor der Erscheinung Winfried's und Sturmi's in demselben*, apud *Buchonia,* 1826, 1, 72-80. — 3) *Das ehemalige Minoritenkloster, der Borgiasbau, das Jesuitenkollegium und der Ackerhof in Fulda, von Herrn Provinzial-Kommissar, Prof.* Schmitt *in Fulda;* apud *Buchonia,* 1828, 2, 176-183. — Exstat in bibliotheca conv. Fuldensi manuscriptum sub hoc titulo: *Jamoni, eine Parabel. Denkmal Sr. Wohlgeboren Herrn Professor Polycarp Schmitt ergebendst gewidmet von seinem dankbaren Schüler Johann Kilian Wolf, Lyceisten des II. Jahrg,* 1823. Praeterea manuscriptum sub titulo: « *Religion von P. Polycarpus 1835* » quod apographon alicuius discipuli esse videtur. In bibliotheca conventus Salismonasteriensis asservatur manuscriptum cuius inscriptio est: *Religions-Lehre vorgetragen von Professor* Schmitt, *manu P. Leonardi Malkmus* confectum, 2 voll. in-8°, 241 et 271 paginarum. — BS sequens ei tribuit elogium: « Erat vir profundae scientiae, religiositatis et magnae charitatis, de existentia amborum nostrorum conventuum optime meritus ». — [1] F die 8 Novembris 1695 (falso) « Pennineck »; V falso dicit eum † 1695; S etiam die 2 huius « Penningen ». — [2] Probabil. termini causa. — [3] Ita S die 2 Nov. — [4] Deest in V; F die 21 huius. — [5] Erat scriba artifex, qui anno 1761 pro conventu Salismonasteriensi duo voll. *Gradualis Romani* cum notis modo eleganti conscripsit. — [6] AC ad annum 1669 dicunt eum fuisse laicum novitium; item L. — [7] V « Diedvics »; L die 31 Aug. — [8] F die 25 huius; S et BW « Schuchart ». Hueber, 881 dicit eum obiisse pestiferis inserviendo, quod verisimile est, quia BW adiungit: obiit in cura animarum, et V: tempore pestis.

Hadamariensem (1683-85), Miltenbergensem (1689-92), Attendornensem (1693-97), Salismonasteriensem (1700-01) et Volkersbergensem (1701-03) administravit [1].

1734 obiit in residentia Friesenhagensi Fr. Severinus Wolf, laicus, aet. 64, prof. 13 [2].

1806 obiit in conventu Worbiano V. P. Adiutus Sartorius Unterérthalensis, ord. et sac. iubil., aet. 80, prof. 60, sac. 55, humilitate et obedientia promptissima erga superiores conspicuus [3].

1817 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Albertus Aussenhöfer Herbipolitanus, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 57, sac. 55, stationarius in Windheim (1779-86?) et Seehaus (1786-ad mortem?)

XXV.

1666 obiit in conventu Dettelbacensi A. V. P. Ernestus Valentini, Guard. duodenn., primum Guardianus Hersfeldensis (1637-?), deinde Praeses residentiae Krottorf (1641-46) et Instructor novitiorum (1646-47), denique Custos (1646-49) et Guardianus Limburgensis (1650-52). Praeterea bis Definitorio Provinciae aggregatus est (1439-43; 1652-56), quo in munere anno 1640 mandante gubernio Provinciae, residentiam in Wipperfürth fundare tentavit, quin tamen successu stabili frueretur.

1700 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Eustachius Seuffert, sac. anno 17 [4].

1719 obiit in conventu Fuldensi V. P. Antonius Stadelmann, aet. 63, prof. 39, sac. 33, olim Praeses Spalatinus (1708-14) et Guardianus Hachenburgensis (1714-16) [5].

1797 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Anicetus Adrian Erlenbacensis, Instructor novitiorum em., vir religiosae pietatis et charitatis [6], aet. 61. prof. 42, sac. 38, qui, postquam per decennium novitios erudivit (1767-70; 1776-83), Guardianus Schillingsfürstensis (1788-91) et Episcopiensis (1794-97) factus est.

1802 obiit in conventu Spalatino Fr. Antonius Griesbauer Abenbergensis, laicus, sartor, aet. 74, prof. 43 [7].

1804 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Aloysius Holzwarth Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 72, prof. 53, sac. 50.

XXVI.

1687 obiit Confluentiae V. P. Ioseph Ringelstein, sac. anno 6 [8].

1870 obiit in residentia Stettensi prope Hechingen Fr. Leo Rübsam Fuldensis, laicus, aet. 46, prof. 10. Lapsus e tabulato supremo, subitanea morte praeventus est [9].

---

[1] F die 25 huius. — [2] F die 25 huius; MH « Severianus ». — [3] SN ad annum 1806. — [4] V « Seuffer »; AC ad annum 1783 « Seyfried ». — [5] S eum appellat « fratrem ». — [6] SH ad annum 1797. — [7] F die 15 huius. — [8] V « Ringestein » die 6 huius. — [9] F falso dicit eum fuisse aet. 44 prof. 6.

XXVII.

1675 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Wilhelmus Debus [1].

1737 obiit in conventu Fuldensi Fr. Marcellus Hoecker, clericus, diaconus, aet. 25, prof. 5 [2].

XXVIII.

1650 obiit in conventu Limburgensi Fr. Michael Steenstraten, laicus [3].

1719 obiit in conventu Fuldensi Fr. Bonaventura Busch, laicus, aet. 71, prof. 47.

1721 obiit in statione Krottorf V. P. Arnoldus Thenarts, sac. anno 52, sacellanus aulicus D. Comitissae de Hatzfeld et Gleichen, antea Lector philosophiae (1689-92) [4].

1734 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Edmundus Kamper, laicus, aet. 62, prof. 30 [5].

1752 obiit in conventu Montaburano Fr. Adrianus Jordan, Lovaniensis, laicus, sartor, ord. iubil., aet. 89, prof. 59 [6].

1781 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Ioannes Bapt. Heimberger Buchenensis, aet. 40, prof. 19, sac. 17.

1789 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Bernardus Dernbach Brückenaviensis, Guard. duodenn., ord. iubil., aet. 71, prof. 50, sac. 47, qui praefectus scholarum gymnasii Franciscalis Montaburani (1749-50), necnon magister (1750-52) et praefectus (1752-55) Miltenbergae fuit, munera guardianatus Worbiani (1759-65; 1766-67), Schillingsfürstensis (1764-66) et Dermbacensis (1770-71) obivit, atque Definitor Provinciae electus est (1767-70) [7].

1794 obiit in conventu Episcopiensi ad Tüberam V. P. Augustinus Vierneisler Laudanus, aet. 44, prof. 21, sac. 19 [8].

1794 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Zenobius Häffner Buchenensis, aet. 67, prof. 45, sac. 45, indefessus terminarius, qui a suo labore reversus, prope ianuam conventus cecidit exanimis [9].

XXIX.

Vacat.

XXX.

1680 obiit in conventu Fuldensi V. P. Ferdinandus Artz, aet. 55, prof. 15, sac. 11, concionator summae aedis Fuldensis (1674-ad mortem) [10].

[1] AC ad annum 1674 « Theves ». — [2] V et F « Hecker ». — [3] S « Steenstralen »; V « Steenstraetzen »; F falso dicit eum † 1653. — [4] F et V dicunt eum obiisse Friesenhagae; V die 26 huius. — [5] V « Camber »; S « Camper ». — [6] AC 1753 et O et P « Jordens » — [7] Recommendatur in BV 22 Ian. D. Georgius Dernbach, magistratus senior in Brückenau et conventus Volkersbergensis syndicus († 1754), item in BS mense Aprili huius uxor Barbara. — [8] S « Vierneuser »; AC ad annum 1775 « Vierneusler », dum ad annum 1795 cum supraposito concordat. — [9] SH ad annum 1794. — [10] V die 29 huius; BF « Artzt ».

1785 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Quintilianus Grossmann Miltenbergensis, aet. 65, prof. 44, sac. 40, olim concionator urbicus Mosbacensis (1752-55).

1801 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Azarias Schlereth a Waldfenster, aet. 50, prof. 28, sac. 25, Guardianus actualis ibidem (1800-ad mortem; et iam 1788-91; 1794-97), antea magister scholarum in gymnasio Franciscano Salismonasteriensi (1779-80), primus confessarius Sanctimonialium Virginum Angelicarum dictarum Fuldae (1786), concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1782-94: 1797-1800) ac curatus militum ibidem (1785-86), necnon Definitor Provinciae (1797-1800) [1].

1805 obiit in conventu Spalatino Fr. Taddaeus Philipp Abenbergensis, laicus, sutor, aet. 59 prof. 34.

XXXI.

1721 obiit in conventu Schillingsfürstensi A. V. P. Angelus Birlenbach Limburgensis, Lect. et Guard. em., sac. anno 42, qui philosophiam (1680-85) et theologiam (1685-89; 1692-95; 1698-1701) interpretatus est, partes Guardiani Hachenburgensis (1689-92), Volkersbergensis (1695-98), Schillingsfürstensis (1701-03) et Miltenbergensis (1707-10) explevit et Definitorio Provinciae interfuit (1704-07).

1795 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Bertrandus Grossmann Miltenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 71, prof. 54, sac. 50, qui, postquam magister (1746-49) et praefectus (1749-52) gymnasii Hammelburgensis fuit, primum concionator ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1752-53) et parochus ibidem (1752-58) factus, postea Guardianus Mosbacensis (1764-67), Sinsheimensis (1768-70; 1776-79) et Schwarzenbergensis (1773-74), necnon Definitor Provinciae (1770-73) electus est.

1795 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Agathangelus Seyfried a Mellrichstadt, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 53, sac. 51, quondam stationarius in Aufenau (1753-58; 1763-79).

1797 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Macarius Weckesser Laudanus, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 58, prof. 38, sac. 34, Guardianus actualis Miltenbergae (1797-ad mortem, porro iam, 1788-89), antea magister scholarum gymnasii Episcopiensis (1766-69), Lector philosophiae (1767-69; 1770-73) et theologiae (1773-80; 1789-91), Guardianus Schwarzenbergensis (1786-88), Secretarius (1785-86; 1789-92) et Definitor (1794-97) Provinciae [2].

NOVEMBER.

I.

1731 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Valentinus Brotzler, laicus, aet. 54, prof. 30.

[1] Bihl, 77, 156. — [2] Edidit Theses: *Epitome Credendorum de sacratissimo Incarnationis Verbi Divini mysterio et Agendorum ex praecepto Iustitiae commutativae, complectens positiones quasdam historico-criticas ad maiorem Dei-Hominis et Iustitiae Regis honorem, praeside* P. Fr. Macario Weckesser... *in conventu Episcopio-Tuberano 1777;* Wirceburgi [1777] in-8°. — Praeterea exstat in bibliotheca conv. Salismonasteriensi sub tessera P. 110 Manuscriptum *Praelectionum theologicarum* eiusdem 338 pag., in-8° maiore.

1754 obiit in conventu Montaburano Fr. Andreas Dieterich Rüdershusanus, laicus, braxator, aet. 66, prof. 38 [1].

1781 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Massaeus Russ Episcopiensis, laicus, coquus, aet. 59, prof. 35.

II.

1669 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Carolus Lemmersdorff [2].

1691 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Pacificus Oppel, aet. 42, prof. 21, sac. 17.

1711 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Innocentius Liefesons, sac. anno 30 [3], quondam parochus Salismonasteriensis (1677-80).

1751 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Damascenus Klug, clericus, aet. 19, prof. 16 dierum [4].

1766 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Iacobus Bechthold Miltenbergensis, laicus, coquus, aet. 49, prof. 26 [5].

1772 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Isidorus Hartmann Fuldensis, clericus sacerdos, aet. 25, prof. 5, sac. 1.

1794 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Thomas Focser Episcopiensis, laicus, aet. 28, prof. 3.

III.

1719 obiit in conventu Fuldensi Fr. Kilianus Teller, tertiarius professus, aet. 75, prof. 40, qui per vitam suam Deo sedulam exhibuit servitutem et conventui Mariano diu noctuque indefessa praestitit obsequia [6].

1851 obiit in conventu Fuldensi V. P. Deocharus Jost Fuldensis, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 64, sac. 59.

1904 obiit Hierosolymis in conventu Ss. Salvatoris Fr. Daniel Schön a Baucke, laicus, aet. 64, prof. 54.

IV.

1682 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Paulus Schoren a Corneliminster, aet. 59, prof. 29 [7].

1767 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Zosimus Rheil Eistettensis, ord. iubil., aet. 76, prof. 52, sac. 48, per 27 annos missionarius in Haltenbergstetten (1738-65).

V.

1637 obiit in conventu Limburgensi Fr. Henricus a S. Trudone, laicus [8].

Circa 1652 obiit in Hispania V. P. Ambrosius Pilgram [9]. Ipse praedicator celeberrimus cum socio P. Arnoldo Fabri Adrianum Comitem de Hatzfeld ecclesiae

[1] Deest in V. — [2] F « Lammersdorff ». — [3] F die 28 Octobris. — [4] F falso dicit eum † 1700. — [5] O et P « Iacobonus Bechfeld ». — [6] S die 2 huius; elogium ex BF. — [7] Ita ipse se signat; BV e V « Schorr »; S « Schos »; F « Schlor ». — [8] Annus obitus iuxta AC; F falso 1651; V falso 1639 absque die et loco obitus; deest in S. — [9] Annus obitus iuxta AC; F absque loco et anno obitus; V absque die anno et loco obitus; deest in S.

catholicae reconciliavit et quattuor annorum termino totam regionem eiusdem a Lutheranismo vindicavit[1].

Circa 1660 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Dominicus Feldhausen[2].

VI.

1693 obiit in conventu Worbiano V. P. Ferdinandus Veugen, aet. 28, prof. 5 (?), sac. 1[3].

1760 obiit in missione Kupferzell Fr. Simon Schmitt a Zimmern, laicus, hortulanus, aet. 60, prof. 29[4].

VII.

1688 obiit in Nievern prope Fachbach ad Lahnam V. P. Bonaventura Sahnen, sac. anno 7[5].

1789 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Luchesius Hohmann a Findlos, aet. 71, prof. 45, sac. 45[6].

1797 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Conradinus Metz a Sulzthal, aet. 24, prof. 7, sac. 2, magister scholarum gymnasii Franciscani Salismonasteriensis (1795-ad mortem), vir religiosae vitae, ingentis sollertiae, pacis et charitatis ornamentum[7].

VIII.

1887 obiit in conventu Patersonensi Americae Septentrionalis Fr. Lotharius Eckert Herbsteinensis, laicus, ord. iubil., aet. 77, prof. 53.

IX.

1748 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Hugolinus Hess Fuldensis, laicus, sartor, aet. 36, prof. 11.

1794 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Protasius Bald Fuldensis, laicus, coquus, aet. 82, prof. 46.

1797 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Sylvester Faulhaber Königheimensis, aet. 39, prof. 18, sac. 15, quondam concionator aulicus Schillingsfürstensis[8].

1826 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Iustinianus Beck Hammelburgensis, aet. 65, prof. 44, sac. 40, stationarius in Oberköst[9].

1829 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Christophorus Vogel Schwarzenbergensis, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 51, Guardianus actualis ibidem[10].

---

[1] O et S ad annum 1652 (?). Annum 1638 degebat in Hachenburg. — [2] Annus obitus iuxta AC; F absque anno obitus; V absque die et anno; deest in S. — [3] V « Deocharus ». — [4] O et P « Meinradus »; V dicit eum † Episcopii die 5 huius. — [5] AC etiam « Zahn »; F falso dicit eum † 1685. — [6] Dies obitus iuxta F et Misc. S; S die 9 huius; V mense Octobri absque assignatione diei et anni. — [7] SH ad annum 1797. — [8] Ita SH ad annum 1797; in tabulis vero non invenitur. — [9] F die 8 huius; deest in V. — [10] AC huius temporis desunt.

X.

1718 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Petrus Reck Episcopiensis ad Rhönam, laicus, ord. iubil., aet. 71, prof. 52.

1746 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Tranquillinus Kauffmann Haselbacensis, aet. 54, prof. 14, sac. 11.

1781 obiit in conventu Fuldensi V. P. Franciscus Salesius Zeyer Brückenaviensis, aet. 65, prof. 44, sac. 38.

1791 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Hugolinus Schmitt Hüpstedtensis, aet. 39, prof. 17, sac. 14, per undecim annos magister scholarum gymnasii Franciscani Miltenbergensis (1780- ad mortem).

1837 obiit in conventu Fuldensi V. P. Antonius Bock a Soisdorf, aet. 40, prof. 15, sac. 11.

XI.

1716 obiit in conventu Fuldensi V. P. Adam Oehninger Lohranus, ord. iubil., aet. 60, prof. 52, sac. 45, egregius organoeda et organorum fabricator, qui vetus organum in ecclesia cathedrali Fuldensi restauravit et auxit, illudque in ecclesia nostra Salismonasteriensi et Volkersbergensi construxit[1].

1722 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Apollinaris Rothmann, sac. anno 9[2].

1757 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Felix Barthenleins, laicus, ord. iubil., aet. 84, prof. 55[3].

XII.

1679 obiit in conventu Miltenbergensi R. P. Melchior Hoen, Ex-Visitator generalis, Guard. em., ord. iubil., prof. anno 50, qui primum in ditione Hatzfeldiana missionarium agens, conventum in loco Krottorf fundare tentavit (1637)[4], deinde Praeses Hachenburgensis (1649-50), Maria-Schönfeldensis (1674-76) et Montaburanus (1647-49; 1652-53) fuit, ubi praedicando, catechizando, infirmos visitando, confessiones excipiendo et exemplariter conversando se omnibus ita gratum reddidit, ut teste P. Adamo Bürvenich, eum omnes amarint velut patrem et coluerint velut Angelum Dei[5]. Praeterea guardianatum Fuldensem (1643-44), Limburgensem (1653-55; 1660-63), Attendornensem (1657-59), Hadamariensem (1663-64) et Miltenbergensem (1666-69; 1677-79) administravit, atque Definitor Provinciae (1643-46; 1649-52; 1655-57;

[1] Bihl, 187; supra 179 l. 1 sqq. De eius patre continet BV die 3 Sept.: « Ex liberali munificentia succurrit promotioni fabricae ecclesiae D. Ioh. Oehninger, civis Lohranus, 62 florenis: item 1674 ex relictis bonis utriusque patris et matris accepit conventus 50 imperiales pro 50 Sacris lectis ». De eius nepote (?) cf. BS mense Decembri: « Recommendatur... Rev. D. Ioannes Burkardus Oeninger, parochus in Markt-Heidenfeld, qui post varia et multa nobis in vita exhibita beneficia in suo testamento legavit... 30 flor. pro Sacris et medium planstrum vini gratis. Obiit autem anno 1774 die 13 Decembris ». — [2] X die 19 huius. — [3] V « Berthen ». — [4] Bürvenich, 447. — [5] O et S ad annum 1679.

1663-66) et Visitator generalis conventuum Alsatiae Provinciae Argentiniensis (circa 1670) fuit [1].

1722 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Gabriel Enders, aet. 65, prof. 45 (?), sac. 39, concionator summae aedis Fuldensis (1697-1701; 1704-05), Praeses Friesenhagensis (1701-04) et Schwarzenbergensis (1707-10), Guardianus Fuldensis (1711-14) et Hammelburgensis (1716-19) ac Definitor Provinciae (1719-22).

1736 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Pacificus Rohner, aet. 59, prof. 41, sac. 35, olim magister scholarum gymnasii Attendornensis (1701-02) et Limburgensis (1702-05), necnon praefectus Limburgi (1705-08).

1761 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Alexius Petri Wirgesensis, Guard. em., ord. iubil., aet. 72, prof. 51, sac. 48, qui, postquam concionatorem summae aedis Fuldensis egit (1726-28), factus est Guardianus Schillingsfürstensis (1728-31), Limburgensis (1732-35; 1749-50; 1756-58), Dermbacensis (1740-41), Hadamariensis (1741-43; 1744-46), Spalatinus (1755-56) et Miltenbergensis (1761-62), necnon superior missionis Marktbreit (1737-40), commissarius pannificii (1746-49), Secretarius (1731-32) et Definitor (1746-49; 1758-61) Provinciae.

1766 obiit in conventu Worbiano Fr. Florentius Arend Rüdershusanus, laicus, hortulanus, aet. 70, prof. 41.

1784 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Medardus Gauhl Miltenbergensis, aet. 55, prof. 38, sac. 33, novitiorum Instructor actualis (1783- ad mortem), antea Guardianus Miltenbergensis (1773-74; 1780-82) et Schwarzenbergensis (1779-80), atque Secretarius Provinciae (1770-73).

1812 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Gerardus Gerard Stettensis, Guard. duodenn., aet. 63, prof. 38, sac. 36, qui, postquam magister (1780-86) et praefectus (1786-89) scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis fuit, guardianatum Schwarzenbergensem (1791-94?; 1803-06), Hammelburgensem (1797-1800) et Salismonasteriensem (1812- ad mortem) administrandum suscepit, necnon Definitor Provinciae (1806-09; 1812- ad mortem) electus est.

XIII.

1782 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Mauritius Hervoick Mosbacensis, ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 46, olim concionator urbicus ibidem (1756-65) [2] et curatus de Aufenau (1748-50).

1820 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Hilarius Weidner Hammelburgensis, Guard. em. et actualis, Director Thuringiae, aet. 67, prof. 45, sac. 42 [3], qui primum magister scholarum gymnasii Hammelburgensis fuit (1780-85), deinde curatum militum Fuldensium egit (1789-97; 1815-20), postea per 19 annos Guardiana-

[1] Edidit: *Spiegel des wahren Glaubens, das ist kräfftige Argumente gezogen aus den Schriften dess Hochwürdigen Herrn H. Christophori a Capite Fontium,... General-Ministern des gantzen Franziskaner-Ordens, durch welche die wahrhafftige und wesentliche Gegenwahrt des Leibs und Bluts Jesu Christi im Hochwürdigsten Sacrament des Altars gantz klärlich probiret wirdt. Erstlich in Frantzösischer Sprach aussgangen durch...* P. Bartholomaeum D'Astroy... *Nachmahls durch* F. Melchiorem Hoen *der Thür. Provintz... Definitorem in die Teutsche Sprach übersetzt.* Cöln 1651, in-8°, 284 pp. — [2] V « Hervock »; O et P « Hervoych ». — [3] BF falso dicit eum † 13 Sept.

tum Fuldensem administravit (1801-ad mortem), necnon Director residuorum Thuringiae factus est, qui multum pro conservandis monasteriis laboravit[1].

1902 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Aemilius Stemmer Leibferdingensis, laicus, aet. 40, prof. 6.

XIV.

1742 obiit in vicu Hausen vor der Höhe Fr. Chrysogonus Kohlhepp a Wildflecken in Franconia Inferiori, laicus, terminarius Montaburanus, aet. 53, prof. 22.

1749 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Aloysius Lehrmann Thüngersheimensis, aet. 46, prof. 22, sac. 19[2].

1761 obiit in conventu Fuldensi Fr. Clemens Diederich, tertiarius professus, aet. 61[3].

1774 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Honorius Adsperger Episcopiensis, Guard. et Concion. em., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 58, sac. 54, olim concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1737-44; 1747-49) et ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1749-50), necnon Guardianus Fuldensis (1744-47; 1751-55), Episcopiensis (1758-59), Sinsheimensis (1762-64) et Schwarzenbergensis (1767-70), atque bis Definitor Provinciae (1755-58; 1764-67)[4].

1796 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Engelbertus Maier Miltenbergensis, laicus, coquus, aet. 71, prof. 46.

1820 obiit in missione Erlach V. P. Regalatus Dieterich Dornheimensis, ord. iubil., aet. 72, prof. 51, sac. 48, missionarius actualis ibidem (?- ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Franciscani Miltenbergensis (1776-77), Schwarzenbergensis (1777-82), Hammelburgensis (1782-85) et Schillingsfürstensis (1785-88), ubi etiam praefectum egit (1788-94?). Praeterea concionator aulicus D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst (1785-94?) ac superior missionis Kupferzell (1794-97) fuit.

XV.

1677 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Wolfgangus Ludwig, clericus diaconus.

1820 obiit in conventu Worbiano V. P. Wenceslaus Hentrich Kirchworbianus, ord. et sac. iubil., aet. 82, prof. 64, sac. 58, quondam Guardianus Worbianus (1782-85) et scholarum magister in gymnasio Franciscano Sinsheimensi (1786-88).

XVI.

1682 obiit in residentia Friesenhagensi V. P. Ludovicus van der Mühl, Vicarius actualis, sac. anno 20[5].

---

[1] Ita BS. — [2] V falso dicit eum † 1750. — [3] S et BF « Dietterich ». — [4] Bihl, 95, 126, 150-51. Edidit concionem funebrem: *Tabernaculum non manufactum... Das ist: Die nicht mit der Hand gemachte, sondern auf vier Tugend-Säulen gegründete, herrliche vollkommene Hütten, in dem... Herrn Bonifatio von Hutten, des Hochfürstl. Stiffts Fulda Capitularem u. auf dem Berg S. Petri Propsten, so im Jahre 1739... in Gott selig entschlafen..... vorgestellt* (in monte S. Petri) *von* F. Honorio Adsperger, *Franziskaner, des hohen Stiffts ordinari Predigern.* Fulda [1739] in-fol. — [5] V et F « a mola »; AC ad annum 1683 « von der Müllen ».

1728 obiit in conventu Wetzlariensi A. V. P. Bernardinus Ernst, Lect. et Guard. em., ord. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 48, qui, postquam philosophiam (1681-86) et theologiam (1686-98) interpretatus est, Guardianus Worbianus (1698-1701; 1710-13), Hadamariensis (1704-05), Mariaevallensis ad Siegam (1705-07) et Wetzlariensis (1716-19; 1722-25), ac insuper Definitor (1707-10) et Custos (1715-16; 1719–22) Provinciae factus est.

1769 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Hyginus Schipper Hammelburgensis, aet. 44, prof. 25, sac. 20.

1804 obiit in praepositura Blankenau V. P. Abundius Kraft Grünsfeldensis, terminarius Fuldensis, aet. 68, prof. 47, sac. 45.

1805 obiit in conventu Dermbacensi Fr. Ladislaus Hahn a Zitters, laicus, sutor et coquus, aet. 75, prof. 45.

XVII.

1739 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Bernardinus Topetz Traiectensis, aet. 66, prof. 45, sac. 39.

1740 obiit in arce Rotenburg in Hassia V. P. Henricus Mohr Confluus, aet. 64, prof. 42, sac. 40, ex conv. Worbiano, qui cum magistrum scholarum gymnasii Attendornensis (1702-05) et Limburgensis (1705-07) egisset, primum missionarius Spalati (1714-16), deinde sacellanus aulicus D. Lantgravii de Hessen-Rheinfels-Rotenburg in Eschwege (1725-29?) et Rotenburg (?-ad mortem) factus est [1].

1747 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam V. P. Ioseph Mertens Traiectensis, ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 55, sac. 51.

1789 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Laurentius Röder a Gerolzhofen, Ex-Minister Provinciae, Guard. em. et notarius Apostolicus iuratus, aet. 65, prof. 45, sac. 42, qui primum magister scholarum gymnasii Hammelburgensis fuit (1750-58), postea munera guardianatus Wetzlariensis (1759-62), Miltenbergensis (1762-65), Hammelburgensis (1767-70; 1774-76) et Salismonasteriensis (1773-74) obivit. Praeterea Secretarius (1758-59; 1764-67) Definitor (1770-73; 1776-79) et Minister Provinciae electus est. Rexit Thuringiam a die 23 Maii 1779 usque ad diem 19 Maii 1782. Vir erat maturi et limati iudicii, seraphicae disciplinae tenax, qui nunquam in choro defuit. In regimine discretione praecelluit [2].

XVIII.

1795 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Zeno Rheinfurt Mönchbergensis, Lect. em. et actualis, aet. 39, prof. 19, sac. 16, primum magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Miltenbergensi (1783-85), et Episcopiensi (1785-86), postea Lector philosophiae (1786-89) et theologiae (1789 ad mortem) [3].

1825 obiit in hospitio Engelberg prope Miltenberg V. P. Restitutus Geiger Dittigheimensis, aet. 58, prof. 28, sac. 26, a gubernio Bavarico illuc translatus [4].

---

[1] S et BW die 21 huius. — [2] SH ad annum 1789. — [3] F falso dicit cum 1791. — [4] S « Geier ».

XIX.

1684 obiit in conventu Montaburano V. P. Nicolaus Penten, sac. anno 19, Vicarius actualis, antea magister (1666-74) et praefectus (1674-77) scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis ac Guardianus Wetzlariensis (1677-79), Mariaevallensis (1679-80) et Attendornensis (1681-83)[1].

1737 obiit in conventu Volkersbergensi A. V. P. Ioannes Ernst, Guard. em., ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 84, prof. 65, sac. 59, qui philosophiam docuit (1685-87), partes Guardiani Hammelburgensis (1689-92; 1698-1701), Limburgensis (1695-97), Montaburani (1704-07), Attendornensis (1710-11), Wetzlariensis (1719-22) et Volkersbergensis (1723-25) explevit, atque Definitor (1692-95, 1701-04) et Custos (1716-19) Provinciae factus est.

1775 obiit in missione Kupferzell V. P. Tranquillinus Förster, Estenfeldensis, aet. 47, prof. 26, sac. 23, qui, postquam magister scholarum in gymnasiis Franciscanis Limburgensi (1755-58) et Episcopiensi (1762-63), necnon praefectus Hammelburgi (1758-59) et Schillingsfürstae (1763-73) fuit, primum concionatorem aulicum D. Comitis de Hohenlohe-Schillingsfürst (1770-73), deinde superiorem missionis Kupferzell (1773-ad mortem) egit.

XX.

1729 obiit in conventu Attendornensi Fr. Innocentius Müller, a Kirchhundem, laicus, aet. 75, prof. 46[2].

1760 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Paschasius Hecker Fuldensis, aet. 57, prof. 34, sac. 31, Guard. actualis ibidem (1758-ad mortem), antea concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1741-43), Guardianus Montaburanus (1746-47), Hadamariensis (1747-49) et Worbianus (1750-53) ac missionarius in Eschwege apud D. Lantgravium de Hessen-Rheinfels (1749-50; 1753-56)[3].

1777 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Wendelinus Hein Arfurtensis, aet. 47, prof. 27, sac. 23[4].

1787 obiit in conventu Worbiano Fr. Victorinus Kuster[5], Montaburanus, laicus, coquus, aet. 59, prof. 28.

1791 obiit in missione Schweigern V. P. Nicolaus a Tolentino Weinerich Worbianus, aet. 70, prof. 48, sac. 45. Hic vir, qui erga Deum eucharisticum et in crucifixum Deum-Hominem devotissimus erat, per 30 annos missionarium in Schweigern egerat (1762-ad mortem)[6].

1815 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Sebaldus Nüchter Hammelburgensis, Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 56, sac. 53, Secretarius actualis ultimi Commissarii generalis nationis Germano-Belgicae (1809-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Miltenbergensis (1766-71), Episcopiensis (1771-73) et Hammelburgensis (1773-76), concionator urbicus Mosbacensis (1776-77), parochus (1779-88) et Guardianus (1788-91; 1794-97) Salismonasteriensis, Guardianus

---

[1] S « Perter » die 21 huius. — [2] Deest in V. — [3] Deest in V. — [4] Ex Misc.S; deest in S, V et F. — [5] Ita AC ad annum 1788; O et P, SH contra S, F, V et BW « Custor ». — [6] SH ad annum 1791, O et P « Wienerich ».

Hammelburgensis (1800-03; 1806-09), necnon quater Definitor Provinciae (1791-94; 1797-1800; 1803-06; 1809-12). Vir erat vere exemplaris, literaturae simul et religionis cultor, nullius, quoad vixit, laboris pertaesus [1].

1889 obiit in conventu Patersonensi Americae Septentrionalis Fr. Raphael Goeb ab Hofaschenbach, laicus, aet. 60, prof. 28.

XXI.

1709 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Bonaventura Wannemacher, sacellanus urbicus ibidem, sac. anno 11, qui munera magistri et praefecti scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (mag. 1700-01; praef. 1701-02) et Episcopiensi (mag. 1708 ad mortem; praef. 1702-03) obivit.

1738 obiit in conventu Sinsheimensi V. P. Liborius Fridel Bremensis, aet. 52, prof. 27, sac. 23, missionarius in Schweigern actualis.

1740 obiit in conventu Worbiano Fr. Engelhardus Goebel a Lindenholzhausen, clericus sacerdos, aet. 25, prof. 5, sac. 1.

XXII.

1696 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Thomas Hartigen, Guard. em. et Custos actualis, sac. anno 32, qui magister (1666-69) et praefectus (1669-70) scholarum gymnasii Limburgensis fuit, quinquies guardianatum Limburgensem administravit (1672-73; 1674-77; 1680-83; 1686-89; 1692-95) atque ter Definitor (1672-74; 1677-80; 1683-86) et bis Custos (1689-92; 1695-98) Provinciae fuit [2].

1710 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Ioannes Dietmeyer, laicus [3].

1743 obiit in conventu Fuldensi V. P. Bonaventura Mertens ab Hasselt, ord. iubil., aet. 74, prof. 50, sac. 46.

1753 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Berardus Kissner Weisbacensis, laicus, sutor, aet. 40, prof. 19.

1793 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Bernardus Kempel a Zitters, laicus, sartor, ord. iubil., aet. 82, prof. 58 [4].

1805 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Bartholomaeus Trebinger Mosbacensis, laicus, sutor, aet. 50, prof. 19.

XXIII.

1703 obiit in Ullstadt [5] in arce D. Baronis de Frankenstein V. P. Alexander Fehr Werlensis, Vicarius Schwarzenbergensis, aet. 55, prof. 32, sac. 26, qui magistrum (1679-83) et praefectum (1683-85) scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis egit, guardianatum Hachenburgensem administravit (1695-97), residentiam Schwarzenbergensem rexit (1697-98; 1701-02) atque sacellanus aulicus Comitissae catholicae de Nassau-Usingen fuit, sub continuis vexationibus Protestantium [6].

[1] SN ad annum 1815. Scripsit: *Varia memorabilia nova et vetera ab anno 1812, scripta a P. Sebaldo Nüchter. Vol. MS. in-fol. pag. 110*; cf. supra p. 47, l. 26 sqq. — [2] AC etiam « Hardegen ». — [3] S « Dietmann ». — [4] O et P « Gimbel ». — [5] Ita AP ad annum 1703; documentum contemporaneum contra SV et F, qui dicunt eum † in Marktscheinfeld. — [6] AP ad annum 1703; probab. D. Catharinae de Croy († 1686) uxoris Walrabi de Nassau-Usingen ex primis nuptiis, quae in L sub die 12 Maii recensetur ob calicem et paramenta Conventui Limburgensi donata.

1703 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Elzearius Heyd, Dettelbacensis, aet. 53, prof. 35, sac. 30, qui tanto praecelluit spiritu consilii, ut homines undique in causis difficilibus ad eum confluerent. Indole praeditus felicissima, omnibus Ordinis officiis par fuisset, nisi continuis corporis infirmitatibus impeditus esset, quominus ea susciperet [1].

1705 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Friedericus Pleutgen ex conv. Hachenburgensi, sac. anno 12, olim magister (1693-97) et praefectus (1697-1700) scholarum gymnasii Hammelburgensis [2].

1708 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Winandus Jentis, aet. 33, prof. 12, sac. 8.

1760 obiit in conventu Fuldensi V. P. Edmundus Brinkmann Lindaviensis, aet. 39, prof. 18, sac. 14, qui postquam munera magistri (1747-52) et praefecti (1752-55) scholarum gymnasii Hammelburgensis obivit, concionator ecclesiae Cathedralis Fuldensis (1758-59) et curatus militum ibidem (1758-60) effectus est [3].

1791 obiit in missione Schweigern V. P. Bruno Weis Episcopiensis, aet. 51, prof. 25, sac. 22.

XXIV.

1688 obiit in conventu Mariaevallensi ad Siegam Fr. Augustinus Voss, laicus, prof. anno 36 [4].

1773 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Marcellus Scherer Dormittigheimensis, laicus, sartor, aet. 53, prof. 23.

1782 obiit in missione Haltenbergstetten V. P. Coelestinus Pfister Schnackenwerthensis, aet. 55, prof. 31, sac. 28, missionarius actualis ibidem (1774 -ad mortem).

1789 obiit in conventu Worbiano Fr. Christophorus Engelhardt Breitenbacensis, laicus, sartor, aet. 36, prof. 3 [5].

1855 obiit in conventu Fuldensi V. P. Sigismundus Koch Motzlariensis, aet. 43, prof. 17 [6], sac. 16 [7], Vicarius actualis, vir sanctitatis.

XXV.

1682 obiit in loco Wilbich prope Worbis Fr. Petrus Thyssens, clericus diaconus, qui martyr charitatis effectus est, cum peste superveniente P. Mathiam Jeckermans in cura infirmorum adiuvaret [8].

1713 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Theodorus Warnott, Ex-Minister Provinciae, Guard. em., ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 55, sac. 52, qui primum Instructor novitiorum (1661-63), deinde Guardianus Attendornensis (1666-69), postea Lector philosophiae (1670-72), denique ter Guardianus Fuldensis (1672-74; 1677-80; 1698-1701) fuit. Praeterea Definitor (1669-72), Vicarius (6 III 1701-13 VIII 1701) et Minister provincialis electus est. Rexit Provinciam a die 2 Septembris 1674

---

[1] AP ad annum 1703. Cf. Minges, 265. F « Heydem »; AP « Heydt »; V « Hoegel ». In AC ad annum 1680 confessarius D. Baronis de Plettenberg in Lehnhausen fuisse traditur. — [2] F « Bleutgen ». — [3] F et S die 21 huius. Scripsit iuxta Catalogum bibliothecae conventus Fuldensis anno 1718 exaratum: *Instructio practica de perfectione Religiosa.* — [4] S « Voos » — [5] BW die 24 Decembris. — [6] Sic. — [7] Sic. — [8] Cf. Hueber, 881.

usque ad diem 29 Augusti 1677; a die 3 Iulii 1683 usque ad diem 22 Iunii 1686 et a die 21 Iunii 1692 usque ad diem 24 Iulii 1695. Cum primum gereret ministeriatum, anno 1674 antiqua Statuta provincialia confecta et introducta sunt [1]. Fuit ob conversationis suavitatem, vitae exemplaritatem et religiosae perfectionis integritatem pater amantissimus. Cum pro amplianda Provincia et pro bono Provinciae numquam laborare cessasset [2], tandem senio confectus, decessit universae Provinciae ob indefessam diu noctuque in laude divina assistentiam et exemplarem vitam optatissimam relinquens memoriam suique desiderium [3].

1715 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Ludovicus Ernst, sac. anno 32, curatus actualis in Offheim.

1771 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Constantinus Kohlschmitt Hammelburgensis, aet. 45, prof. 27, sac. 24, per 22 annos curatus in Riedern (1749- ad mortem).

XXVI.

1706 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Iacobus Gillenfelt Klottensis, ord. et sac. iubil., aet. 77, prof. 56, sac. 51, quondam magister scholarum gymnasii Franciscani Attendornensis (1656-57) et Praeses (1666-67), necnon parochus (1664-67) Salismonasteriensis.

1756 obiit in conventu Dermbacensi Fr. Elzearius Deller a Langenberg prope Kleinsassen, laicus, coquus, aet. 70, prof. 51.

1758 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Otto Geissel Hammelburgensis, ord, et sac. iubil., aet. 76, prof. 56, sac. 53.

1758 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Edmundus Sittel Limburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 54, sac. 50, olim Lector philosophiae (1710-14) et theologiae (1714-16), parochus Wetzlariensis (1717-19) et Hachenburgensis (1719-22) atque Guardianus Volkersbergensis (1728-29).

1813 obiit in conventu Fuldensi Fr. Casimirus Schwarz a Kohlhaus, laicus, coquus, aet. 47, prof. 23; succubuit vulneri accepto a Gallis post praelium Lipsiense per Fuldam fugientibus [4].

XXVII.

1670 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Wilhelmus Moraeus, clericus diaconus, cui dolores diutinae infirmitatis patientissime toleranti quadam nocte Beatissima Virgo in somnis apparuit, praenuntians ipsum octo diebus post in coelos receptum iri. Quamquam P. Martinus Sneps [5], eius Lector, monebat, ut caveret, ne seipsum deciperet, tamen veritatem visionis suae, quam sequenti nocte iterum vidit, constanter asseruit. Cumque dies praenuntiata illuxisset, petiit, ut moribundorum sacramentis reficeretur, quod aegre obtinuit, quia iuxta calculum humanum mors neutiquam imminebat. SS. Eucharistia percepta, ipse commendationem animae recitare coepit ac piissime obiit. Demortui corpus flexibile et tenerum permansit [6].

---

[1] AC ad annum 1674; BF. — [2] BF. Iuxta catalogum bibliothecae Fuldensis anno 1718 conscriptum reliquit manuscriptum sub titulo: *Considerationes de passione et vera Religione;* in-8°, — [3] Ibidem. — [4] Ita BS, quod falso dicit eum fuisse aet. 57, prof. 33. Bihl, 214 sq. — [5] Supra, p. 76, l. 17 sqq. — [6] Iuxta Hueber, 867. Cf. Liebler, ad annum 1670 et Minges, 263.

1721 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Berardus Henrich, laicus [1].

1759 obiit in conventu Limburgensi A. R. P. Ildephonsus Stumpf Spirensis, Ex-Minister Provinciae, Instructor em. et Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 74, prof. 54, sac. 50, qui primum philosophiam docuit (1710-13), deinde guardianatum Hammelburgensem (1719-20) et Limburgensem (1720-22; 1723-25) administravit, postea Instructor novitiorum effectus est (1731-37). Praeterea Secretarius (1717-19; 1722-23; 1725-28), Chronista (1723-26), Definitor (1725-28) et Custos Provinciae (1734-37) fuit atque Vicarius (27 IV 1227-16 V 1728), et Minister provincialis electus est, rexitque Provinciam a die 15 Maii 1728 usque ad diem 16 Iunii 1731, a die 9 Iunii 1737 usque ad diem 14 Februarii 1740, demum a die 19 Iunii 1746 usque ad diem 21 Iunii 1749.

1878 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Antonius Keller ex Müs, aet. 49, prof. 28, sac. 24, parochus actualis Salismonasteriensis (1867- ad mortem), Discretus Custodiae (1861-64; 1864-67; 1867-70; 1870- ad mortem), iam antea Guardianus Salismonasteriensis (1860-67).

1888 obiit in conventu Patersonensi Americae Septentrionalis Fr. Bernardus Reise ab Ober-Bimbach, laicus, aet. 68, prof. 40.

XXVIII.

1650 obiit in conventu Limburgensi Fr. Matthias Rosen, laicus.

1709 obiit in conventu Fuldensi Fr. Petrus Gisberti, laicus, aet. 47, prof. 23.

1731 obiit in arce Bartenstein V. P. Nicolaus Busch, ord. iubil., aet. 76, prof. 52, sac. 49, qui ultra 30 annos ibi sacellanum aulicum D. Comitis de Hohenlohe-Bartenstein et curatum catholicorum dispersorum egit (iam anno 1705 in AC eum ibidem fuisse denuntiatur), vir spectatae et exemplarissimae vitae [2], constans altissimae paupertatis amator [3].

1744 obiit Ptolemaide in Syria [4] V. P. Elzearius Horn, Episcopiensis, aet. 52, prof. 34, sac. 30, qui circa annum 1720 Terram Sanctam visitavit, ubi munere Praesidis custodiae S. Sepulchri (1725-26), organoedae in conventu S. Ioannis in Montibus, chori regentis in conventu Hierosolymitano SS. Salvatoris necnon Secretarii (1737-38) obivit. Anno 1738 in propriam Provinciam rediit, unde tamen mox in Terram Sanctam reversus est, ubi post laudabilem vitam decessit [5]. Scriptis suis nobis notitias ac delineationes monumentorum plurium, quae hodie perierunt, reliquit [6].

1766 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Petrus Oswald Horaviensis, laicus, hortulanus, aet. 58, prof. 30.

1815 obiit in conventu Worbiano Fr. Aegidius Franck Worbianus, laicus, coquus, aet. 47, prof. 20.

---

[1] S « Bernardinus Hendrich ». — [2] Ita S, quod diem obitus ignorat. — [3] CE ad annum 1731. — [4] F et V dicunt eum † die 28 Octobris, idque iuxta V et F in Nazareth dum S locum obitus non assignat; Praedicta ex Necrologio Ierosolymitano desumpta sunt iuxta P. Golubovich, in op. citando, p. XXI. — [5] Golubovich loco citando. — [6] Edidit P. Hieron. Golubovich O. F. M., partim, sub titulo: *Ichonographiae locorum et monumentorum veterum Terrae Sanctae accurate delineatae et descriptae a P. Elzeario Horn O. F. M. Prov. Thur.*, Romae 1902, in-4°, LX, 301 pp.

1816 obiit in conventu Schwarzenbergensi Fr. Gerardus Betz Brückenaviensis, laicus, coquus, aet. 44, prof. 22.

1907 obiit in conventu Mariaevallensi ad Rhenum Fr. Godehardus Weissenstein Leinefeldensis, laicus, aet. 70, prof. 38.

XXIX.

1666 obiit in conventu Attendornensi Fr. Gabriel Rosmaer, clericus subdiaconus [1].

1729 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Augustinus Hersbach, Instructor em., ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 54, sac. 50, vir apprime pius et exemplaris [2], qui per 38 annos novitios Provinciae erudivit (1687-1725) [3].

1745 obiit in conventu Miltenbergensi R. P. Medardus Wolf Hallgartensis, Ex-Visitator generalis Provinciae Coloniae, Lect. iubil. et Guard. em., aet. 58, prof. 38, sac. 34, Guard. actualis Miltenbergensis (1743- ad mortem), antea Lector philosophiae (1711-14) et theologiae (1714-26; 1729-31), Guardianus Episcopiensis (1726-29), Hammelburgensis (1731-34) et Wetzlariensis (1737-38), necnon Chronista (1726-43) et Definitor (1728-31; 1734-37; 1740-43) Provinciae [4].

1786 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Donatus Wolpert Laudanus, laicus, victor, aet. 56, prof. 33.

XXX.

1657 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Ioannes Gescher Verdensis, Lect. em. et Definitor actualis, aet. 47, prof. 25, sac. 21 (?), qui cum philosophiam (1641-43) et theologiam (1643-57) docuisset, primum Guardianus Fuldensis (1649-50), postea Definitor Provinciae (1657- ad mortem) et confessarius Cels. D. Ioachim de Gravenegg, Principis Abbatis Fuldensis (1657), effectus est. Vir erat magni studii et singularis devotionis, specialiter erga B. Virginem [5].

1707 obiit in conventu Limburgensi A. V. P. Leo Raymackers, Guard. em., aet. 72 (?), prof. 52, sac. 47, qui missionarium in Ockstatt egit (1670-72), parochiam (1676-77; 1692-93) et residentiam (1676-79; 1692-93) Salismonasteriensem atque parochiam (1679-81) et Guardianatum (1680-83; 1701-02) Wetzlariensem administravit, necnon munera Guardiani Attendornensis (1686-89), Montaburani (1690-92; 1695-98) et Hachenburgensis (1700-01) obivit ac Definitor Provinciae electus est (1692-95) [6].

1721 obiit in conventu Attendornensi V. P. Wendelinus Helfferich, sac. anno 7, Lector philosophiae actualis (1717- ad mortem), antea magister scholarum in gymnasio Franciscano Hammelburgensi (1714-16) [7].

---

[1] S « Rosmear ». — [2] Cf. S. — [3] V « Herschbach ». — [4] Reliquit Manuscriptum *Praelectionum* suarum sub titulo: *Tractatus in librum I Sententiarum de Deo uno* etc. *ad mentem Doctoris subtilis*, quod adservatur in bibliotheca conventus Miltenbergensis, in-4°: Minges, 257 sq. — [5] Liebler, ad annum 1657; Cf. BF et Bihl, 122 sq. Edidit: *Speculum conscientiae universas peccatorum species compendiose repraesentans ad conscientiam propriam et aliorum examinandam utilissimum ex diversis Theologiae moralis principiis, materiis, authoribus collectum ac omnibus Parochis, Religiosis et Poenitentibus litteratis oblatum*, Herbipoli 1649. — [6] AC etiam « Rademachers ». — [7] X die 29 huius.

1742 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Aegidius Harden, laicus, aet. 67, prof. 43.

1760 obiit in conventu Worbiano V. P. Theobaldus Schard Hadamariensis, aet. 59, prof. 38, sac. 34 [1].

1788 obiit in statione Alfeld prope Mosbach V. P. Maximilianus Leo Laudanus, aet. 68, prof. 48, sac. 45, qui magister scholarum gymnasii Attendornensis (1746-47) et Limburgensis (1749-50), necnon praefectus Attendornae (1747-49), Miltenbergae (1759-64) et Episcopii (1768-70; 1774-76) fuit. Praeterea philosophiam docuit (1750-52) et Miltenbergae concionatorem urbicum egit (1758-62).

1798 obiit in missione Marktbreit V. P. Ernestus Eberlein Mergentheimensis, aet. 41, prof. 22, sac. 18, superior actualis ibidem (1794-ad mortem), antea miles in saeculo [2], deinde magister scholarum gymnasii Franciscani Miltenbergensis (1785-91) et concionator urbicus ibidem (1791-94?),

1812 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Lucas Bayer Hammelburgensis, Guard. et Definitor actualis, aet. 68, prof. 47, sac. 44, qui partes Guardiani Volkersbergensis (1797-1800; 1807-09), Dermbacensis (1803-04) et Salismonasteriensis (1812-ad mortem) explevit, bisque Definitor Provinciae fuit (1809-12; 1812-ad mortem).

1908 obiit Hildesheimii in nosocomio sororum S. Vincentii V. P. Martinus Nunnemann Rietbergensis, aet. 30, prof. 11, sac. 5, qui cantando iubilanti animo mortem suscepit.

Mense Novembri absque assignatione diei:

obiit 1702 in conventu Mosbacensi V. P. Andreas Ludwig [3], aet. 44, prof. 25, sac. 19, vir in concionibus habendis expeditus, quique ubiqué nitorem adamavit externum et internum [4].

DECEMBER.

I.

1746 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Antonius Rohner Hammelburgensis, laicus, coquus, aet. 66, prof. 40.

1752 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Seraphinus Schmitt Fuldensis, aet. 67, prof. 47, sac. 44, olim magister (1713-14) et praefectus (1714-16) scholarum gymnasii Franciscani Episcopiensis, concionator urbicus Miltenbergensis (1717-20) et Guardianus Dermbacensis (1747-50).

1763 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Conradus Schneider Hammelburgensis, laicus sartor, ord. iub. aet. 81, prof. 56.

1791 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Benignus Scheurer Episcopiensis, aet. 66, prof. 46, sac. 42.

II.

1672 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Andreas van Westnaren, laicus [5].

[1] F falso dicit eum † 1558. — [2] SH ad annum 1798. — [3] V die 11 Nov.; F die 12 huius; S die 15 huius. — [4] AP ad annum 1702. — [5] V dicit eum † 1678; in S nomen legi non potest.

1685 obiit in conventu Worbiano Fr. Mathias Jacobs, laicus.

1691 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Pacificus Oppel, aet. 42, prof. 21, sac. 17.

1693 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Hubertus Hermans, sac. anno 24.

1708 obiit Veronae V. P. Hilarion Hartmann, sac. anno 13, sacellanus campestris tempore belli de successione in regno Hispanico, antea concionator summae aedis Fuldensis (1701-04) et parochus Wetzlariensis (1704-05).

1724 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Gottlieb Hänle, tertiarius [1].

1793 obiit in conventu Miltenbergensi A. V. P. Epiphanius Stegmann Erlenbacensis, Lect. em. [2], aet. 63, prof. 45, sac. 39, qui philosophiam (1758-62) et theologiam (1762-67; 1786-88) docuerat.

1813 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Demetrius Merten a Schondra, laicus, sartor, aet. 66, prof. 28 [3].

III.

1705 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam A. V. P. Henricus Emerici Limburgensis, Lect. em. et Guard. duodenn., sac. anno 32, qui, postquam in gymnasio Franciscano Hammelburgensi magistrum (1673-76) et praefectum (1676-79) egit, lectoratum philosophiae (1679-81) et theologiae (1681-89; 1698-ad mortem) suscepit, guardianatum Episcopiensem administravit (1689-92; 1695-98), Chronista (1692-95; 1702-ad mortem) et Definitor (1692-95) Provinciae effectus est [4].

1746 obiit in conventu Limburgensi, Fr. Ildephonsus Ulrich Limburgensis, clericus, aet. 20, prof. 4 mensium.

1786 obiit in conventu Mosbacensi Fr. Aurelius Dietzel Larbacensis, aet. 55, prof. 31.

1800 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Quintinus Hufnagel Wartmannsrothensis, aet. 30, prof. 11, sac. 8, Lector theologiae actualis (1798-ad mortem), antea Lector philosophiae (1795-98) [5].

IV.

1681 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Daniel Flacke, sac. anno 8, scholarum magister actualis ibidem (1679-ad mortem), antea magister (1673-77) et praefectus (1677-79) Limburgi.

---

[1] Deest in V et S; AC ad annum 1725 « Deocharus ». — [2] F adiungit: « et actualis ». Si ita est, non ante annum 1792 denuo ad lectoratum assumi potuit, quia deest in tabulis. — [3] O et P « Martin ». — [4] Edidit: *Mercurius catholicus ecclesiastico-romano-chronicus.... menses bis senos anni a parta per Christum salute 1694 pede inoffenso et oculo irretorto ad dimensionem horizontalem per gradus elevationis polaris 50 amussatim emensus, singulis in via Chronico-astronomico-litteraria tantisper exercitatus peramoene accomodatus.... praecurrente et... praelucente* F. H. E., Herbipoli, s. a. [1694, ut ex chronogrammatibus patet]. Idem opus edidit pro anno 1695. — Videtur etiam auctor *Annalium Provinciae* esse, de quibus cf. supra, 46 l. 42 sq. et 50 l. 39 sq. — [5] Deest in V.

1704 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Servatius Blankarts, laicus, aet. 45, prof. 12 [1].

1715 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Michael Arnoldi ab Episcopio Rhönae, sac. anno 40, quondam magister (1674-79) et praefectus (1679-81) scholarum gymnasii Hammelburgensis et Praeses residentiae Schwarzenberg (1710-11).

1729 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Benedictus Steckler, laicus, aet. 54, prof. 9 [2].

1759 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Andreas Macke a Duderstadt, Lect. em. et Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 85, prof. 66, sac. 61, qui magister scholarum gymnasii Hammelburgensis (1700-01) et Episcopiensis (1701-03) fuit, philosophiam (1702-04) et theologiam (1704-11; 1717-22) interpretatus est, munera Guardiani Hadamariensis (1711-13) et Volkersbergensis (1713-14) obivit, atque concionatorem summae aedis Fuldensis (1707-08; 1716-17) et missionarium Spalati (1722-25) egit.

1760 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Candidus Rang Hammelburgensis, ord. iubil., aet. 69, prof. 51, sac. 45 [3].

V.

1745 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Felicianus Ziegler Ettlebensis, aet. 29, prof. 9, sac. 5, scholarum magister actualis Hammelburgi (1745-ad mortem).

1758 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Marcellinus Schreck Distelhusanus, ord. iubil., aet. 77, prof. 53, sac. 48, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Limburgensi (1710-11).

1826 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Victor Iff Obereschenbacensis, ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 46, Vicarius actualis ibidem, antea Guardianus Dermbacensis (1804-06).

1828 obiit in conventu Schillingsfürstensi Fr. Philippus Philipps, laicus.

1855 obiit in conventu Fuldensi V. P. Amandus Moeller a Neuhof, aet. 51, prof. 25, sac. 22, qui Salismonasterii parochiam (1846-49) et guardianatum (1844-47) administravit.

VI.

1657 obiit in conventu Hersfeldensi(?) A. V. P. Rainerius Hensberg [4] Confluus, Guardianus ibidem et Definitor actualis. Pluribus Ordinis officiis in Provincia nativa Coloniensi egregie functus, a P. Ioseph Bergaigne, Commissario generali nationis Germano-Belgicae, primum in Definitorium Provinciae Saxoniae S. Ioannis Baptistae de novo resuscitandae receptus, deinde primo Definitorio novae Thuringiae aggregatus est [5].

---

[1] Ita AC ad a. 1705 et AP ad annum 1704; V et F « Blanckart »: S « Blankers ». — [2] S die 4 Nov. — [3] F dicit eum † 1761. — [4] Ita F; V sine loco et anno; deest in S. Cf. supra p. 186-7. Bihl, 31, 45. — [5] *Chronol. prov.* § IV. Supra, p. 53.

1779 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Iosaphat Walle Mosbacensis, Guard. et Instr. em., aet. 59, prof. 37, sac. 34, Guardianus actualis Salismonasterii (1779-ad mortem), antea concionator urbicus Mosbacensis (1755-56), Instructor novitiorum (1756-62; 1766-67; 1770-73), Guardianus Salismonasteriensis (1762-66; 1767-70) et Mosbacensis (1773-76), necnon Definitor (1770-73) et Custos (1776-79) Provinciae.

1780 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Leonardus Leichtlein Miltenbergensis, aet. 38, prof. 19, sac. 14 [1].

1791 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Paulinus Schopp Orbensis, laicus, coquus, aet. 45, prof. 20.

VII.

1692 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Balthassar Balbach, laicus, aet. 54.

1788 obiit in conventu Spalatino Fr. Faustinus Burckhard Sinsheimensis, laicus, sutor, aet. 58, prof. 27, vir religiosus, qui dato otio, die ac nocte inveniebatur in adoratione sacrae Synaxeos. Caeterum in labore fuit gnarus, patiens, regularis et silentii amans [2].

VIII.

1751 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Rudolfus Dietzel Larbacensis, aet. 54, prof. 29, sac. 27, per 10 annos parochus Dermbaci (1741-ad mortem) [3].

1800 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Iustinus Zeis Hammelburgensis, aet. 57, prof. 36, sac. 34, Vicarius actualis ibidem, antea parochus (1782-86) et Guardianus (1789-92) Dermbacensis, necnon Guardianus Volkersbergensis (1794-97). vir meritis plenus, qui sub concione apoplexia tactus, e vita migravit [4].

1807 obiit Geismariae in domo parochiali V. P. Alexander Brux Elfershusanus, stationarius et terminarius Dermbacensis, aet. 52, prof. 31, sac. 27.

IX.

1715 obiit in Gerlachsheim prope Episcopium ad Tuberam A. V. P. Iodocus Stitz, Lect. em., sac. anno 16, Lector philosophiae (1698-1702) et theologiae (1702-ad mortem).

1715 obiit in conventu Montaburano Fr. Casparus Haack, prof. anno 56 [5].

1752 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Archangelus Keidel Wollbacensis, Guard. em., aet. 72, prof. 48, sac. 44, qui primum sacellanum urbicum Episcopii egit (1717-22), deinde superior missionis Marktbreit fuit (1725-28), postea bis guardianatum Hammelburgensem (1728-31; 1737-40) et ter guardianatum Episcopiensem (1732-35; 1743-46; 1749-50) administravit. Praeterea Secretarius (1735-37; 1740-43) et Definitor (1740-43) Provinciae electus est.

1756 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Remigius Schäffer Langendorfensis, laicus, vietor, aet. 67, prof. 29.

---

[1] V « Leichlein » die 28 Februarii. — [2] SH ad annum 1788. — [3] Deest in V; S die 31 Octob. — [4] SN ad annum 1800. — [5] S die 9 huius.

1812 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Aegidius Link Schwarzenbergensis, aet. 67, prof. 45, sac. 43.

1906 obiit Sigmaringae in nosocomio sororum S. Vincentii Fr. Damianus Dehler Steinbacensis, clericus professus, aet. 24, prof. 4.

X.

1717 obiit in conventu Hadamariensi A. V. P. Bernardus Penten, Guard. em., sac. anno 57, qui magister (1683-86) et praefectus (1686-89) scholarum gymnasii Attendornensis atque concionator summae aedis Fuldensis (1695-97) fuit, necnon munera Guardiani Hadamariensis (1692-95; 1701-04; 1716-17), Attendornensis (1697-1700) et Wetzlariensis (1707-10) obivit [1].

1721 obiit in conventu Attendornensi V. P. Friedericus Moelbeck, sac. anno 16, quondam magister scholarum in gymnasio Franciscali Episcopiensi (1705-07) [2].

1754 obiit in conventu Fuldensi V. P. Sebastianus Dernbach Brückenaviensis, aet. 45, prof. 24, sac. 21.

1776 obiit in conventu Neoburgensi ad Danuvium V. P. Othmarus Kummer ex Neoburgensibus anno 1775 Provinciae nostrae incorporatis [3], aet. 52, prof. 30 [4].

1898 obiit in sanatorio civitatis Neuss V. P. Ignatius Klöpper a Gross-Escherde, aet. 51, prof. 28, sac. 26.

XI.

1752 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Burchardus Ritzel Herbipolitanus, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 51, quondam magister (1707-11) et praefectus (1711-13) scholarum gymnasii Franciscani Hammelburgensis et sacellanus urbicus Episcopiensis (1713-14) [5].

1780 obiit in conventu Fuldensi V. P. Michael Weitzenhammer Eistettensis, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 52, sac. 50, olim concionator ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1743-44) et ecclesiae cathedralis Fuldensis (1746-50), necnon Guardianus Spalatinus (1753-55) et Fuldensis (1755-56).

1788 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Beatus Hartmann Limburgensis, Lect. et Guard. em., ord. et sac. iubil., senior Provinciae, aet. 82, prof. 62, sac. 58, qui postquam philosophiam (1731-34) et theologiam (1734-43) docuit, factus est Guardianus Montaburanus (1743-46), Fuldensis (1747-50; 1758-61) et Hammelburgensis (1764-67). Praeterea Secretarius P. Ignatii Molitoris [6], Commissarii generalis nationis Germano-Belgicae (1752-58), necnon Secretarius (1746-47) et Definitor Provinciae (1762-64; 1767-70) fuit.

1798 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Urbanus Fath a Bürgstadt, ord. et sac. iubil., aet. 80, prof. 59 sac. 57, qui primum in gymnasio Limburgensi magistrum scholarum egit (1746-50), postea guardianatum Spalatinum (1768-71),

---

[1] Deest in AC ad annum 1716. — [2] S « Meelbeck » die 9 huius; V die 8 Nov. « Moelbecks ». — [3] Supra, 57 l. 19. — [4] Deest in S; F falso « Krimer ». — [5] Deest in V. — [6] Cf. sub die 14 Februarii, supra p. 85-6.

Dernbacensem (1774-76) et Miltenbergensem (1776-77) administravit. Adhuc puer, simul cum patre suo fluctibus Moeni inundantis raptus est; contigit vero, ut ambo arborem fulmine caesam arriperent. Videns autem pater arborem hanc utrumque portare non posse, filium Dei protectioni commendans, ultro undis se commisit, quibus suffocatus est. Ipse P. Urbanus quasi miraculo salvatus, postea Ordinem Minorum ingressus est. Ex huius arboris ligno baculum sibi fecit, quem iubilarius portavit et secum sepeliendum curavit [1].

XII.

1724 obiit in conventu Limburgensi V. P. Philippus Faber, sac. anno 5, scholarum magister actualis in gymnasio Franciscano Limburgensi (1722- ad mortem) [2].

1735 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Bonaventura Hagel, aet. 31, prof. 12, sac. 7 [3].

1749 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Gonsalvus Fuchs Limburgensis, aet. 66, prof. 45, sac. 41, quondam parochus Hachenburgensis (1722-25) et Praeses Sinsheimensis (1728-29) [4].

1754 obiit in conventu Montaburano V. P. Achatius Hannapel Entershusanus, aet. 38, prof. 11, sac. 8.

1804 obiit in conventu Fuldensi V. P. Pacificus Dorn Fuldensis, ord. et sac. iubil., aet. 76, prof. 56, sac. 53 [5].

1811 obiit in missione Marktbreit V. P. Daniel Ostenberger a Münnerstadt, aet. 64, prof. 44, sac. 39, olim magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Hammelburgensi (1776-82) et Schwarzenbergensi (1789-?; 1803-?).

1852 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Philippus Becker Fuldensis, laicus, aet. 47, prof. 18.

1882 obiit in New York V. P. Polycarpus Gueth Hünfeldensis, aet. 44, prof. 24, sac. 16 [6], parochus actualis ecclesiae S. Francisci ibidem.

XIII.

1676 obiit in conventu Fuldensi V. P. Andreas Blumenschein Episcopiensis [7], Lect. em. et act., prof. anno 22, qui rogatu Capituli a Provincia Coloniensi ad nostram transivit, in qua theologiam tradidit (1666-67; 1669-70; 1674- ad mortem) et guardianatum Hachenburgensem administravit (1672-73).

1725 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Raphael Stüvers, laicus.

1813 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Dominicus Boller Dittigheimensis, laicus, sartor, aet. 58, prof. 26.

XIV.

1665 obiit in conventu Limburgensi Fr. Gerardus Edeling, laicus.

1729 obiit in conventu Hammelburgensi V. P. Basilius Molitor, aet. 29, prof. 11, sac. 5 [8].

[1] *Sulzb. Kal.*, 1888, 109. Cf. SH ad annum 1698. — [2] S vocat eum « laicum ». — [3] S die 12 Nov. — [4] F die 18 huius; V dicit eum † 1750. — [5] F die 6 huius. — [6] Sic. — [7] Bihl, 131; ubi (p. 132) erronee scriptum est die 13 Dec. 1676 obiisse P. Stephanum Brandt. — [8] S die 14 Nov.

1757 obiit in conventu Wetzlariensi V. P. Dionysius Hennert Geldersheimensis, aet. 49, prof. 28, sac. 25, olim magister scholarum in gymnasiis Franciscalibus Limburgensi (1754-55) et Mosbacensi (1755-57) [1].

XV.

1755 obiit in conventu Attendornensi V. P. Anselmus Langenbach Limburgensis, aet. 69, prof. 48, sac. 41 [2].

1889 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Theobaldus Rhiel Erfurtshusanus, aet. 44, prof. 25, sac. 19, Praeses actualis residentiae Ottbergensis (1887-ad mortem).

XVI.

1692 obiit in conventu Attendornensi Fr. Sebastianus Landsberger, laicus [3].

1761 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Thimotheus Schneider Niederbronnensis, aet. 65, prof. 45, sac. 40, qui primum magister scholarum gymnasii Miltenbergensis fuit (1722-23), deinde parochiam Schillingsfürstensem administravit (1726-28), denique partes Guardiani Hadamariensis (1732-35), Montaburani (1738-40), Limburgensis (1740-41) et Attendornensis (1743-44) explevit.

XVII.

1745 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Columbanus Zeyer Brückenaviensis, aet. 47, prof. 26, sac. 22 [4].

XVIII.

1757 obiit in missione Bücholdt V. P. Georgius Hertwig a Duderstadt, aet. 46, prof. 25, sac. 20, superior actualis missionis (1749-ad mortem) [5].

1771 obiit in Berndroth prope Katzenelnbogen V. P. Wigbertus Gross a Berndroth, aet. 34, prof. 17, sac. 7.

1808 obiit in conventu Spalatino V. P. Eadmundus Kilian Schlüsselfeldensis, ord. iubil., aet. 75, prof. 55, sac. 49 [6].

1815 obiit in conventu Worbiano V. P. Beatus Eiles Seligenstadtianus, aet. 57, prof. 29, sac. 25 [7].

XIX.

1727 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Paschalis Krick, laicus, aet. 69, prof. 51 [8].

1730 obiit in conventu Montaburano V. P. Leo Jünemann, aet. 44, prof. 17, sac. 14.

1815 obiit in Margrethenhaun V. P. Placidus Schreiner Hammelburgensis, aet. 51, prof. 15, sac. 8.

---

[1] V die 14 Nov.; S « Hennerth ». — [2] S etiam die 26 huius; V falso dicit eum obiisse 21 Ianuarii 1736. — [3] V « Lansberger ». — [4] V falso dicit eum † 1646. — [5] V die 24 Nov. — [6] V « Edmundus » deest in S. — [7] Deest in V et S. — [8] Deest in F et V.

XX.

1746 obiit in conventu Hadamariensi V. P. Reginaldus Randon Limburgensis, aet. 42, prof. 25, sac. 19.

1752 obiit in conventu Sinsheimensi Fr. Ioannes Nepomucenus Heilmann Hofheimensis, laicus, sutor, aet. 40, prof. 8[1].

1805 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Achatius Gerold Miltenbergensis, aet. 56, prof. 37, sac. 33.

1813 obiit in conventu Fuldensi A. R. P. Adolfus Storch Fuldensis, ultimus Minister provincialis antiquae Thuringiae, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 62, prof. 44, sac. 38, qui philosophiam (1777-80) et theologiam (1776-77; 1780-85; 1789-91; 1794-95) docuit, guardianatum Fuldensem (1791-94; 1798-1800) et Volkersbergensem (1786-89) administravit, concionatorem ecclesiae cathedralis Fuldensis egit (1789-91; 1794-98), tempestate saecularisationis Visitator generalis Thuringiae fuit (1806) et Minister provincialis electus est. Rexit Provinciam a die 30 Augusti 1800 usque ad diem 28 Maii 1803 et a die 6 Iulii 1809 usque ad mortem. Durante priori ministerio suo, saecularisatio destructionem Provinciae inaugurare coepit, quae tempore posterioris ministerii eousque progressa est, ut post eius mortem novus Minister amplius eligi non posset. Ipse vero P. Adolfus dignum se praebuit, qui ultimus surculus generosae illius ac strenuae stirpis virorum esset qui Provinciam fundaverunt, nam in cura hominum typho aegrotantium occupatus, martyr charitatis occubuit[2].

XXI.

1704 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Archangelus Fabri, aet. 41, prof. 24, sac. 19, qui primum magister scholarum gymnasii Attendornensis (1686-87) et Episcopiensis (1689-93), deinde concionator summae aedis Fuldensis (1701-02), denique Praeses Schwarzenbergensis (1702-04) fuit[3].

1713 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Theodorus Alexandri, sac. anno 13.

1726 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Petrus Groels, aet. 57, prof. 37, sac. 31, quondam magister scholarum Hammelburgi (1698-1700) et concionator urbicus Mosbacensis (1717-20)[4].

1748 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Antonius Hahn Fuldensis, aet. 27, prof. 6, sac. 2, Lector philosophiae actualis (1746- ad mortem)[5].

1796 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Paulus Betz Fuldensis, Guard. duodenn., ord. et sac. iubil., aet. 81, prof. 60, sac. 54, vir orationis, semper hilaris, zelator paupertatis[6], qui munera Guardiani Episcopiensis (1761-63) et Sinsheimensis (1779-82), necnon directoris pannificii (1782-86) obivit.

---

[1] Deest in V. — [2] SN ad annum 1813. Edidit: 1) *Positiones selectae ex metaphysica et physica generali praeside* P. Adolfo Storch *in conv. Salismonasteriensi habitae 1779*. Fuldae [1779]. 2) *Exercitium canonicum... sub praesidio* P. Adolphi Storch *Ss. Canonum Lectoris in conv. Fuldensi 1785 habitum. Accedunt reflexiones quaedam in ius Canonicum de moderno eiusdem usu et utilitate.* Fuldae [1785]. Ambae theses in-8° — [3] V « Faber ». — [4] S « Grovels ». — [5] V die 31 huius. — [6] SH ad annum 1796.

1798 obiit in conventu Sinsheimensi A. V. P. Gaudiosus Dieterich Dornheimensis, aet. 59, prof. 37, sac. 35, Instructor novitiorum et Definitor Provinciae actualis (1797-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Franciscani Episcopiensis (1768-70), Schillingsfürstensis (1770-71) et Miltenbergensis (1771-74), atque Guardianus Schwarzenbergensis (1788-91) demumque Spalatinus (1795-97).

1819 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Fidelis Himmel Miltenbergensis, laicus, coquus, ord. iubil., aet. 81, prof. 51.

1895 obiit in residentia Mariaevallensi ad Rhenum Fr. Xaverius Bleike ex Alten-Ruethen, clericus, aet. 21, prof, 3.

1905 obiit in sanatorio civitatis Neuss V. P. Polycarpus Likefett Ottbergensis, aet. 31, prof. 11, sac. 5. Lector humaniorum litterarum in conventu Salismonasteriensi [1].

XXII.

1650 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Franciscus Bodenseiff, clericus novitius [2].

1740 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Franciscus Adami Limburgensis, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 58, sac. 52, aliquando magister scholarum in gymnasio Franciscano Limburgensi (1690-92).

1772 obiit in conventu Worbiano V. P. Marcellinus Wendehost Leinefeldensis, aet. 35, prof. 9, sac. 6 [3].

1778 obiit in conventu Fuldensi A. V. P. Wolfgangus Schmitt Hammelburgensis, Lect. iubil., aet. 44, prof. 24, sac. 20, Guardianus actualis Salismonasteriensis (1777-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Episcopiensis (1761-62) et per 15 annos Lector sacrorum Canonum (1762-77). Vir erat solidae pietatis vastissimaeque scientiae [4], egregius Canonista, qui, quandocumque casus difficilior occurreret, a Consistorio Fuldensi in consilium vocatus est [5] et qui plurima opera totius orbis literarii plausu recepta reliquit [6], praesertim systema canonum quinque voluminibus comprehensum et tractatum classicum de iure matrimoniali ditionis Fuldensis [7]. Cum Guardianus Salismonasteriensis factus esset, aquaeductum in hoc

---

[1] Laboribus spiritualibus nimis deditus, mania mentis captus fuerat. — [2] Ita F et AC ad annum 1652: V « Bodensosiff »; S « Badersuff »; V falso dicit eum † 1655. — [3] S « Wendehorst ». — [4] BS. — [5] HK 222. — [6] BS. — [7] Edidit: 1) *Institutiones Iuris Ecclesiasticae universalis, ad statum Germaniae catholicum accomodatae ac in libros... distributae et expositae a* P. Wolfgango Schmitt. 5 voll. in-8° maiore, Fuldae 1768, 1770, 1771, 1772. — 2) *Positiones selectiores ex omnigeno iure defensae in conv. Fuldensi et Hammelburgensi 1773.* Fuldae [1773] in-8° — 3) *Disquisitio canonico-publica de eo, quod circa reservationes pontificias ex concordatis Germaniae generatim iustum est, quam una cum subiunctis ex universo iure corollariis... in conventu Hammelburgensi praes.* P. W. Sch. *defendent 1773,....* Fuldae [1773] in-8° 245 pp. Directa est haec thesis contra Febronianismum, quare a P. Philippo Hedderich, O. M. Convent. Trevirensi impugnata est. Contra hunc P. Wolfgangus direxit: — 4) *Vindiciae contra dissertationem canonico-publicam de iure consecrandi suffraganeos reverendissimis Germaniae Metropolitis vindicato, ex concordatis principum, quas una cum parergis ex hierarchia ecclesiastica... in conventu Fuldensi defendent.... praes.* P. W. Sch. *1775.* Fuldae [1775], in-8°, 115. — 5) *Centuria Positionum selectiorum ex iure ecclesiastico cum notis quibusdam criticis in novellas litterarias Göttingenses, 1773.... praes.* P. W. Sch. *in conventu Fuldensi habitae....* Fuldae [1774],

conventu construxit, quem ad totam civitatem extendere cogitavit [1]. Sed huius consilii exsecutionem praematura mors impedivit, quam Fuldae, apoplexia tactus, obiit, ubi etiam praesentibus omnibus totius Universitatis Adolfianae membris, sepultus est [2].

1799 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Heliodorus Endres Hammelburgensis, Guard. em., aet. 70, prof. 49, sac. 46, qui guardianatum Dermbacensem (1780-82), Hammelburgensem (1782-85; 1785-88) et Salismonasteriensem (1791-94) administravit et bis Definitor Provinciae fuit (1788-91; 1794-97).

1826 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Vitus Weidner Weilbacensis, laicus, victor, ord. iubil., aet. 87, prof. 51.

XXIII.

1752 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Anselmus Weidmann Fuldensis, laicus, aet. 50, prof. 26 [3].

1782 obiit in conventu Schwarzenbergensi V. P. Gregorius Rettner Egenhusanus, aet. 66, prof. 47, sac. 42, olim concionator ecclesiae cathedralis Fuldensis (1755-58), curatus militum (1752-58) ac Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1758-61) et Volkersbergensis (1765-66).

1799 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Modestus Reichert Bürgstadtianus, aet. 28, prof. 8, sac. 4, scholarum magister actualis ibidem (1795-ad mortem).

1825 obiit in statione Hafenlohr [4] V. P. Dominicus Rimbach Fuldensis, ex conventu Salismonasteriensi, aet. 30, prof. 11, sac. 8, curatus actualis ibidem.

XXIV.

1676 obiit in conventu Fuldensi V. P. Carolus Sottiliez, sac. anno 2 [5].

1694 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Otto Beinemann, sac. anno 7 [6].

1719 obiit in conventu Hachenburgensi Fr. Simon Stevens, laicus [7].

1722 obiit in missione Marktbreit Fr. Angelus Mees, laicus [8].

---

in-8°. — 6) *Positiones selectiores ex omnigeno iure.... quas praes.* P. W. Sch... *publicae disquisitioni submittunt.... in conv. Fuldensi 1776.* Fuldae [1776] in-8°. — 7) *Commentatio de eo, quod circa paroemiam iuris Germanici « Hut bey Schleyer, Schleyer bey Hut », ex ordinatione topica Fuldensi de anno 1719 praeprimis iustum est. Quam una cum subiunctis ex universo iure parergis.... in conv. Hammelburgensi 1776 praes.* P. W. Sch. *defendent....* Fuldae [1776] in-8°, 191 pp. — 8) *Dissertatio canonico-practica de eo, quod circa exspectativas ad canonicatus ex statutis et observantiis Germaniae iustum est... quam una cum subiunctis ex omnigeno iure corollariis praes.* P. W. Sch. *in conventu Fuldensi 1777 defendent...* Fuldae [1777] in-8° 120 pp. — [1] HK l. c. Num vero de facto hoc cogitaverit, dubium est, quia aqua fontis ad hunc finem minime sufficiebat. Cf. etiam BS. mense Decembri: « Recommendatur parens [P. Wolfgangi] Ordini Seraphico addictissimus, qui praeter plurima nobis exhibita beneficia ad praedictum fontem plura gratis coniecit ». — [2] BS. Cf. *Allgem. Deutsche Biographie,* XXXII, 48. — [3] F « Weiemann »; deest in S. — [4] Ita F. — [5] Ita AC ad annum 1774 et 77; BF et S « Sottilie »; V et F « Sottilia ». — [6] AC « Bennemann » et « Beynemann »; S « Brinemann »; V « Peinemann ». — [7] F « Steven ». — [8] S « Maes »; V die 24 Octobr.

1799 obiit in conventu Dermbacensi V. P. Nicephorus Schwab Windheimensis, aet. 64, prof. 45, sac. 42, parochus actualis ibidem (1795- ad mortem), antea magister (1764-70) et praefectus (1770-73) scholarum Hammelburgi, missionarius in Windheim (1773-79), Guardianus Sinsheimensis (1782-85) et commissarius pannificii (1786-92).

1812 obiit in statione Riedenberg V. P. Balthassar Hespelein Ettlebensis, ord. et sac. iubil., aet. 78, prof. 55, sac. 53, primum Superior missionis in Kupferzell (1785-86), deinde missionarius in Waldenburg (1786-91), denique curatus Riedenbergensis (?- ad mortem).

XXV.

1682 obiit in conventu Wetzlariensi Fr. Friedericus Niebels, laicus, prof. anno 33[1].

1689 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Blasius Weipert, laicus[2].

1715 obiit in conventu Fuldensi V. P. Petrus Joachimi, ord. et sac. iubil., aet. 75, prof. 56, sac. 53, quondam Praeses residentiae in Monte SS. Crucis in Rhöna exstructae (1666-69) et Guardianus Miltenbergensis (1674-76).

1715 obiit in missione Büchold[3] V. P. Ludovicus Mörkleins[4], sac. anno 39, qui missionem Franciscanorum inter Protestantes civitatis Mosbach inauguravit, ibique residentiam fundavit, cui primus omnium praeerat (1687-92). Fratres eo advenientes ab incolis in civitatem non admittebantur, quare in mola extra portas habitabant. Sed cum tempore belli confoederatorum contra Ludovicum XIV anno 1688 Gallicus miles, Mosbacum vi occupans, aliquot milia ducatorum ab incolis sub incendii comminatione exigeret, P. Ludovicus autem hostem placaret, urbemque non solum ab incendio sed etiam a tributo solvendo vindicaret, ita omnium animi fuere devincti, ut pro novo conventu fundando suppetias adpromitterent omnes. Novam ergo domum fratres anno 1689 inhabitare coeperunt, postquam processionaliter cum Ss. Sacramento urbem ingressi sunt et Sacrum Pontificale sub divo celebrarunt[5]. Praeterea Mosbaci (1701-02) ac Hachenburgae (1698-1700) et Episcopii (1714 - ad mortem) guardianatum administravit, ac missionem Bücholdensem rexit (1704-14).

1779 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Ieremias Herold Hammelburgensis, laicus, scrinarius, aet. 57, prof. 27.

1815 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Desiderius Ziegler Maibacensis, aet. 63, prof. 38, sac. 35.

1899 obiit in conventu Patersonensi Fr. Bruno Stopp a Schwenesberg, laicus, aet. 32, prof. 8.

XXVI.

1704 obiit in conventu Hammelburgensi A. V. P. Iodocus Rumpf, Guard. duodenn., aet. 64, prof. 45, sac. 40, qui magister scholarum gymnasii Franciscalis

[1] « S Nibel ». — [2] S Wegert ». — [3] Iuxta AC tabulatus est anno 1714 Guardianus Episcopiensis, cuius muneris gestio non ante annum 1716 finita esse potuit. Mirum igitur, quod iuxta testimonium F et S et V obiit Praeses missionis Büchold. Forsan tempore capituli iam aegrotavit, ut guardianatum sibi commissum subire non posset. — [4] S « Marklein »; F « Merklein ». Supra, 56 l. 10; 60 l. 28. — [5] Chronol. Prov. § XXI.

Limburgensis (1663-64) et missionarius in Hohensolms (1667-69?) fuit, missioni Rödchen prope Siegen (1673-74) et residentiae Schillingsfürst (1674-80) praefuit, guardianatum Mariaevallensem ad Siegam (1669-72; 1683-85), Hadamariensem (1685-86), Volkersbergensem (1690-92) et Schillingsfürstensem (1695-97) administravit et bis Definitor Provinciae electus est (1686-89; 1692-95). Fuit in observantia disciplinae regularis rigidus, in concionibus assiduus et austerus in vitia, conversionis acatholicorum studiosus [1].

1729 obiit in conventu Mosbacensi V. P. Ioseph de la Haye, aet. 54, prof. 34, sac. 30, primum magister scholarum gymnasii Limburgensis (1701-02), deinde parochus Wetzlariensis (1714-15), postea primus missionarius in Marktbreit (1719-23), denique Praeses Sinsheimensis (1725-26). Sub concione festivali in conventu Mosbacensi apoplexia tactus, e vita discessit [2].

1751 obiit in conventu Volkersbergensi V. P. Iustinus Trappe, aet. 50, prof. 29, sac. 26.

1790 obiit in conventu Mosbacensi Rmus P. Ferdinandus Klotten, Definitor generalis actualis et Commissarius generalis nationis Germano-Belgicae electus, Ex-Minister Provinciae, Ex-Visitator generalis, Lect. et Guard. em., aet. 57, prof. 37, sac. 32. Natus Mosbaci et in gymnasio Franciscano ibidem eruditus, anno 1752 Ordinem ingressus est. In tirocinio vocatus est Eulogius, quod nomen, parentum voto, in professione conversum est in Ferdinandum. Sacerdos factus, pene omnia Ordinis officia gerenda suscepit [3], philosophiam videlicet (1759-62) et theologiam (1763-70; 1773-74) docuit, munera guardianatus Episcopiensis (1770-73), Schillingsfürstensis (1776-77) et Mosbacensis (1777-79; 1782-85) obivit, Chronista (1779-85), Definitor (1773-76), Custos (1779-82) atque Minister Provincialis electus est, rexitque Provinciam a die 15 Maii 1785 usque ad diem 11 Maii 1788. Praeterea bis Visitator generalis Provinciae Coloniae et semel Visitator generalis Provinciae Argentinensis fuit. Denique Definitor generalis [4] et in capitulo nationali anni 1790 Commissarius generalis nationis Germano-Belgicae electus est, quod tamen munus morte praeventus suscipere non potuit [5].

1799 obiit in conventu Mosbacensi A. V. P. Seraphinus Hippler Königheimensis, Lect. iubil., et Guard. duodenn. aet. 65, prof. 45, sac. 41, qui primum magister scholarum gymnasii Franciscani Limburgensis (1759-62) et Schwarzenbergensis (1762-64) fuit, deinde per 17 annos S. Scripturam interpretatus est (1768-85). Anno 1780 professor ordinarius publicus S. Scripturae (-85?) et linguae Hebraicae (-82) in Universitate Adolfiana Fuldensi nominatus est. Postea guardiatum Miltenbergensem administravit (1785-88), theologiam moralem et pastoralem docuit (1789-94?) et Chronistam Provinciae egit (1797 - ad mortem). Vir erat studiosissimus, linguarum Orientalium valde gnarus, aeterna memoria dignus [6]. In chronica manu propria conscripta relationes notatu dignissimas de tempore rebellionis Gallicae posteris reliquit [7].

---

[1] AP ad annum 1704. — [2] Ex Necrologiis. — [3] SH ad annum 1790. — [4] Ad hoc officium non ante Octobrem 1789 assumptus esse potuit, quia in capitulo anni 1789 nondum Definitor erat. — [5] SH l. c. Edidit: *De eo, quod circa successionem haereditariam aut feudalem desertorum Instituti Religiosi ex omni lege iustum est, dissertatio historico-iuridico publica, quam una cum annexis ex universo iure corollariis... anno 1770 Fuldae assistente* P. Ferdinando Klotten *propugnabunt...* Fuldae [1770]. — [6] SN ad annum 1799. — [7] Bihl, 143. Inscriptio huius chronicae est: *Chronica de bello et pace etc.*, vide hoc Necrologium, p. 31. Praeterea in bibliotheca conv.

1801 obiit in via ad conventum Hammelburgensem V. P. Honorius Molitor Miltenbergensis, aet. 70, prof. 45, sac. 45. Functionibus festivalibus in Wirmsthal peractis. inter Euerndorf et Trimberg apoplexia correptus est[1].

1815 obiit in conventu Salismonasteriensi A. V. P. Amadeus Bauch Hammelburgensis, Lect. em. et Guard. duodenn., aet. 61, prof. 40, sac. 37. Vicarius actualis ibidem, antea Lector philosophiae (1782-88) et theologiae (1788-94?), necnon Guardianus Hammelburgensis (1794-97)[2].

XXVII.

1697 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Paschalis van de Velde, laicus[3].

1702 obiit in conventu Hadamariensi Fr. Antonius Groven, laicus, aet. 67, prof. 50, religiosus numquam notatus otiosus, numquam vel tribulationibus depressus vel verbis durioribus alteratus[4].

1729 obiit in conventu Montaburano V. P. Dominicus Doësper, aet. 53, prof. 40, sac. 6[5].

1742 obiit in conventu Attendornensi V. P. Antonius Matthaei Traiectensis, aet. 67, prof. 45, sac. 45.

1806 obiit in statione Eiterfeld prope Fuldam V. P. Carlomannus Richter a Malerts, aet. 66, prof. 45, sac. 44, per 30 annos stationarius in Eiterfeld[6].

1907 obiit in conventu Fuldensi Fr. Humilis Lurmann Borringhusanus, clericus novitius, aet. 21.

XXVIII.

1688 obiit in conventu Attendornensi V. P. Albertus Marthian, sac. anno 54[7].

Fuldensis superest eius manuscriptum *Commentariorum in Pentateuchum*, in-4°, 414 pp. — Typis edidit theses sequentes: 1) *Paraphrasis in Psalmum II cum vindiciis aliquot ex psalterio vaticiniorum in Iesu Christo impletorum praes.* P. S. H. *in conventu Fuldensi 1777 defendent...* Fuldae [1777], in-8°. — 2) *In daemoniacos S. Evangelicae historiae et selectos quosdam V. ac N. Foederis textus,* Fuldae 1799, in-8°. — 3) *Lex naturae per Moysen descripta, quoad selectiora succincte illustrata contra Bibliomachos cum vindiciis potiorum dogmatum, quae negant Sociniani.* Fuldae 1780, in-8°. — 4) *Exercitatio in Malachiae III, de duobus Angelis et selectos V. ac N. Foederis textus huc pertinentes cum parergis in Malachiae I, et biblicam historiam de S. Patriarcha Abraham,* Fuldae 1780, in-8°. — 5) *Lex Mosaica quoad selectiora succincte illustrata contra bibliomachos et potiora V. F. oracula de Messiae characteribus,* Fuldae 1781, in-8°. — 6) *Exercitatio biblica in I et II caput Matthaei,* Fuldae 1782, in-8°. — 7) *In prologum S. Evangelii secundum Iohannem meletema sacrum pro divinitate Incarnati Verbi.... et positiones selectae in legem Mosaicam et Evangelicam.* Fuldae 1785, in-8°. — 8) *Exercitatio Scripturistica in legem naturae sive antemosaicam.* Fuldae 1785, in-8°. — Denique edidit: 9) *Legis Evangelicae selectiora contra bibliomachos illustrata a* P. Seraphino Hippler O. F. M.... *Accedit brevis disquisitio in theologiam typicam et Ionam Christi typum atque Harmonia Evangelica.* Fuldae et Wirceburgi 1784, in-8°, XVI et 199 pp. — [1] SN ad annum 1801. — [2] Edidit: *Positiones selectae ex metaphysica et philosophia practica Salismonasterii defensae 1785.* Fuldae [1785] in-8°. — [3] F « van den Velden » die 29 huius — [4] AP ad annum 1702; deest in V; AC ad annum 1704 « Grauen ». — [5] V « Dasper ». — [6] F falso dicit eum † 1807. — [7] Deest in V; F et AC ad annum 1689 « Marteau ».

1728 obiit in conventu Miltenbergensi V. P. Laurentius Thenarts, aet. 64, prof. 45, sac. 39.

1750 obiit in conventu Schwarzenbergensi A. V. P. Casimirus Heyl Montaburanus, Guard. em., ord. iubil., aet. 70, prof. 50, sac. 46, magister (1708-11) et praefectus (1711-13) scholarum gymnasii Limburgensis, Praeses (1720-23) et Guardianus (1738-41) Schwarzenbergensis atque Guardianus Limburgensis (1725-28), Wetzlariensis (1731-32) et Salismonasteriensis (1732-34), curatus de Aufenau (1732-34), commissarius pannificii (1728-31), necnon Secretarius (1723-25; 1728-31) et Definitor (1728-31) Provinciae [1].

1815 obiit in conventu Ellingensi V. P. Wunibaldus Scheidel a Raitenbuch, ord. et sac. iubil., aet. 79, prof. 58, sac. 55, quondam magister scholarum gymnasii Episcopiensis (1759-61). Conventu Spalatino saecularisatione sublato, a gubernio Bavarico conventui Ellingensi adiunctus est.

XXIX.

1686 obiit in conventu Hammelburgensi Fr. Wilhelm Nicolai, clericus.

1724 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam Fr. Matthaeus Bossenberger, clericus sacerdos, sac. anno 1 [2].

1771 obiit in conventu Schillingsfürstensi V. P. Severianus Stier Episcopiensis, aet. 58, prof. 38, sac. 33.

1800 obiit in conventu Fuldensi Fr. Ferdinandus Wigand Salismonasteriensis, laicus, sartor et organoedus, aet. 66, prof. 43, exemplaris Franciscanus, vir ob suam peregrinationem in Terram Sanctam, ubi per tres annos permansit, bene notus [3].

1823 obiit in conventu Salismonasteriensi Fr. Friedericus Ehrmann Zeizenhusanus (?), laicus, sutor, aet. 64, prof. 37 [4].

1823 obiit in conventu Volkersbergensi Fr. Fulgentius Hillenbrand ab Hattenhof, laicus, sutor, ord. iubil., aet. 83, prof. 54.

XXX.

1673 obiit in conventu Miltenbergensi Fr. Nicolaus Grave, laicus [5].

1779 obiit in conventu Hammelburgensi A. R. P. Wilhelmus Wilhelmi Obereschenbacensis, Ex-Minister Provinciae, Lect. em., et Guard. duodenn., aet. 59, prof. 42, sac. 37, primum Lector philosophiae (1743-47) et theologiae (1747-55), deinde Guardianus Dermbacensis (1755-58), Fuldensis (1761-62) et Hammelburgensis (1762-63) ac Definitor Provinciae (1758-61), denique a die 20 Octobris 1764 usque ad diem 8 Augusti 1767, et a die 30 Maii 1773 usque ad diem 26 Maii 1776 Minister Provincialis [6].

---

[1] S « Heil »; deest in V. — [2] S « Boessenberger »; deest in V. — [3] Ex BF et SN ad annum 1800; Bihl, 136, 216. Scripsit libellum manuscriptum in-8° de peregrinatione sua. — [4] V die 20 Februarii. — [5] V « Grane ». — [6] Edidit: *Theses ex philosophia tripartita, Rationali, Naturali ac Transnaturali menti utriusque Doctoris, Purpureo Seraphici S. Bonaventurae et Mariano Subtilis Ioannis Duns Scoti conformatae... Wetzlarii praeside* P. Wilhelmo Walhelmi 1746 *defensae.* Wetzlariae [1746] in-8°. Praeterea in bibliotheca conv. Fuldensis manuscriptum Praelectionum philosophicarum eius adservatur sub titulo: *Theoremata in philosophiam Aristotelico-Scotisticam,* in-8°, pag. circ. 400.

XXXI.

1757 obiit in statione Euerbach prope Hammelburg V. P. Clemens Schmitt Wollbacensis, aet. 42, prof. 19, sac. 16, stationarius actualis ibidem (1775 - ad mortem [1]).

1772 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Narcissus Hillenbrand Fuldensis, aet. 56, prof. 17, sac. 14, praefectus scholarum actualis ibidem (1771- ad mortem), antea magister scholarum Hammelburgi (1762-67) et concionator urbicus Episcopiensis (1767-70).

1799 obiit in conventu Episcopiensi ad Tuberam V. P. Prosper Hummel Miltenbergensis, aet. 67, prof. 47, sac. 43, olim in gymnasiis Franciscalibus Attendornensi (1759-62), Hammelburgensi (1762-66), Schwarzenbergensi (1766-69) et Miltenbergensi (1780-83) magister scholarum, necnon praefectus Episcopii (1773-74) [2].

1841 obiit in conventu Salismonasteriensi V. P. Syrus Sauer ab Lanneshof prope Fuldam, aet. 67, prof. 47, sac. 43.

Mense Decembri absque assignatione diei:

Obiit 1755 in conventu Hadamariensi A. V. P. Bruno Minor Limburgensis, aet. 66, prof. 48, sac. 42, Guardianus actualis ibidem (1755-ad mortem), antea magister scholarum gymnasii Franciscani Miltenbergensis (1715-16) et Limburgensis (1719-22), necnon praefectus Limburgi (1722-23), concionator ecclesiae collegiatae Wetzlariensis (1723-25), Praeses Spalatinus (1734-37) atque Guardianus Mariaevallensis ad Siegam (1729-31) et Schillingsfürstensis (1745-46; 1749-52) [3].

Absque assignatione diei et mensis obierunt:

Intra annos 1653-55 in residentia Friesenhagensi Fr. Aegidius Brucker, laicus [4].

Intra annos 1735-37 in conventu Limburgensi Fr. Hilarinus Wahler, clericus novitius [5].

[1] S « Schmid »; F falso dicit eum obiisse 1762. — [2] F falso dicit eum obiisse 1800. — [3] S die 22 Dez; F die 23 Dez. V die 30 Dec. — [4] Ex AC ad annum 1655 et V; deest in F et S. — [5] Ex AC ad annum 1737; deest in F, S et V.

APPENDIX

NOMINA FRATRUM, QUI IN PROVINCIA THURINGIAE ORDINEM INGRESSI SUNT, SED EXTRA NEXUM PROVINCIAE IN HABITU RELIGIOSO VITAM FINIERUNT [1].

I.

Fr. Bernardus Bonacker, laicus, anno 1689 Provinciae Austriae incorporatus est. Obiit Viennae die 5 Febr. 1720, Iubilarius ordinis [2].

V. P. Regalatus Pauli, Mengerskirchensis, anno 1774 ad Capuccinos transiit, aet. 48, prof. 29 [3].

II.

SEQUUNTUR NOMINA FRATRUM, QUI ANNO DIVISIONIS PROVINCIAE SCILICET 1762 THURINGIAE INFERIORI SE ADIUNXERUNT ET IN EIUS NEXU OBIERUNT [4].

1763 4 obiit Augusti Attendorniae V. P. Engelbertus Neuhäuser Oberbrechensis, aet. 48, prof. 30, sac. 26.

7 Augusti obiit Attendorniae V. P. Victor Fromm Hagiopolitanus, ord. et sac. iub., aet. 78, prof. 52, sac. 51 [5].

1764 5 Februarii obiit Limburgi V. P. Winandus Fuchs Niederbrechensis, aet. 51, prof. 32, sac. 28.

5 Aprilis obiit Montaburi V. P. Hieronymus Emmerici Limburgensis, ord. et sac. iub., aet. 84, prof. 64, sac. 60.

[1] Herpers, Fortunatus, O. M., *Descriptio brevis Ortus et Progressus Provinciae Coloniensis* (Ms. saec. XVIII. in biblioth. civitatis Duesseldorpiensis; Schlager, *Beiträge,* p. V) conventum fundatum esse dicit anno 1221; Koch, *Rheingebiet,* 32, sub finem saeculi XIII; Eubel, 10, 216, cum Chronica *Berardi Müller* anno 1290. Sed iuxta catalogum monumentorum ecclesiae nobis per Adamum Bürvenich, *Annales,* I, 246, asservatum iam anno 1271 ibi « Mechtildis, procuratrix fratrum » sepulta est. Cf. etiam Franck, W., *Geschichte der ehemaligen Reichstadt Oppenheim,* Darmstadt 1859, 79-81, 505-515 et AF II, 440, 443 s. — Oppenheim situm est ad Rhenum in magno ducatu Hassiae.

[2] In principio seriei titulus *Fr.* pluries repetitur; deinde omittitur.

[3] Anni rubricati sunt. [4] I. e. Ratisbona; AF II, 454. [5] Caetera A subdidit.

[6] Hinc vacat medium f. 31 v necnon et f. 32 integrum. [7] Aug. 23.

[8] Num iam antea conventus Fratrum Minorum Ambergae constiterit, dubium est; cf. Greiderer, II, 286-91; Eubel, 10, 61, 217, 275; Minges, 10. De reformatione cf. AF II, 341.

Ibi defuncti sunt fratres infrascripti:

Fr.[1] Iohannes Thalner, diac. 1465.
Erhardus Lethner, accolitus 1457.
Iohannes Edelman, sac. 1505.
Iacobus Ostellfilt, sac. 1465.
Fr. Steffanus, laic. 1465.
Bernardinus, sac. 1471.
Fridericus Pistoris, sac. 1497.
Henricus Meckenhausen, diac. 1465.
Severinus, laic. 1502.
Udalricus Kremser, guardianus 1502.
Iohannes Widman, 1511.
Iohannes Bonaventura, 1525.
Gregorius Allhoppfer, 1521.
Paulus Sauer, 1511.
Steffanus, famulus, 1509.
Udalricus Stoberen, laicus 1507.
Adam Apell, 1525.
Iohannes Spigel, guardianus 1475[2].
Iohannes Fabri, sac. 1497.
Lucas, guardianus, 1481.
Engelhardus, diac. 1485. [f. 33v.].
Thomas Rorern, sac. 1524.
Ruffinus, laic. 1492.
Nicolaus Stayner, 1505,
Iohannes Hetz, 1505.
Clemens Doleatoris, 1521.
Marinus Scheyren, 1505.
Wolfgangus Peck, 1521.
Conradus de Neunkirchen, 1465.
Iohannes Roerer, laic. 1465.
Iohannes Coler, laic. 1461.
Erhardus, laic. 1465.
Paulus Cappendorffer, sac. 1479.
Sixtus Hilbrandt, sac. 1497.
Nicolaus Knoblach, sac., guardianus huius conventus 1515.
Georgius Strobel, cler. 1521.
Gordianus Leitell, diac. 1518.
Georgius Olman, sac. 1492.
Andreas[3] Tuberlin, sac. 1536.
Iohannes Holfelt, sac. 1530.
Georius Breitfelt, 1531.
Leonhardus, laic. 1532.
Iohannes Dorner, sac. 1533.
Hermannus Holfelt, sac. 1538.
Iohannes Findling, sac.[4] 1538[5].

17. [f. 35r]. SANCTI UDALRICI.

Anno domini 1460 edificatum est monasterium sancti Udalrici prope Barr fratribus Minoribus de Observantia[6].

Iohannes[7] de Dieppurg, sac. 1465.
Eberhardus de Weystar, sac. 1465.
Iacobus Hartmanni, laic. 1471.
Nicolaus de Egra, alias Ortlin, sac. 1472.
Iohannes Rithaber, sac. devotus 1472.
Eberhardus N., laic. 1472.
Conradus de Zabernia, sac. 1474.
Leonhardus Steinbach, 1474.
Iohannes Stahel, gardianus loci, 1475,
Iohannes Cosel, sac. 1477.
Fridericus Winterthur, sac. 1480.
Iohannes Bechelinger, sac. 1481[8].
Iohannes Stolh, laic. 1481.
Paulus Starck, sac. 1485.
Udalricus Waltheri, sac. 1485.
Michel[9] Spatler, sac. 1485.

---

[1] *Fr.* titulus singulis quasi nominibus praeponitur. Anni quandoque repetuntur ante et post nomina. Nos ordini solito istius Necrologii omnia adaptavimus.

[2] AF II, 320, 425, 450. [3] Caetera A subnexuit. [4] De quo cf. Minges, 96; Paulus, N., *Katholische Schriftsteller aus der Reformationszeit,* ap. *Katholik,* LXXII, 1892, I, 550; Idem, *Kaspar Schatzgeyer,* Strassburg 1898, 23, 137-139; Sbaralea, *Suppl.*, 388. [5] Fol. 34 vacat.

[6] Hunc conventum pro Fratribus de Observantia fundatum esse veri simile est; cf. Eubel, *Geschichte,* 10, 62, 215, 219, 277, et Primbs, 22: « 1481 obiit sincerrima mater nostra, fundatrix conventus sancti Udalrici prope Barr, nomine Susanna de Udenheym ». AF II, 470, 556, 575 s. — Barr est oppidulum Alsatiae Superioris. [7] Tituli desunt. [8] Qui 1454 magister noviciorum in conventu Norembergensi fuit; AF II, 348. [9] Codex « Mechel » pro « Michael ».

Heinricus de Spira, sac. 1486.
Leonhardus Engelhardi, guardianus Rubiacensis, anno 1488 [1].
Iodocus Gender, laic. 1489.
Michel Schorrer, laic. 1490.
Heinricus de Burgundia, laic. 1492.
Heinricus Disthinger, laic. 1494.
Petrus Fruwin, sac. 1495,
Michel Claser, laic. 1495.
Guntherus sac. 1497.
Martinus Wissenloch, viceguardianus, 1498.
Wilhelmus Manssberger, laic. 1499.
Heinricus Ober, subdiac. 1500.
Petrus de Bergen, sac. 1501.
Martinus Textoris, sac. 1501.
Adam de Argentina, sac. 1501.
Iohannes Michelbach, laic. 1502.
Christianus Langenecker, sac. 1503.
Iodocus Sartoris, laic. 1503.
Iohannes [de] Argentina, predicator 1504.
Summa: 35. [f. 35v.].
Conradus Kruss, laic. 1507.
Melchior de Argentina, predicator 1509.
Cristannus N., sac. 1511.
Mathias Heiler, sac. 1511.
Wigandus N., devotus laic. 1511.
Thomas Absolon, laic. 1514.
Iohannes Venatoris, predicator, 1514.
Martinus Straubinger, sac. 1514.
Richardus de Campis, sac. 1516.
Nicolaus Keiser, laic. 1516.
Anthonius Sartoris, subdiac. 1519.
Iodocus Geller, sac. 1520.
Ieorius Oberndoerfer, laic. 1522.
Nicolaus Nürstein, sac. 1523.
Hartmannus Pistoris, sac. 1524.
Iacobus Breglin, guardianus bene dignus huius loci, 1524.
Hartmannus Hast, sac. 1526.
Bernhardus Kaim, viceguardianus loci 1527.
Iacobus Walch, predicator loci, 1527.
Michael Lenglin, guardianus loci 1527.
[Summa] 20.
Franciscus [2] Eberlin, laic. 1530.
Ludovicus servit. 1531.
Bernhardus Lump, laic. 1533.
Fridericus Winter, laic. 1537.
Henricus Bonach, sac. 1537.
Kylianus Faltner, laic. 1537.
Conradus Greyner, sac. 1538.
Iohannes Pfefferkorn, sac. 1541 [3].

18. [f. 37r]. LEONBERGENSIS.

Anno [4] domini MCCCCLXVI in die sancti Ioannis ante portam Latinam [5] fundata est domus et ecclesia huius conventus Leonbergensis sub regimine ac dominatione ducis Eberhardi de Wirtenberg, filius (!) ducisse Methildis, comes et miles 1466 [6]. Numerus fratrum Minorum defunctorum, quorum corpora in loco isto requiescunt.

Anno domini 1466 obiit fr. Nicolaus Custem, sacerdos, in loco sancti Mauritii in Byssen, qui primus ibidem sepultus et tumulatus existit [7].

Obiit Fr. [8] Ioannes Decker, sac. 1468.
Iohannes Noerlinger, sac. 1472.
Ioannes Fryck, laic. 1472.
Ven. P. Fr. Nicolaus de Rottenburg, sac. 1473.
Wolfgangus, sac. 1473.

[1] AF II, 504. [2] Caetera A addidit. [3] Hinc f. 35v. vacat integrumque f. 36.

[4] Notitia haec rubricata est itemque anni emortuales. [5] Maii 6.

[6] AF II, 575: « Anno domini 1467 in crastino sanctae Luciae comes Fratres transtulit ad oppidum Leonbergam ». — Leonberg est oppidulum prope Stuttgardiam.

[7] AF II, 575: « Eberhardus Württembergensis, barbatus, impetravit Bullam a sanctissimo domino nostro Pio II, anno Domini 1459, vigore cuius construxit quoddam eremitorium in valle subtus oppidum Leonbergam apud capellam s. Mauritii, vulgariter Beyssen, in quo et Fratres collocati aliquamdiu morani in paupertate et simplicitate traxerunt». Cf. et 491, 511, 560.

[8] Singulis nominibus praefigitur: *Obiit Fr.*

Marcus de Helbrunna, sac., in ecclesia sepultus, 1475.
Fridericus de Esslingen, cler., in ecclesia tumulatus, 1477.
Fr. Erhardus Müller, laic. 1479.
Iohannes de Franckfordia, cler. 1479.
Petrus Wolleb, sac. 1482.
Hermannus Medici, viceguardianus huius loci, 1482.
Iohannes Lupi, sac. 1482.
Nicolaus Winterfus, laic. 1482.
Heinricus, viceguardianus huius loci, 1482.
Hermannus de Lindenfels, sac. 1482.
Summa: 16. [f. 37v.].
Uno anno 7 mortui sunt.
Fr. Andreas, sac. 1482.
Franciscus Bart, laic. 1484.
Lucas Humell, sac., sepultus in Marbach, 1494.
Cristimannus Zürn, sac., sepultus in Marckbach, 1494.
Iohannes Moringer, laic. 1500.
Iohannes Hug, sac. 1501.
Luwicus Spengler, subdiac., de Ruittlingen, clericus, 1502.
Georgius Hachler, sac., in ambitu sepultus, 1510.
Anthonius (obiit) prope Detter, sac. 1505.
Iohannes David, sac. 1503.
Maternus Klein, laic. 1515.
Mathias Falck, laic. 1514.
Devotus Pater Fr. Iohannes Tremell, predidicator huius conventus, 1514.
Fr. Wilhelmus Carpentarius, laic. 1515.
Udalricus Brenner, sac. 1515.
Michaell Styts, laic. novic. et cocus, 1516.
Melchior Sartoris, cler. professus, 1520.
Iheronimus Schmeicher, sac. nobil(itatis) ge(neris), 1520.
Wendelinus de Lutterburg, vicarius provincialis, electus olim in capitulo in Leonbergen celebrato, anno domini 1522 ibidem in choro nostro sepultus, 1522 [1].
Wendelinus Butterkell, laic. 1528.
X. N. (?) Cleescher (?) 20 [2]. [f. 38 r.].
Wendelinus [3] Beyer, sac. 1531.
Bernhardus Ferlin, sac. 1531.
Anthonius Erenst, sac. 1531.
Wolfgangus Geitner, sac. 1531.
Nicolaus Fabri, sac. 1534,
Iohannes Maguntie, sac. 1534 [4].

19. [f. 39r]. KELHEYMENSIS [5].

Anno domini 1465 fundatus est predictus conventus [6], et infrascripti obierunt fratres:

Leonardus [7] Scheybell, sac. 1521. [Ian. 17 viceguardianus huius loci].
Erhardus Sutor, laicus.
Sigismundus Rosperger, sac. 1521. [Aprilis 19, perfectae aetatis].
Iohannes Schintler, laic. 1520.
Matheus Erlanger, sac. [Aprilis 30].
Nicolaus Mell, laic. 1518.
Conradus Neunayr, servit. 1527, ad annos 28 servivit fratribus.
Iohannes Lehener de Augusta, sac. 1491. [Aug. 7].

---

[1] Vide infra 290, l. 9ss. [2] An hoc nomen revera sit, non apparet; tamen f. 37v reapse 20 obitus notantur. [3] Caetera adiecit A. [4] F. 36r caeterum vacat itemque eius versum.

[5] Aliud copiosius Necrologium conventus Kelheimensis antiquum archivum huius conventus in Archivo regni Bavarici Monacensis asservatum (Bayerische Franziskaner. no 284) continet. Cl. P. Bernardinus Lins, Provinciae Bavariae alumnus, qui animum meum ad illud advertit, excerpsit, et quae descripta humanitate eximia mecum communicavit, uncis inclusa addam. — Kelheim situm est ad Danubium inter Ratisbonam et Ingolstadium.

[6] De fundatione cf. Greiderer, II, 277-81; Minges, 46 s. — Cf. et AF II, 560, 66, 70, et AF I, 296 s. [7] Titulus *Frater* deest.

Iohannes Goldner de Augusta, viceguardianus loci, 1510. [Goeldener, Aug. 28, qui quondam etiam exstitit guardianus illius loci necnon et Ambergensis et Mengenbergensis].

Ludovicus de Elsendorf, sac. 1464. [1463 Sept. 1].

Iohannes Doner, sac. 1521. [Sept. 17].

Cristofferus Appell, laic. 1521.

Nicolaus Snecll, 1463, acolitus.

Paulus Kircher, 1505.

Clemens, laic. 1475.

Fridericus Stubenrayner, sac. 1483. [Oct. 25].

Leonhardus Diermayr, sac. 1516. [Oct. 27, sacrista fidelissimus].

Iohannes Bencher, sac. 1521, [Oct. 27, qui in pluribus conventibus officiis potioribus praeoccupatus tandem per multos labores pro communi habitos in guardianatus honore hic decessit].

[He]nricus [1] Lentzinger, laic. obiit .... [f. 39v.].

Matthias Distler, sac. 1483. [Nov. 7].

Conradus Eisengreyn, sac. 1520. [Nov. 14].

Wenceslaus de Egra, sac. 1519. [Dec. 7, sacrista fidelis].

Petrus [2] Borer, sac. 1525. [Aug. 14, guardianus Mengenbergensis, obiit in itinere ad capitulum in Landshut celebrandum].

Silvester Lurtz, sac. 1530. [Dec. 13].

Gabriel Riedler, sac. 1535. [Oct. 28, Zigler; qui per plures annos hic fuit viceguardianus fidusque terminarius, tandem ad officium guardianatus hic electus in eodem vitam conclusit].

Leonhardus Hamerschmit, sac. 1536, [fidelis et laboriosus terminarius].

Henricus Hebbling, laic. 1538.

Wolfgangus N., laic. 1539 [3].

20. [f. 41r]. LENTZFRIDENSIS [4].

Iohannes [5] Haberstok, laic. 1467.

Ludovicus Teutler, sac. 1474.

Caspar Schuler, sac. 1474.

Bernhardus Sartor, laic. 1474.

Petrus Fischer, laic.

Iohannes Molitoris, sac. 1482.

Henricus, laic. 1505.

Iacobus de Cremuntia, sac. 1485.

Bartholomeus Fug, laic. 1499.

Henricus Goytz, sac. 1506.

Michael Strobel, sac. 1508.

Michael Braun, diac. 1510.

Conradus Weyss, sac. 1518.

Iohannes Brobst, sac. 1520.

Leonhardus Molitoris, sac. 1526.

Lucas Bogker, laic. 1526.

Nicolaus Keyser, subdiac.

Petrus Fichter, sac. 1530.

Udalricus Diether, sac. 1530.

Fridericus Krafft, sac. 1533.

Michael Briegel, sac. 1537.

Laurentius Sorger, laic. 1539.

Iacobus Breytenberger, sac. 1540 [6].

---

[1] Charta hic lacera est. Nomen hoc, postea linea deletum; ultimo in pagina lacera legitur.... *dfels,* quae vox suppleri nequit.

[2] Sequentia nomina A subdidit.

[3] Hinc f. 39v vacat et integrum f. 40.

[4] Neque de fundatione neque de reformatione Necrologium quidquam refert, sed in eo spatium pro solita illa notitia vacat. Omnia sunt manus A. Cf. tamen AF II, 576s. et Minges, *Geschichte,* 47s. Situs erat conventus iste prope Campodunum (Kempten). Eo introducti fuerunt fratres 1458. Anno 1464 primus lapis aedificandae ecclesiae positus fuit.

[5] Titulus abest.

[6] Parva pars f. 41r, versum eiusdem et f. 42 per totum vacant.

21. [f. 43r]. MENGENBERGENSIS.

Anno domini 1459 sub summo pontifice Pio secundo, instantia et petitione illustrissimi principis Ottonis, comitis Palatini-Rheni ducisque Bavarie, receptus et constructus est iste conventus, in quo defuncti et sepulti sunt infrascripti fratres [1]:

Iohannes [2] Karteuser, laic. 1471.
Udalricus Schirlinger, sac. 1472.
Iohannes Sartor, laic. 1472.
Wilhelmus, laic. cocus, 1472.
Franciscus, diac. 1483.
Leonhardus Westermaier, sac. 1485.
Ludovicus Püffel, sac. 1495.
Fridericus Kress, vicegardianus, 1499.
Fridericus Foerster, laic. 1501.
Heinricus Puckelman, laic. 1505.
Egidius Guppenperger, laic. 1505.
Paulus Seekircher, 1505.
Caspar Lodmann, guardianus, 1509.
Iohannes Haug, sac. 1513.
Bartholomeus Geratwol, laic. 1514.
Iohannes Zeschinger, famulus fratrum 1516.
Sebaldus Pleycher, laic. 1516.
Iohannes Rotenburger, sac. 1518.
Wolffgangus Nemer, laic. 1522.
Leonhardus Stayner, laic. 1527.
Iohannes tertiarius peregrinus.
Duo fratres ex Bruderloch prope Kelhaym [3] 1529.
Heinricus [4] Weichsner, laic. 1529.
Henricus Beringer, sac. 1531.
Wolffgangus Weiser, laic. 1532 [5].

22. [f. 45 r]. KEYSERSSPERGENSIS.

Anno [6] domini 1458 intraverunt fratres nostri locum ad sanctum Iohannem prope Alspach ad manendum [7]. Ubi defuncti sunt fratres et sepulti in Alspach eorum sex, videlicet:

Symon [8] Gallicus, sac.
Iohannes Friel, sac.
Iacobus Mercz, sac.
Iohannes de Goettingen, sac.
Urbanus Mensch, laic.
Nicolaus Sartor, laic.

De post anno domini 1484 die beati Iacobi apostoli [9] intraverunt fratres hunc locum in Keisersperg ad inhabitandum [10]. Et citra defuncti sunt:

Nicolaus Bruenlin, sac. 1484.
Petrus Hanbickert, sac. 1489.
Eckardus de Moguncia, diac. 1489.
Theobaldus Gertner, sac. 1491.
Stephanus Fischer, laic. 1493.
Iohannes Hufinger, sac. 1493.
Fr. Anthonius de Raon [11], laic. 1493.
Iohannes Conradi, guardianus in Raon, 1493.
Henricus Villinger, sac. 1494.
Truttwinus Dieffenbach, sac. 1496.

---

[1] Cf. AF II, 449, 376, 560 576 s.; Greiderer, III, 358–9; et Minges, *Geschichte,* 46 s. — Situs erat conventus in Möningerberg prope Möning, vicum Palatinatus Superioris, non longe a Freistadt.
[2] Titulus: *Fr.* praecedit. [3] De quo loco cf. AF II, 376 et Minges, 46. [4] Ultima tria nomina adiecit A. [5] F 43v. et 44 totum vacat. [6] Notitia utraque (cf. infra) rubricata est itemque anni emortuales. [7] Cf. AF II, 577-8; cf. 507, 511. Eubel, *Geschichte,* 62, dicit anno 1462 Observantes conventum Kaisersbergensem accepisse; cf. ibid. 16, 214, 275. — Kaysersberg oppidum est Alsatiae Superioris, prope quod situm est Alspach, ubi ab an. 1282 usque ad 1792 fuit monasterium Clarissarum. AF II, 314, 322, 348 sq., 373. Stoeber, *Documents concernant l'abbaye d'Alspach,* ap. *Revue d'Alsace,* 1862, 153–60; Gass, J., *Alte Bücher und Papiere aus dem Clarissenkloster Alspach,* Strassburg i. E. 1907; cf. AFH II, 680.
[8] Singula nomina titulus: *Fr.* praecedit. [9] Iulii 25. [10] AF II, 577 s.
[11] I. e. Raon-l'Etape in Vosego; Gonzaga, 586[1]; 576[2].

Panthaleon Brandyss, laic. 1499.
Iohannes Bonaventure, sac. 1499.
Heinricus Sinter, sac. 1501.
Nicolaus Schnur, sac. 1501.
Iacobus Deckenpfrund, laic. 1502.
Iohannes Wild, laic. 1503.
Georius Forster, quondam gardianus 1504.
Paulus Scriptoris, lector, 1505 [1].
Iacobus Carpentarii, laic. 1508.
Sixtus Creutzer, sac. 1510.
Iohannes Werner, laic. 1510.
Fridolinus Koch, subdyac. 1510.
Iodocus Giger, sac. 1515.
Nicolaus Kulm, sac. 1517.
Petrus Steck, sac. 1518.
Leonhardus Zesinger, laic. 1518.
Iohannes Meder, sac. 1518.
Conradus Heyss, laic. 1518.
Iohannes Widman, diac. 1518.
Conradus Kienlin, laic. 1518.
Albertus Lautterbach, gardianus, 1518.
Iohannes Feldencz, confessor in Alspach, 1519. [Summa] 33. [f. 45 v].
Iohannes Ruff, laic. 1519.
Iodocus Hiltenbrant, sac. 1519.
Nicolaus de conventu Rauniensi [2], sac. 1519.
Georgius Meyer, sac. 1519.
Conradus Grueckner, gardianus, 1520.
Symon Heidenreich, sac. 1521.
Wendelinus de Rastatt, sac. 1522.
Iodocus Dessler, sac. 1522.
Bartholomeus Wyer, quondam provincie vicarius, 1523 [3].
Iohannes de Kempis, sac. 1524.
Iohannes Fierling, confessor in Alspach, 1526.
[Summa:] 44.
Vitus [4] Hertzog, laic. 1529.
Iohannes Francisci, sac. 1531.
Iohannes Vöglin, sac. 1531.
Sebastianus Veler, laic. 1529.
Iohannes Iohannis, sac. 1531.
Iohannes Burckardi, laic. 1531.
Albertus Volmer, 1541.
Iohannes Fabri, sac. 1535.
Iohannes Hafenbrack, sac. 1536.
Vitus Harteysen, sac. 1539.
Iohannes Reger, sac. 1539 [5].
Iohannes Wechter, laic. 1539.
Georius Breger, sac. 1540 [6].

23. [f. 47r]. CRUCENACENSIS.

Anno domini 1481 fundatus est conventus Crucenacensis pro fratribus de observantia nuncupatis. Anno vero domini 1484 consecrata est ecclesia cum cimiterio ac ambitu, in quo subscripti fratres sunt tumulati [7]:

Iohannus [8] Horwyler, sac. 1494.
Petrus Maysenhaym, sac. 1513.
Petrus Marsylii, 1523.
Conradus de Sobernheyn, sac. 1499.
Simon Arnsteyn, sac. 1520.
Conradus Frech, sac. 1501.
Henricus Hylman, laic. 1510.
Iohannes Herminger, laic, 1511.
Iacobus Czwickel, sac. 1518.
Iohannes Dyenstman, laic. 1496.
Heinricus Hügk, gardianus 1493.
Conradus Rheyn, sac. 1519.

---

[1] *Necrologium Kelheimense:* « Octobris 21: In omni genere doctrinae eruditissimus, qui a multis annis guardianus Tuebingensis et lector theologiae indicibili fidelitate et infatigabili studio plurimos instituit fratres et post se doctos reliquit In Kaysersberg defunctus et sepultus ». AF II, 505: « ingenio clarissimus lector Tubingensis ». Jäcklein, 56: « in omni genere doctrinarum eruditissimus, qui a multis annis guardianus thuewingensis et lector theologiae plurimos instituit fratres ». Cf. supra, 277, n. 4. [2] I. e. Raon; p. 285, n. 11. [3] Cf. infra 290, l. 12.

[4] Reliqua nomina A addidit. [5] AF II, 562. [6] Hinc f. 45 v vacat et f. 46 integrum.

[7] AF II, 578; cf. 491, 507, 560. — Kreuznach ad flumen Nahe, non longe a Bingen.

[8] Singula nomina titulus: *Fr.* praecedit.

Laurentius Ryntaler, laic. 1516.
Iacobus de Lympach, acolit. 1478.
Gaspar Oberndorffer, laic. MDX.
Iacobus Kolner, sac. 1497.
Petrus Grieser, sac. 1518.
Wendelinus Gemminger, laic. 1521.
Leonhardus Figulus, laic. 1526.
Heynricus Lochner, sac. 1491.
Laurentius Rud, sac. 1510.
Iohannes Winther, sac. 1496.
Sebastianus Yselyn, laic. 1519.
Wolffgangus Fyertaler, laic. 1519.
Conradus Züez, sac. 1490.
Iohannes Roesch, sac. 1507.
Iohannes Lauterburgk, 1495.
Bonifacius Menger, per decem annos guardianus laudabiliter conventui prefuit, qui obiit anno domini 1519[1]. [f. 47v].
Iohannes Hargersheyn, laic. 1504.
Franciscus Ulger, diac. 1519.
Iohannes Lenglein, sac. 1520.
Iacobus Lücz, sac. 1525.
Iohannes[2] Findling, sac. 1530.
Stephanus Lacher, laic. 1538.
Petrus Kyrren, sac. 1532.
Iacobus Schaub, laic. 1533.
Iohannes Staudefuss, laic. 1533.
Leonhardus Haffner, laic. 1534.
Hugo Lindenberger, sac. 1534.
Albertus Francisci, sac. 1535.
Iacobus Molitoris, laic. 1535.
Iohannes Schmidt, laic. 1536.
Iohannes Ligler, sac. 1539.
Ioannes Cronberger, sac. 1540.
Andreas Ackerman, sac. 1540.
Iohannes Rosche, laic. 1540.
Iohannes Ruel, laic. 1541[3].

24. [f. 49 r]. ZABERNIENSIS.

Anno domini 1486 fratres usum et possessionem conventus Zaberniensis receperunt, ubi mortui sunt fratres subscripti[4]:

Iohannes[5] Reinhardi, sac. 1517.
Petrus Hochfelder, diac. 1522.
Sebastianus Oss, predicator, 1511.
Iohannes Brechter, sac.
Henricus Rocksheyn, sac. 1511.
Nicolaus Kannel, laic. 1504.
Lucas Miller, laic. 1501.
Theobaldus Sutoris, sac. 1511.
Bernhardus de Spira, laic. 1513.
Iohannes Holczschumacher, sac. 1499.
Iohannes Molitoris, primus gardianus huius conventus, 1512.
Georgius Alber, sac. 1498.
Eberhardus Krock, laic. 1500.
Thomas Tinctoris, sac. 1516.
Theodoricus de Lympurg, subdiac. 1483.
Thomas Franck, sac. 1521.
Hermannus Fenchel, sac. 1527.
Anastasius Bydessheyn, sac. 1527.
Udalricus Fabri, sac.
Nicolaus Stupffler, laic. 1506.
Balthasar Ryss, sac. 1527.
Iohannes Stachlin, diac.
Conradus Boeler, sac. 1527.
Mathias[6] Ungerer, 1525.
Iohannes Bissing, laic. 1531.
Nicolaus Bickenhaub, sac. 1534.
Antonius Bucher, laic. 1536.
Georius Heilman, sac. 1539. [f. 49 v][7].

---

[1] In marg. inferiore incausto prope evanido legitur summa: « 28 fratres ».
[2] Reliqua haec nomina A subiecit. — De Ioh. Findling cf. supra 281 n. 4.
[3] Dimidia pars f. 47 v et 48 integrum vacat.
[4] AF II, 499, 578. s. — Tres Tabernae, Zabern in Alsatia Infer. Cf. Fischer, Dag., *Notice sur l'ancien couvent des Récollets de Saverne*, ap. *Bulletin de la soc. pour la conservation des monuments historiques d'Alsace*, II, sér. t. IX, Strasbourg 1876; Idem ap. *Revue d'Alsace* 1869, 521-4.
[5] Semel hic titulus: *Fr.*
[6] Caetera haec nomina A subdidit.
[7] Quod versum et f. 50 integrum vacant.

25 [f. 51r]. FREMERSPERGENSIS.

Fratres defuncti in loco S. Ursule prope Fremersperg sunt infrascripti [1].

Fr. [2] Beritzo, laic. 1458.
Iohannes Heumann, sac. 1459.
Ieorius Kress, sac. 1460 [3].
Ieronimus Dutlinger, sac. 1461.
Iohannes Lauteres, diac. 1461.
Iacobus Mittelhuser, sac. 1462 [4].
Iohannes Korter, sac. 1473.
Iohannes Derrer, sac. 1475.
Iohannes Schot, sac. 1478.
Iohannes Schuler, laic. 1481.
Rubertus Gallicus, sac. 1483.
Willelmus de Laydis, sac. 1484 [5].
Fridericus Gartner, laic. 1487.
Nicolaus Seyler, laic. 1488.
Reverendus pater frater Iacobus Dyeffnbach, ad multos annos huius loci vicarius extitit et zelosus predicator, 1495 [6].
Reverendus pater frater Iohannes Funck, qui etiam ipse extitit presidens huius loci, 1496 [7].
Ieorius Brenner, sac. 1500.
Petrus Sulzfeld, 1504.
Iohannes Lorss, laic. 1505.
Andreas, laic. 1506.
Fridericus Fryel, laic. [f. 51v.].
Petrus Strygel, sac. 1509.
Martinus, laic. 1510.
Erhardus Fabri, sac. 1511.
Iohannes Feyniger, sac. 1516.
Iohannes Ufragen, laic. 1517.
Caspar Audorff, sac. 1519.
Iohannes Bremer, laic. 1519.
Iohannes Lochinger, layc. 1521.
Iohannes Gesell, sac. 1523.
Iohannes Schnerre, diac. 1524.
Sebastianus Schaub, 1525.
Iohannes Pheter, sac. 1526.
Iohannes Schwartz, laic. 1528.
Iohannes [8] Rumel, sac. 1531.
Petrus Brunck, sac. 1535 [9].

26. [f. 53r]. BINNICENSIS [10].

Iohannes [11] Rodigast, presidens, 1505.
Caspar Dencz, presidens, 1496.
Michael Kuhorn, 1500.
Martinus Fingerman, 1508.
Iohannes Biglin, presidens, 1487.
Georius Rumelen, 1503.
Conradus Sun, laic. 1502.
Iacobus Klenck, sac. 1516.
Thomas Lapicida [12], sac. 1530.
Allexander Grien, sac. 1534 [13].

---

[1] Fundatus est c. an. 1450; AF I, 296; II, 574 s. cf. AF II, 349, 51. — Vicus prope Baden in Badena. [2] Ubique titulus: *Fr.*

[3] AF II, 349. [4] AF II, 380.

[5] De Provincia Coloniae, « optimus scriptor ». Cf. AF II, 471 s.

[6] AF II, 491, 504, 507, 511. [7] AF II, 487.

[8] Duo haec nomina A subscripsit. [9] Caeterum f. 51 v et 52 integrum vacat.

[10] Deest notitia historica in MS. cf. AF II, 560, 577. Ibi an. 1477 Observantes Capellam B. Mariae V. acceperunt. — Videtur fuisse Bönnigheim inter Heilbronn et Stuttgardiam. Hueber, 498s., 891, conventum nominat Büncken vel Bünchen, illumque cessasse dicit anno 1543 per Protestantes.

[11] Titulus abest. [12] Duo ultima nomina A subnotavit.

[13] Caeterum f. 53 v et 54 r vacat.

27. [f. 54 v]. BRIXENSIS [1].

In conventu ordinis S. Clare [2] obierunt fratres subscripti:

Reverendus pater frater Iohannes Lindtner, quondam provincialis vicarius.
Iohannes Speyrer, confessor loci.
Conradus Natter, confessor.
Bernhardus Schlierpach, confessor.
Adam, predicator.
Marcus Elenperger de Eppen, predicator, 1529.
Henricus Strasser, socius confessoris, 1524.
Franciscus Grundtubel, socius confessoris [3].

[f. 55r]. VICARII [4] PROVINCIALES PROVINCIE ARGENTINENSIS AC MINISTRI EIUSDEM DE OBSERVANCIA [5]. [1450-1537].

Reverendus Pat. Anthonius [6] Ernst, sepultus in conventu Montis Tilii [7] provincie S. Bonaventure, rediens de capitulo generali [8], anno 1470 [9].

Revdus Pat. Fr. Iohannes Lindener [10], sepultus Brixine, Provincie Austrie, 1470 [11].

Revdus Pat. Fr. Iohannes Schieber, Lantshute sepultus, 1473 [12].

Revdus Pat. Fr. Iohannes Lare [13], sepultus in conventu Donionii [14], provincie S. Bonaventure, anno 1481 [15].

Revdus Pat. Fr. Iohannes Alpart [16], Monaci sepultus, 1492 [17].

Revdus Pat. Fr. Nicolaus Caroli, primus vicarius Provincie Argentine, Moguncie sepultus, 1483 [18]. [f. 55 v].

Revdus Pat. Fr. Iohannes Heilman de Lindenfels, quater vicarius, sepultus Moguncie, 1503 [19].

---

[1] Omnia scripsit A. [2] AF II, 353, 570; Greiderer, II, 100-9. — Agitur de hospitio Fr. Min. Observantium prope monasterium S. Clarae Brixinae, quod monasterium fundatum fuerat 1235; reformatum fuit 1455 a Clarissis Nuremberga accitis. Cf. et Straganz, Max, O. F. M., *Mitteilungen aus dem Archive des Clarissenklosters zu Brixen,* ap. *Programm des K. K. Obergymnasiums zu Hall,* 1894: *Notitia fundationis* etc., 35 sqq. [3] F. 55r. A hic prius scripserat, sed postea delevit: *Sarburgensis conventus reformatus 1528.* Cf. 261. [4] Haec A scripsit tractu uno usque ad Ioh. Macheysen; duas ultimas notitias item insimul notavit. [5] Cf. Minges, *Geschichte,* 54-57, 85. [6] Minges, 54, Iohannem eum vocat. [7] Id est Montélimar (cf. AF IV, 541; V, 505), Provinciae Burgundiae. Jäcklein, 42, errans in conventu Donionii in Provincia Burgundiae eum defunctum esse dicit. [8] Hoc capitulum Palentiae Provinciae Castellae celebratum est. [9] Cf. AF II, 434, 440, 442, 443, 445, 449. [10] Vel Lindtener vel Lindler. Cf. supra 272, 6; 289, 3. [11] Cf. Primbs, 84, et AF II, 320, 417, 427, 434, 440, 447, 449.

[12] Cf. supra 267, 32; 272, 12; 275, 8; 279, 10. AF II, 348, 397, 409, 413, 417, 456.

[13] Vel de Lor. [14] I. e. Dijon, Divionum; cf. AF II, 478. [15] *Necrologium Kelh.*; « Obiit Maii 26, sepultus in Provincia S. Bonaventurae, iens ad capitulum generale ». Cf. supra 267, 7; 268, 17; AF II, 348, 350, 353, 385, 444, 450, 457, 461, 470, 472, 473, 477, 478.

[16] Vel Altpart vel Alphart. [17] Primbs, 33: « (Obiit) circa festum Viti (*Necrologium Kelh.*: Iunii 1), qui provinciam fructuose IX annis rexit. Cuius industria conventus Ulmae reformatus est ». Cf. AF II, 417, 457, 460, 470, 472, 480, 487, 491, 498, 499, 504, 507, 578 et Minges, 59.

[18] Minges, *Geschichte,* 44-46, 58; Eubel, *Geschichte,* 61. Cf. supra 265, 19; 273, n. 7. AF II, 284, 310-313, 322-324, 329 s., 445-450, 488 s.

[19] *Necrologium Kelh.*: « (Obiit) 25 Aprilis — postquam quater huic nostrae provinciae Argentinae in officio vicariatus laudabiliter et irreprehensibiliter praefuisset, Moguntiae in officio guardianatus, cuius onera ad multos annos variis in conventibus sustinuerat, virtuosam vitam

Revdus Pat. Fr. Iohannes Keller sepultus Helprunni [1], 1505 [2].

Revdus Pat. Fr. Iohannes Machisen [3], vicarius provincialis; post annum 1517 in capitulo Monacensi primus electus minister; anno 1521 custos Bavarie et gwardianus Nurnbergensis, ibidem sepultus, [1525] [4].

Revdus Pat. Fr. Wendelinus de Luterburgk [5], binies provincialis vicarius, 1522 [in] Leonberga sepultus [6].

Revdus Pat. Fr. Bartholomeus Wyer, binies provincialis vicarius, 1525 sepultus in Keysersperg [7].

Revdus Pat. Fr. Caspar Schaczgeyer, vicarius provincialis, anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo, presidente in sede sancti Petri sanctissimo papa Leone decimo, ac imperante Romanis Maximiliano [f. 56 r] ac tunc, celebrato capitulo generalissimo in urbe, idem reverendus pater creatus est in ministrum Argentinum unacum ceteris ministris Observancie regularis. Anno vero 1527 existens custos Bavarie ac gwardianus Monacensis, pie obdormivit in domino, sepultus in eodem conventu [8].

Revdus Pat. Iohannes Macheysen, sepultus in Nurenberga, anno 1525.

Revdus Pat. Mathias Moysenbach, semel minister provincialis, sepultus in Preysach [9] in conventu Augustinensium anno 1538 [10].

---

felici fine plenus dierum finivit ». Primbs, 23 s.: « Provinciam nostram XII annis fructuose rexit et interiectis annis guardianus celeber insignium conventuum fuit habitus. Obiit in festo S. Marci ». Cf. AF II, 462, 465, 470, 480, 482, 491, 494, 499, 503, 505, 507s.; 511, 513, 515-518, 521, 535, et Minges, *Geschichte,* 51s.; 55 s.

[1] Id est Heilbronn. [2] Binder F., *Charitas Pirkheimer,* Freiburg 1878², 32. Cf. AF II, 507, 515, 522, 526, 530, 533, 536, 548. [3] Hueber, *Cronickh,* 545 s., in nomen eius iocans ait: « Welcher aber seinen Undergebenen nit Eysen, sonder Bücher zumachen und zubinden hat anbefolchen ». [4] Binder, 41; Minges, 57, 60, 85; cf. AF II, 515, 537, 545, 548, 551, 553, 555 s., 560-562. [5] Id est Lauterburg.

[6] Cf. sub conventu Leonbergensi in hoc Necrologio 283, l. 15, electus dicitur in Capitulo ibidem celebrato, quod tamen non quadrat. Electus fuit an. 1511 in Capitulo Basileensi (AF II, 551), ipse an. 1513 tenuit Capitulum Rietfeldiae (l. c. 553) et Vicariatui cessit in Capitulo Heidelbergensi an. 1514 (l. c. 554). Wendelinum autem Heidelbergensem: AF II, 563, et Wendelinum Moguntinensem: AF II, 564: non eundem esse ac Wendelinum Lauterburgensem, sicut loco citato 612, putatur, per se perspicuum est.

[7] Cf. AF II, 1, 2, 513, 518, 530, 533, 536s., 545, 548, 551, 553, 555. Supra 286, l. 8.

[8] Primbs, 56: « Vir vita, fama et scientia a nullo spernendus, Lutheranorum errorum expugnator et submersor imperterritus et invictus ». Minges, 72-75, 88-91; Paulus N., *Kaspar Schatzgeyer,* Strassburg 1898. — Supra 270, l. 2s. [9] Cum guardianus Friburgensis esset, in itinere ad capitulum Kaisersbergae celebrandum obiit. Cf. Hansjakob, 109.

[10] Cf. AF II, 563. — Hinc f. 56 r vacat itemque f. 56 v, quod f. 56 ultimum est in codice.

INDEX NECROLOGII

PROVINCIAE ARGENTINAE

FRATRUM MINORUM OBSERVANTIUM

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Z

IV.

NECROLOGIUM

CONVENTUS LEODIENSIS

DICTI DE IERUSALEM

FRATRUM MINORUM

(1487-1794)

EDIDIT

P. HUGOLINUS LIPPENS, O. F. M.

PROOEMIUM.

I. — Antequam Necrologium Fratrum Minorum Leodiensium cum Observantiae tum Recollectionis historiographis praebeamus, brevissimam eiusdem conventus notitiam exhibere lubet. Huiusce enim franciscalis communitatis antiquae Provinciae Flandriae monographiam contexere nullo erudito hucusque insidebat animo, quamvis id pro plurimis aliis Provinciae conventibus iam tentatum et ad felicem exitum sit deductum.

Ab incunabilis quidem Seraphicae Religionis, ante annum 1232 inquam [1], Fratres Minores intra muros civitatis Leodiensis charitate sunt recepti, ibique ad ripam Mosae, in loco vulgo *Beaurepart* nuncupato, communem vitam duxerunt. Ast paucissimis vix elapsis annis, violenti incendio (ann. 1254) fabricis et ecclesia destructis, ad vicum *Hors-Chateau* transmigrarunt. Hic, in media civitate, novum asceterium novumque templum liberalitate Magistratus [2] totiusque populi e fundamentis erigi curaverunt, ibique plura saecula pacifice habitabant Deo servientes. Attamen mediante iam saeculo XV misere cessarunt ipsi et exemplo altissimae paupertatis, et zelo animarum fidelibus causam esse salutis. Quapropter nonnulli viri optimae notae, inter quos Dominus Canonicus Ioannes Biliton, unacum Magistratu, recursum habuerunt ad Sanctam Sedem, ut, intercedente Iuliano de Rovere, Cardinali, Legato in Galliis, familiam Fratrum de Observantia nuncupatorum sibi obtinerent. Qui quidem religiosi tunc temporis in Belgicis partibus fama sanctitatis iam celeberrimi exstabant [3].

Hisce piis precibus Leodiensium laudatus Cardinalis a Sixto IV concessorium obtinuit diploma; quod instrumentum datum VI idus novembris 1481 cum suis litteris ex Avenione, ad magistrum I. Biliton transmisit [4]. Attamen ob calamitosas perturbationes politicas et bella domestica Patriae, erectio domus remissa est ad annum 1487. Tunc vero P. Ioannes Fenald, e conventu Sambrensi, tamquam actor et futurus Praesidens a Vicario Generali Leodium missus, negotium serio est aggressus, et ad felicem exitum perduxit. In Congregatione enim Provinciali anno 1487

---

[1] Primum, quod mentionem facit de Fratribus Leodiensibus, publicum instrumentum est aliquod diploma, datum 19 nov. 1232, Minorum ecclesiam iam consecratam dicens. Exstat apud Miraeus, *Opera diplomat.* t. IV, p. 545. — Fratres Praedicatores anno 1234 Leodii domum erigere coeperunt.

[2] Instrumentum concessionis et fundationis datum a Lamberto Burgimagistro et omnibus scabinis, mense feb. a. 1243. Cfr. Jean d'Outremeuse, *Ly Mireur des Histoires (Commiss. Royale d'hist. — Chroniques inédites)* t. V, p. 268.

[3] Anno 1445 Athis iam erexerant conventum pro Observantinis, dum anno 1470 Fratres Namurcenses hanc reformationem amplexi erant. Cfr. *Ortus et progressus Provinciae Flandriae Fratrum Minorum Recollectorum,* p. 11; asservatur huius Manuscripti apographum in Archivo Provinciali FF. Min. Belgii, Bruxellis.

[4] Cfr. MS. 77 Archivi Provinciae Belgii. — De fundatione Leodiensi, anno 1445 incepta, quam narrat L. Waddingus, *Annales Minorum,* IV, p. 93, nullum exstat vestigium, nec in Archivis nec in nostris Chronicis.

Metis celebrata, locus Leodiensis, dictus de Ierusalem, iam primum legitur pro Observantinorum familia acceptatus, et Vicariae Franciae adscriptus. Anno 1523, cum Custodia Flandrica a Provincia Franciae Parisiensis iam separaretur et in Provinciam distinctam erigeretur, conventus noster Leodiensis 13 loco numeratur inter domos huius novae Provinciae [1]. Tandem, reformatione Recollectorum in Belgicis partibus iam sparsa, Congregatio Provincialis, Nivellis habita 10 ianuarii 1624, hanc strictioris vitae formam Leodiensibus Observantinis imposuit, simul ac conventibus Waremmiensi et Bollandiensi. Cum vero a. 1782 « vi edicti Caesaris » Provincia Flandriae in duas divideretur partes, scil. in Provinciam Austro-Belgicam, seu ad Sambram, et Leodiensem, seu ad Mosam, ad hanc alteram Leodiensis conventus pertinuit usque ad violentam dispersionem a Gallis nefarie peractam anno 1796.

Hunc vero conventum, dignum exstitisse encomio cl. Theod. Gobert [2], dicentis eum per tria saecula et numero et laboribus exantlatis, necnon et viris illustribus principem tenuisse locum inter omnes religiosas familias Leodiensis civitatis, compertum habemus variis ex documentis; ad quorum intelligentiam et elucidationem non negligendum affert lumen praesens Liber Defunctorum.

II. — Manuscriptum quod iam publici iuris facimus, modo asservatur in Bibliotheca Communali Centrali Civitatis Leodiensis, sub signaturà: *Nº 4. Fonds Capitaine: Obituaire des Frères Mineurs de Liége* [3]. Est quidem Codex membraneus, mensuras habens mm. 265×185. Praeter duo insititia chartacea ad initium, complectitur 74 folia, hocce modo distributa: 1 ternio, 9 semiquaterniones, 5 quaterniones, 1 ternio et duo folia: quae colligata exsistunt tegumento ligneo, corio vituli superducto, et munita duobus repagulis aurichalcis. Fol. 1r insititio notula legitur alicuius eleemosynae conventui oblatae [4]; Necrologium replet fol. 1r-58v; fol. 59r-72v vacant; fol. 73r exhibetur formula renovationis Votorum: *Gratias Tibi ago Domine* [5].

Varii varios in Codice nostro descripserunt obitus in decursu temporum. Attamen duabus partibus, fonte seu origine omnino distinctis, componitur, scil. *a)* apographo seu transcriptione antiquioris alicuius Necrologii, prout asseritur in titulo ipsius praesentis Manuscripti, et probatur ex natura, numero et redactione ipsorum obituum [6]; et *b)* notitiis necrologicis primum inscriptis ab ineunte anno 1610 ad annum usque 1794 [7]. Textum priorem ideo curavimus distingui a textu secundo, in praesenti editione: antiquiorem Codicem deperditum exhibendo typis *obliquis*, novas vero redactiones characteribus ordinariis.

Ast palaeographo perlegenti obitus anno 1610 anteriores statim apparet, ipsum nostrum apographon non unius sed trium amanuensium « primariorum » opus esse;

[1] Cfr. MS. 142 Musaei Namurcensis, fol. 102v; Wadd. ad a. 1523, n. 9-10, t. XVI, 151-54.

[2] *Les Rues de Liége*, Liége, (s. a.), III, 339.

[3] Dum cl. Ursmarus Berlière, O. S. B., suum confecit *Inventaire des obituaires Belges*, Bruxelles 1899, Codex noster reperiebatur in Acad. Leodiensi; vide op. cit. p. 42.

[4] Hisce verbis: « Egidia ancilla Michaelis Renardi Prioris in Cornelymonte dedit quinquaginta florenos brabanticos, anno 1632, die, datura in morte adhuc 50, ut inscribatur libro defunctorum ». Cfr. Necrologium f. 43v ad 25m sept. infra p. 362

[5] Eadem est formula ac ea, qua nunc temporis Minores utuntur quotannis in festo S. Raphaelis Arch. cf. *Rit. Rom.-Seraph.*, Ad Claras Aquas 1910, p. 94 sq.

[6] Proinde de hypothesi obituum, ope variorum documentorum, vel solius memoriae redactorum, sicut in Obituario Antisiodorensi; AFH III, pp. 115-138; 310-332, 530-650, 716-738, hic non videtur cogitandum: nisi in casu omnino raro.

[7] Erronee proinde quidam nuper adnotavit in MS. fol. 1r « usque ad annum 1793 ».

qui quidem singuli pro parte et calendarium, minio exaratum in foliis distribuere et notitias necrologicas exscribere curarunt. Cum vero quisque eorum sat characteristicam habeat scripturam, non difficili negotio uniuscuiusque manus dignoscitur.

Primus amanuensis, qui videtur fuisse P. Martinus Beaufort, Vicarius conventus, de quo in titulo Codicis, calamum deposuit ad fol. 54 v; i. e. ad diem 24m iulii calendarii. Ipsum vero primis tantum mensibus anni 1610 transcriptioni operam dedisse ex hoc coniicitur, quod notitia manus ipsius tempore ultima sit 25i martii eiusdem anni, dum proxime sequens scil. 25i aprilis 1610 a tertia manu inter « primarios » est exarata, quae suis locis adnotare curabimus.

Secundus copista, qui attramento rufo usus est, ornatos habet nonnullos characteres, et in marginibus aliquas figuras phantasticas delineare tentavit [1], a descriptione autem cessavit post fol. 42 v. Quibus in octo foliis, 40 tantum obitus transcripsit.

Sequitur tandem transcriptio a tertio inter « primarios » amanuensi exarata. Ipse quidem suorum confratrum opus protraxit ad 31 usque decembris, et pluribus in locis complevit accurate, addendo scilicet obitus, quos negligentia praeterierant, vel qui ab anno 1610 acciderant. Ultima eiusdem manus notitia est 27 aprilis 1620.

Alias quod attinet scripturas fere innumeras, quae in codice occurrunt, non operae pretium esse duximus examini et comparationi easdem submittere, cum hocce studium nullum afferret adiutorium pro solvendis quaestionibus chronologicis [2]. Attamen raris in casibus, ubi ex collatione characterum ipsa aetas descriptionis coniici potest, huiusmodi comparationem instituere non negligemus.

Primo obtutu, ex ipsa serie obituum uni diei affixorum intelligitur, descriptores praesentis Codicis anno 1610 posteriores, non adnotasse obitus « de die in diem » prout mors Fratrum vel amicorum eorum accidit. Plerumque enim ordo chronologicus non servatur. Insuper, cum, deficiente spatio vacuo ab altera ad alteram dominicalem litteram calendarii, nonnulli obitus non suo loco sint appositi, quibusdam certum affigere diem possibile non est. Qua tamen ratione immerito inferres Necrologium non omnem mereri fidem. Opinari quidem licet, imo et affirmare, in archivo Leodiensis conventus Observantiae vel nuntios et chartas defunctorum sedulo servata exstitisse, vel obitus statim « de die in diem », inscriptos fuisse aliquo in Codice provisorio. Secus non appareret, quo negotio descriptor mediantis saeculi XVIIIi complementa et correctiones potuisset afferre notitiis aetatis praeteritae. Ad complendam summariam Codicis descriptionem haec duo tandem notasse iam sufficiat.

Calendarium, cui obitus, uti tabulae in forma, inserti exsistunt, indolem suae originis non dubie prae se fert. Indicando scilicet plura festa Seraphici Ordinis tamquam principaliora (Bernardini Senensis, Antonii Patavini, Clarae Virg., Stigmatum Francisci, Hieronymi, patroni Provinciae Fratrum Minorum in Flandria [3], Patriarchae Assisiensis, Elisabeth Viduae) facile cognoscitur franciscale.

---

[1] Quod videre est fol. 36 r, 40 r et v, 41 r, et 42 r et v.

[2] Quod ipse deducas ex eo v. g: Amanuensis an. 1754 obitus adnotans, per totum Codicem supplementa addidit: notitiam anni 1687 primum inscripsit, correxit obitum anni 1546, etc.

[3] In refectorio antiqui nostri conventus Namurcensis, qui ordinaria residentia erat Ministri Provinciae Flandriae ad finem usque saec. XVIIIi, et qui nunc conversus exsistit in hospitium « de Harscamp », adhuc servatur non minoris pretii tabula, depictum exhibens Crucifixum, quem hinc inde genuflexi adorant S. Franciscus et S. Hieronymus.

Si tandem quaeratur de serie et qualitate Defunctorum in praesenti Obituario signatorum, comperitur completum tradere Necrologium conventus Fratrum Minorum tum Observantium tum Recollectorum Leodii. Exhibet proinde nomina: *a)* omnium religiosorum vita functorum in dicto conventu « de Ierusalem »; ne unus quidem desiderari videtur; *b)* quorumdam aliorum religiosorum, qui speciali merito vel Leodiensem conventum vel totam Provinciam Flandriae aliquando illustravere, vel qui casu in nostro conventu mortui sunt; *c)* insignium domus benefactorum, qui ob suas largitiones pro fabricis construendis vel eleemosynas quotidianas pro Fratribus sustentandis, grata apud familiam memoria erant digni.

Quibus praemissis iam patet, nostrum Codicem non tantum pro historia monographica, sed et pro elucidatione nonnullarum quaestionum genealogiae Patriam Leodiensem spectantium, non spernendum praebere documentum.

III. — Methodus in publicando hoc Necrologio nobis sequenda ex praelibatis re ipsa patet [1]. Textum Necrologii integrum, prout iacet, exhibemus, non tamen sine necessaria et utili distinctione textus.

Duplici, uti supra dictum est, utimur charactere typographico, scil. *obliquo* seu *italico* pro textu A, seu *apographo anni 1610;* ordinario pro textu B, seu notitiis Necrologii « renovati ».

Quae scripsit primus amanuensium primariorum, unico asterisco inter parentheses signamus [*].

Quae vero adnotavit horum secundus, duplici asterisco [**].

Quae tertius demum horum scripsit triplici asterisco [***].

Abbreviationes in textu occurrentes plenis litteris exscribimus, exceptis quibusdam notissimis verbis, uti *Dnus, 8bris, Xbris* et similibus. Saepius solae litterae occurrunt post Fratrum nomina: *s. p. c.,* quas *sac. praed. conf.* exscribimus. Caeterum pro aetatis et amanuensium diversitate Codicis orthographia natura sua sat variat. Invenies ex. gr. in eodem folio: *eodem* et *eadem die; predicator* et *praedicator* et similia. Neque utile ducimus omnia plane conformia in nostra editione reducere, ne Codicis indoles plane deleatur. Atqui haec quoad textum. Pro notis illustrativis haec notamus:

Brevitatis causa, annus, mensis et dies signatur numeris arabicis et latinis, v. g. prima ianuarii anni 1500 = 1. I. 1500.

Insuper his usi sumus siglis:

A P B. = *Archivum Provinciale Fratrum Minorum in Belgio, adservatum in nostro conventu Bruxellensi.*

B F. = Servais Dirks, O. F. M., *Histoire littéraire et bibliographique des Frères Mineurs de l'Observance en Belgique et dans les Pays-Bas,* Anvers [1884].

R A D. = Jacques Grob, *Recueil d'Actes et Documents concernant les Frères-Mineurs dans l'ancien Duché de Luxembourg et Comté de Chiny,* Luxembourg 1909 (*Publications de la Société historique de l'Institut Grand-Ducal de Luxembourg,* vol. LIV, et LVI) [2].

T C. = *Tabulae Capitulares, partim in Registro manuscripto, partim in tabulis typis expressis in archivo nostro Provinciali exsistentes.*

[1] Nos conformavimus methodo Fratrum Editorum Collegii S. Bonaventurae, neque illa neglеximus quae statuit observanda Academia Reg. Belgii, ap. *Bulletin de la Commission Royale d'histoire,* XI, Bruxelles 1901, (s. V), p. XXVI-XXXIX.

[2] De quo opere cf. *Archiv. Franc. Hist.* (AFH) IV, 1911, 163-6.

NECROLOGIUM

Liber Patrum Fratrum et Benefactorum mortuorum huius Conventus a P. Martino Beaufort Vicario renovatus anno Domini 1610, P. Mathia Sylvio, tertio Guardianum agente — et tempore venerandi P. F. M. Orani compactus et auctus anno 2º sui 2i guardianatus 1618 [1].

[f. 1v] Obiit in oppido Nivellensi generosus probusque Dominus, Dominus Ludovicus de Engein, miles, huius conventus Leodiensis primus fundator, qui Dei amore ad sui confessoris, devoti Patris Fratris Ioannis de Gau, instantiam suo in testamento quingentos reliquit aureos, legavitque florenos, quibus huius conventus emptus est locus atque solutus. Anno autem 1488 ianuarii 18 fuit conventus Leodiensis dictus de Iherusalem acceptatus auctoritate apostolica per venerabilem Patrem Fratrem Ioannem de Fenal, alias de Gau, ad honorem Dei [2]. [***]

[IANUARIUS].

[f. 2r] *Ianuarius habet dies xxxi et Luna xxx.*

Obitus probi honestique Domini D. Leonardi de Stapel, D. Dionisii ecclesiae Collegiatae Capellani, qui in vita pro huius conventus constructione centum florenos contribuit, an. Dom. 1555 5a ianuarii. [*]

A. — (1). *Circumcisio Domini.*

Anno 1711 intuitu Confraternitatis sanctorum Angelorum dati sunt pro constructione novae ecclesiae ducenti floreni brabantici [3].

B. — (2). 1a ian. 1667 obiit Fr. Iosephus Raux, laicus devotus et pacificus, braxator.

C. — (3). 2a anni 1695 obiit Pr. Fr. Cornelius Sironval, 12 annis stationarius Flanderorum [4].

---

[1] Titulus Necrologio praepositus fol. 1r duplici manu exaratus est: priora verba scil., usque: « guardianum agente » scripsit 2us copista inter primarios, reliqua vero amanuensis tempore sat posterior. [2] Hunc obitum transcriptum esse ex antiquiori obituario, valde improbabile nobis videtur. Non enim primi sed tertii amanuensis ex primariis manus eum exaravit. Insuper repetit notitiam in corpore Necrologii positam fol. 9v ad 22. II. cum quodam additamento, vid. l. c.; infra, p. 324. [3] Iam ab anno 1636 apud nostrates instituta fuit fraternitas SS. Angelorum Custodum. MS. 268 Acad. Leod. — Restauratio seu reaedificatio templi, destructi in obsidione Gallica (1691) incepta est anno 1710.

[4] A medio saeculo XVI Fratres de Observantia speciali cura afficiebant permultos fideles theutonici idiomatis in civitate Leodiensi habitantes. Anno vero 1614 consilium Cathedralis ecclesiae hocce spiritale ministerium Ordini nostro commisit tamquam exclusive proprium; cf. *Décrets et Ordonnances du Chap. de S. Lambert*, ad an. 1614, ap. *Archives de l'Etat à Liége*; J. Daris, *Notices sur les égl. du dioc. de Liége*, ib., XII, 226.

Eodem die obiit anno 1712 Domicella Agnes Grognart [1], Tertii Ordinis Sancti Francisci, quae legavit conventui ducentos florenos brabanticos ea conditione, ut lapis sepulchralis familiae, qui positus est iuxta imaginem Crucifixi, in novam ecclesiam transferatur.

Anno 1595 4ª ianuarii obiit ac sepultus est in claustro nostro probus vir Ioannes Victorini [2] una cum coniuge Isabella, et sorore Margareta; haec obiit 5ª ianuarii 1603; alia eodem anno quo vir suus 25ª iunii, ex parte quarum dati fuerunt conventui quinquaginta floreni brabantici. [*]

D. — (4). *Anno Domini 1579 4 ianuarii obitus Fr. Francisci Bertrandi, sacerdotis, predicatoris et confessoris.* [*]

[f. 2v] (*a*) *Obiit Domicella Catharina de Rachier, pro cuius anima dedit filius eius Ioannes de Rahier sexaginta florenos pro aedificio ecclesiae nostrae* [3]. [*]

E. — (5). *Quinta ianuarii obitus honorabilis Dni Guilhielmi Comitis, ecclesiae Collegiatae D. Dionisii Leodiensis Decani. Ex parte cuius legati, una cum eiusdem testamenti executorum donatione benevola, conventus habuit centum et quadraginta unum florenos leodienses, anno 1545.* [*]

F. — (6). *Epiphania Domini.*

Obiit Fr. Hermannus Zannen, sac., an. Dom. 1498. [*]

Anno Domini 1598 animam Deo reddidit V. P. Fr. Petrus Gregori, quondam Luxemburgi Guardianus ac Director iuvenum vigilantissimus et scriptor insignis [4]. [*]

6ª ian. 1779 obiit Domicella Maria Ioanna Passiau, uxor Domini de la Haut [5], superiorissa Tertii Ordinis, nobis addictissima; sepulta est in sepulchro familiae ante altare Virginis.

Eadem die anno 1662 obiit P. Fr. Arnoldus a Porta [6], sac., praed., conf.

Anno 1763 9 ian. obiit P. Fr. Michael Dessoille, sac.

G. — (7). Anno 1686 7 ian. Michael Servais, laicus.

A. — (8). *Octava ianuarii 1596 obiit devotus P. Fr. Ioachim Andreae, sac., in hoc et in aliis conventibus famosus Flandrici idiomatis predicator ac confessor et organista.* [*]

Octava ianuarii anno 1623 obiit P. Gerardus Chrestien [7], sac. et conf.

[f. 3r] *Anno Domini 1599 8ª ianuarii obiit nobilis Dominus Iacobus de Suys, Ernesto Principi Leodiensi a cubiculis. Iacet in choro sub aquilari pulpito, quod aeris Ciprii monumentum basi marmorea fultum, nobilis Domina Georgia de Linden, de conventu bene merita, lectioni sancti Evangelii et charissimi coniugis memoriae posuit.* [*]

(*a*) In capite fol. 2v et 3r repetitur inscriptio mensis: *Ianuarius*.

---

[1] Cf. Necrol. f. 41r, 3. IX. 1773. [2] Cf. Necrol. f. 15v, 23. III. 1624.

[3] Constructio prioris ecclesiae consummata est circa an. 1507, quo quidem anno templum consecratur; cfr. Necrol. f. 8v, 16. II. 1538. et MS. P. a Poculo n° 77 in APB.

[4] Errore transcriptionis R. P. Stephanus Schoutens, O. F. M., huius obitum affixit 5ae ian. in suo: *Martyrologium Minoritico-Belgicum*, Hoogstratae [1902], p. 7.

[5] Praedives familia de la Haut nostratibus Leodii per saeculum addictissima exsistebat; cfr. Necrolog. f. 53v, 27. XI. 1738; f. 11r, 3. III. 1757; f. 17v, 14. IV. 1765; f. 37v, 10. VIII. 1771; f. 25v, 30. V. 1772. [6] Cfr. Necrolog. f. 53r, 24. XI. 1625, (frater eius); et f. 4v, 19. I. 1596 (mater eorum). [7] Cfr. Necrolog. f. 3v, 13. I. 1647.

B. — (9). Eodem die [1] anno 1709 obiit V. P. F. Thomas Bacharack [2], sac., praed., conf., in Ordine iubilarius.

Requiescit in ecclesia nostra nobilis Dns Henricus de Streel [3], *qui Leodii saepius Consulis Magistratum Reipublicae gessit. Mariti defuncti memoriam insigni epitaphio, eodemque non vulgari ecclesiae nostre ornamento, nobilis Domicella Melchtildis de Radoux voluit esse perpetuam. Obiit ille anno 1595 8ª ianuari.* [*]

An. 1746 9 ian. obiit P. Franciscus de Kaine [4], stationarius actualis.

C. — (10). Nona ianuarii obitus V. P. Lamberti Bastin [5], S. Theol. Lectoris actualis, alias Guardiani bene meriti, et ab utroque officio commendabilis (1748) (*a*).

10ª ian. 1776 obiit et in ecclesia nostra in navi maiori inhumatus est Dnus Iohannes Froidcourt, mercator huius parochiae.

Anno 1605 11ª ianuarii e vicis exceptus est, mense sui novitiatus 4°, devotus Fr. Franciscus Hodegius, sac. necnon organista, eximiae expectationis ob singularem pietatem et industriam. [*]

Anno 1645 diem clausit extremum V. P. Fr. Henricus Beys, iubilarius (10 Ian.) (*b*).

D. — (11). 11ª ianuarii 1758 obiit apud pauperes Clarissas confessarius V. adm. P. Antonius Siwtaine [6], S. Theol. Lector iubilatus, pluries olim Guardianus et actualis Provinciae Definitor.

Anno 1774 obiit eodem die Fr. Lambertus Paulus, laicus [7].

E. — (12). Obiit in hoc conventu 12ª ianuarii anno D. 1625 P. Renetus Verici, sac., praed. et conf., suo tempore terminarius.

F. — (13). [f. 5v] *Obitus Rev. P. Fr. Ioannis Philippi* [8], *viri multum zelosi ac predicatoris eximii, qui tempore suo nostrae sacrae familiae tribus vicibus*

(*a*) Alius amanuensis adiecit annum obitus. — (*b*) Postea additum.

[1] Eodem die, i. e. uti videtur 8. I. — (6) Cfr. Necrolog. f. 31v, 5. VII. 1693. Uterque oriundus ex Leodio. Th. Gobert, *Les Rues de Liége,* Liége s. a. II, 561.

[2] Ei coaevus Leodii exsistebat Fr. Benedictus Bicarach; cf. Necrol. f. 31v, 5. VII. 1693.

[3] Quatuor membra illustris prosapiae Leodiensis de Streel, inscripsit Necrolog. nostrum: post hunc Henricum, cfr. f. 9v, 24. II. 1593; — f. 6r, 25. I. 1618, de quo Ioanne, vid. Cam. de Bormans, *Les échevins de la suprême justice,* Liége 1899, II, 229; — f. 14v, 23. III. 1640, de quo vid. de Bormans, op. cit. II, p. 229. [4] Stationarius = qui solet in ecclesia determinata Stationes adventus et quadragesimae praedicare.

[5] In Capit. Leodiensi, 28. VII. 1743, electus est Guard. Visetensis. TC. in APB. — Frater eius germanus P. Philippus, qui erat praedicator Leodii ante 1743, obiit in conventu Namurcensi 3. III. 1767; cfr. *Necrol. conventus O. F. M. Sambrensis,* ap. *Analectes pour servir à l'histoire ecclés. de Belgique,* t. X, p. 50. — Ms. 271 Academ. Leod.

[6] Oriundus ex Verviers: S. Theologiam legit in conventibus Durbutensi et Florinnensi, Guardianatum vero egit in Ciney (1739), Waremme (1740); Farciennes (1746); Florennes (1752). In Cap. Provli. 1755 habito, eligitur Definitor, et conf. Clarissarum Leod. designatur. Obiit in hospitio prope earumdem monasterium. TC. [7] Cfr. Necrologium f. 53v, 26. XI. 1773. — Anno 1735 iuvenis nomine Paulus, patria Leodiensis, habitum sumpsit seraphicum. Cfr. Ms. Series Vest. et in conv. Bastoniensi. [8] MS. *Acta diurna* de ipso P. Ioan. Philippi, haec habet ad XIIᵐ ian. « Obitus Ioannis Philippi, qui sacrae Observantiae Familiae Cismontanae ter extitit Vicarius Generalis et bis Vicarius Provinciae Flandriae. Diem clausit extremum 1487 in conventu Brugensi ». — Vide P. Phol. Naessen, O. F. M., *Franciscaansch Vlaanderen,* Mechelen 1896, p. 347; Sbaralea, *Suppl. ad Script.,* Romae 1806, 451. — Ms. 77 in APB.

praefuit, et diversas Provincias, presertim hanc laudabiliter rexit, tandem in Provincialatus officio, post plurimos labores, in senectute bona ac pace diem clausit extremum. [*]

Obitus Ven. P. Fr. Florentii Christiani, sac. ac conf., in ecclesia Cathedrali Leodiensi ac multis aliis [1] Belgii ecclesiastae facundissimi, qui Namurco rediens, in monasterio Flonensi Canonicorum Regularium defunctus est, anno D. 1647, aetatis suae anno clymaterico, professionis 44. (13 ian.) (*a*).

G. — (14). *Quarta decima ianuarii obitus probi viri Magistri Petri de Sabonia, in ecclesia nostra in habitu Ordinis inhumati, qui in suo testamento conventui legavit bonas largasque eleemosinas, nec non omnia bona sua in domo existentia, anno 1541.* [*]

(Anno 1651) (*b*) 14 ianuarii apud pauperes Clarissas Leodii in Insula earum confessarius emeritus Ven. adm. P. Fr. Ioannes a Sancto Huberto[2], in Ordine iubilarius ac suae Provinciae Flandriae Diffinitor, necnon in pluribus conventibus, utpote Avesnensi, Leodiensi, etc. Guardianus.

Eadem die 1733 obiit P. Fr. Ioannes Donay, sac., aetatis suae anno 89.

A. — (15). *Decima quinta ianuarii obitus devoti P. Fr. Henrici de Prato, quondam Luxemburgi Guardiani, ac in conventibus diversis iuvenum Magistri laudabilis; anno 1596.* [*]

Anno 1615 19 ianuarii obiit Fr. Constantius Toussain, laicus. [***]

1670 17 ian. obiit in conventu nostro Leodiensi P. Fr. Bernardinus Monget, praed., conf.

Anno Dni 1733 15ª ianuarii obiit Fr. Cornelius Bouhon, laicus laboriosus et in Ordine iubilarius, qui pro constructione nostrae ecclesiae lapides necessarios navi conduxit, et officio braxatoris per 50 annos functus est. R.' i. p.

B. — (16). Anno Dni 1758 decima octava ianuarii obiit Fr. Gaspar Tomas, laicus, iubilarius.

[f. 4r] Decima octava ianuarii anno 1658 obiit illustris et generosus Dnus De Ruyssembergh[3], Dnus temporalis de la Rochette, et haereditarius Mareschalcus Lymburgensis etc., Ordini nostro addictus ac benefactor singularis, cuius vidua, illustris Dna Maria Sybilla de Plettenberg, post mortem mariti, frequentissimas ac largissimas huic conventui contulit eleemosinas, et in necessitatibus nostris quandoque summam mille florenorum brabanticorum elargita est.

(*a*) Additum a manu scribentis medio saec. XVIII. — (*b*) In margine, attamen ab eodem amanuensi ac caetera.

---

[1] Reapse, circa ann. 1643, non semel in tabulis expensi civitatis Namurcensis leguntur summae quaedam datae pro praedicatore Fratre Minore. *Anal. pr. servir à l'hist. eccl. de Belgique*, II, 165.

[2] Oriundus Namurci, frater, uti videtur, P. Henrici a S. Huberto. — (R A D. p. 259). — Vide BP. p. 137-8; P. Stephanus Schoutens, l. c., 116. Non apparet quam ob rationem auctor notitiam necrologii apposuerit decimae iulii.

[3] Illustris ille Dominus est Ioannes de Ruyschenbergh, natus 5. XI. 1554, matrimonio iunctus primo cum Margarita de Loe, et secundo cum Sybilla Maria de Plettenberg; vide Chevalier J. B. de Harenne, ap. *Bullet. de l'Instit. arch. liégeois*, XXII, Liége 1891, 131-177. — Cfr. Necrolog. f. 6r, 27. I. 1670; f. 22v, 13. V; et f. 42v, 85. IX. 1636.

Eodem die anno 1739 obiit P. Bonaventura Goders[1], sac., praed., conf., olim Vicarius, vir sane memoria aeterna dignus, ab animi candore, religionis zelo, pacifica conversatione commendabilis, in excipiendis confessionibus indefessus, in visitatione infirmorum, maxime pauperum, diebus ac noctibus assiduus. Eius opera ac sollicitudine ecclesia nostra picturis adornata fuit, magnumque et religiosis et saecularibus sui desiderium reliquit; ac desiderium tale ut multis, antequam corpus eius sepulturae traderetur, diversas habitus eius partes exscinderent in boni odoris testimonium. R. I. P.

[f. 4v] *Obitus devotae Domicellae Elizabeth Brouckz*[2], *apud nos in habitu Ordinis inhumatae, viduae quondam probi viri Ioannis Berlier, quae specialis extitit mater et benefactrix huius conventus, amplas eleemosinas conferendo; anno D. 1547 mensis ianuarii 17ª.* [*]

C. — (17). *Anno Dni 1580 obiit probus ac nostrae confraternitatis Confrater Magister Franciscus Fraipont, qui dum viveret maximus semper extitit benefactor et amator Ordinis nostri.* [*]

Anno Dni 1588 die 17ª ianuarii obiit generosus Dnus Nicolaus a Westenrait[3], *quondam Archidiaconus Ardennae; Cancellarius Principis Leodiensis, Prepositus S. Pauli, Abbas Dionantensis et Canonicus S. Lamberti, qui ob singularem, quam a parentibus suis ad Ordinem nostrum habebat, affectum, legavit conventui nostro ducentos florenos brabanticos. Anima eius requiescat in pace.* [*]

Eodem die anno 1778 obiit Margareta Pirard, uxor Dni Nicolai Meyers, civis huius parochiae, et sepulta est in navi ecclesiae.

D. — (18). *Anno Dni 1585 18ª ianuarii obiit Fr. Christophorus Huart, sac. et conf., ac huius conventus organista diligentissimus.* [*]

Eodem die anno 1679 obiit piissima ac devotissima matrona Domicella Libert, uxor honorati civis Iohannis Francotte[4], qui intuitu filiorum suorum V. A. P. Mariani Francotte[5], pluries Guardiani, et P. Martini Francotte[6], legavit amplam suppellectilem usibus conventus Leodiensis; immobilia vero bona commisit executoribus testamentariis ad vendenda, pretiumque alicui reparationi eiusdem conventus. Anniversarium cantatur 24 maii, ut habetur ibi.

E. — (19). *Anno Dni 1554 19ª ianuarii obiit honorabilis Dns Ioannes de Villers, Canonicus S. Mariae Traiectensis, qui in vita benefactor et amator fuit nostri*

---

[1] In Congregatione Intermedia 1709 habita Fontibus Episcopi, nominatur Vicarius conventus Viselensis. T C. in A P B. — Vide etiam MS. *Ortus et progressus Prov. Flandriae.*

[2] Ioannes le Berlier, Dominus temporalis de Bemelen et Bolvemont; fuit Burgimagister Leodiensis annis 1507, 1510 et 1516. Ipse unacum uxore sua, Isabeau d'Elbrouck, filia Eustachii, tumulatus est in nostra ecclesia. Hocce eorum epitaphium: « *Cy repose johan le Berlier... qui trepassa l'an 1521, et Dlle Isabial Dellrouck d'emprès Ohey son espeuse mere et brienfaitrice speciale du Couvent de céans, qui trepassa l'an 1539...* ». Cf. L. de Herckenrode, *Tombes, épitaphes et blasons de la Hesbaye,* Gand 1845, 450-1. Quisnam erravit, vel qui legit epitaph. vel qui inscripsit obitum? [3] Nicolaus a Westenrait, = de Woestenrade = gente Woestenadia (prout in suo epitaphio) obiit anno 53 aetatis, et sepultus est in Cathedrali S. Lamberti. — Vide Xav. van den Steen de Jehay, *Essai historique sur l'ancienne Cathédrale de S. Lambert à Liége,* Liége 1846, 255; O. J. Thimister, *Hist. de l'Eglise Collégiale de S. Paul,* Liége 1890, 260-7. [4] Cfr. Necrolog. f. 24r, 24. V. 1671. [5] Cfr. Necrol. f. 18v, 26. IV. 1708. [6] Cfr. Necrol. f. 50v, 9. XI. 1685.

status, et in morte preter alias eleemosinas reliquit conventui tres ciphos argenteos valoris 40 carolinorum, ex quibus factus est calix, defuncti arma ferens. [*]

Obitus Henrici de Fossa, alias Bolengier, benefactoris nostri, cuius relicta dedit triginta florenos usuales conventui. [*]

F. — (20). *Anno Dni 1596 19ª ianuarii obiit in pago Jemeppensi singularis benefactrix nostrae domus Oda de Porta*[1], *mater duorum Fratrum, qui suis beneficiis et hospitalitate nostris Fratribus se plurimum propensam exhibuit.* [*]

[f. 5r] Anno 1711 Domini obiit 19 ianuarii P. F. Iacobus Guion, sac.

Anno Dni 1725 19 ianuarii obiit P. Egidius Foceroulle[2], sac., praed., conf., olim Vicarius et Instructor.

Anno Dni 1728 obiit P. Fr. Adrianus Gobert[3], sac., praed., conf.

G. — (21). [5v]

A. — (22). Anno Domini 1660 22 ianuarii obiit V. P. F. Hugo Stevenart, sac., praed., conf., olim Guardianus et confessarius monialium.

Eod. die anno 1722 obiit P. Iacobus Dubatis, sac., praed., conf.

Eodem die anno 1776 obiit Dnus Matthaeus Massillon, braxator; sepultus est in sarcophago novo in medio ecclesiae.

B. — (23). Anno Dni 1691 23 ianuarii ex hac vita migravit honorabilis Dnus Nicolaus Lewalle, civitatis Leodiensis Commissarius, pater Patris Iosephi Lewalle[4], qui Ordini nostro addictissimus, frequentes et largas eleemosynas nobis paterno semper affectu elargitus est. Eius uxor Domicella Maria Anna Spineux, quae obiit 6 aprilis anni 1712, mariti affectum ac charitatem imitata, ultra praedictas eleemosynas, infirmariae nostrae per annos plus quam triginta saccarum omne aliaque necessaria subministravit; digni profecto, qui precibus nostris commendentur, promissumque in Evangelio centuplum accipiant, et vitam aeternam habeant (*a*).

Eodem die obiit Dns Balthasar Houssa, pannifex coniugatus, et sepultus est in navi ecclesiae prope scamnum confraternitatis B. V. Mariae Hallensis, anno 1777.

C. — (24). *Obitus discreti doctique P. Fr. Ioannis Dyest, sac., praed. et conf., anno 1526.* [*]

Anno 1623 24 ianuarii obiit honorabilis vir Matthaeus Jalhea[5], syndicus huius conventus.

Anno 1682 24 ianuarii obiit P. Fr. Philippus Bargibant[6], sac., praed., conf., vir suo tempore multum laboriosus.

[f. 6r] Anno 1669 24 ian. obiit V. Adm. P. Fr. Carolus de Soy[7], inter nos pluries Guardianus Leodii, Verviae, et actualiter Viseti.

(*a*) Unica manu unoque tractu exaratum.

[1] Vid. Necrolog. f. 2v, 6. I. 1662. [2] Sacerdotio initiatus an. 1703. — 1716 Vicarius conventus Cinacensis. TC. [3] Duos in Ordine Seraphico habuit fratres germanos, scil. P. Iacobum et Fr. Paulum; tertius vero, nomine Franciscus, coelebs in saeculo, officium syndici adimplevit pro conventu Sambrensi. Oriundi sunt Castileto; cf. *Necrolog. conventus Sambrensis* ad 30. IX. 1693, ap. *Anal. p. servir à l'hist. eccl. de Belgique,* X, (1873) 79. [4] Cfr. Necrolog. f. 20v, 1. V. 1740. [5] Ex sat notabili prosapia Leodiensi. [6] Oriundus ex Brugelette, uti fratres eius germani, P. Clemens, Minister Provincialis, et P. Gabriel.

[7] In Capit. Prov. 1613 eligitur Guard. Leodiensis; 1667 Guard. Visetensis. Post multos exantlatos labores in perficienda constructione novae domus in Viseto, ibidem peste moritur; cf. Ceyssens, *Hist. de la Paroisse de Visé,* Liége 1891, p. 5 sq. — Frater eius, P. Albertus, Lector fuit theologiae in noviter erecta Provincia S. Ioseph. — Ms. *Acta diurna...,* ad 2 iun.

Et eodem die anno 1772 obiit P. Franciscus Delbez[1], sac., praed., conf., pluries Guardianus, Vicarius et monialium confessor.

Anno 1774 eodem die obiit P. Laurentius Mordart, sac., praed., conf.

D. — (25). *Conversio Pauli.*

Anno 1618 25 ianuarii obiit honorabilis vir Dns Ioannes de Streel[2], quondam Scabinus Leodiensis et huius domus benefactor.

Anno 1664 ian. 25 obiit Rev. Dns Gerardus Malaise, ecclesiae Collegiatae Amaniensis Canonicus et Scholasticus, qui ad imitationem suorum praedecessorum eiusdem familiae, praebendae et dignitatis ab immemoriali, non solum usque ad mortem exercuit charitatem hospitalem erga Fratres nostros, sed etiam testamento extendit in futurum, quantum potuit, voluitque domus suae haeredem esse et charitatis suae successorem.

E. — (26). *Anno 1582 obiit Fr. Petrus Lamotte, familiaris.*

Die 26 ianuarii 1632 obiit devotissimus P. Fr. Iohannes Engelberti[3], vir vocationis suae et salutis animarum multum zelosus.

Eodem die 1629 obiit honorabilis vir Henricus Herlet, qui propter benefacta sua et benignum in Fratres affectum huic libro meruit inscribi.

F. — (27). Eodem die anno 1670 praenobilis et illustris Dna Sybilla Maria de Plettemberg[4], vidua supra memorati Dni Ioannis de Ruissemberg etc.[5]. Animam piissime Deo reddidit in suo refugio Leodii anno aetatis suae 90, post longam et exemplarem vitam transactam in suo castro de Rupella in charitate liberali erga omnes pauperes, et sub finem in magna patientia iniuriarum et persecutionum, quae suis in vita et morte magnis beneficiis meruit apud nos et in nostris precibus et sacrificiis apud Deum memoriam perpetuam.

G. — (28). 28ª ian. 1778 sepulta est in ecclesia Dorothaea Lejeune, vidua.

A. — (29). [f. 6v] *Anno 1596 honesta filia Anna Dionisii bonam contulit eleemosinam, ut sit ipsa cum parentibus suis huic libro inscripta, communitatisque commendata suffragiis.* [*]

29 ian. anno 1772 obiit Fr. Iosephus Dewez, laicus, Provinciae Hiberniae alumnus.

Anno Dni 1675 (*a*) 29 ianuarii obiit P. Elzearius Rapelet (*b*), sac., praed., conf., servitio infirmorum indefessus, tum concionibus habendis, tum excipiendis confessionibus per integros annos 15, magno sui desiderio apud omnes relicto[6].

(*a*) Eadem manus sic correxit loco: *1683.* — (*b*) Legendum videtur: *Chapelet vel Chaplet.*

[1] In Capitulo 1766 designatur confessor Sororum Annunciatarum Namurci; 1767 eligitur Guardianus Bollandi. Cf. T C. [2] Filius Ioannis (cfr. Necrol. f. 9v, 21. II. 1593) et Agnetis de Braibant. Quinquies Magister fuit civitatis Leodiensis. — Obitus filii eius Ioannis notatur nostro in Necrol. f. 14v, 21. III. 1640, et f. 15v, 23. III. vide Cam. de Bormans, *Les échevins de la souveraine justice de Liége,* Liége 1909, II, 229. [3] Fuit unus ex 16 religiosis Provinciae Flandriae, qui 24. VI. 1597 ex diversis conventibus convenerunt in Farciennes, ad introducendam Reformationem Recollectorum in hac familia Observantina. Ipse Ioannes illuc transmeavit ex conventu Namurcensi; postea invenimus eum commensalem Leodiensem. Verisimiliter huc missus fuit an. 1624 ad inchoandam Recollectionem. Cfr. MS: *Brevis... narratio orig. et progress. Reformationis,* ex quo transcripsit P. Steph. Schoutens, l. c. p. 125; APB. [4] Cf. *Bull. Instit. arch. liég.,* XXII, 131. Insignia beneficia cf. ap. J. Fréson, *Hist. du couvent des Frères Mineurs Récollets de Huy,* Hui 1885, p. 9 sq. [5] Cfr. Necrolog. f. 5r, 18. I. 1638.

[6] Ante annum 1664 mittitur in Dieckirch pro nova fundatione inchoanda; RAD. 312.

B. — (30). Trigesima ianuarii 1645 obiit V. Adm. P. Ioannes d'Hondt[1], qui variis in Provincia defunctus officiis, tandem assiduam ac indefessam exhibuit operam, tum concionibus habendis, tum excipiendis Flandrorum confessionibus per integros 20 annos in capitulo maiori Cathedralis ecclesiae, magno sui desiderio apud Flandros omnes relicto.

Eodem die anno 1752 (*a*) a longa infirmitate (sub qua pluries confessus et sacra communione per modum viatici refectus fuerat) iam bene convalescens, ex fatali lapsu super dormitorium confracto capite, subito exhalavit animam Fr. Michaël Rousseau[2], laicus devotus, exemplaris quaestor et hortulanus laboriosus.

Eodem die anno 1759 obitus P. Fr. Ludovici Bonjean[3], sac., praed. et conf.

C. — (31). Anno 1655 31ª ian. obiit V. P. Fr. Martinus Godefridi, sac.; praedicatoris, confessarii et Vicarii laudabiliter functus muneribus.

Eod. die anno 1759 P. Ludovicus Bonjean, sac. (*b*), praed., conf.

Anno Dni 1654 ianuarii 31ª obiit praedilectus nobis in Christo V. P. Ioannes Baptista Amandeau[4], huius et aliorum conventuum olim Vicarius, qui ob insignem pietatem, et vitam valde exemplarem magnum sui desiderium omnibus reliquit. Requiescat in pace (*c*).

Anno Dni 1683 ultima ianuarii obiit V. P. Fr. Thomas Bosseler[5], S. T. Lector iubilatus, in sacello Flandrorum[6] per multos [annos] (*d*) stationarius multum gratus.

[FEBRUARIUS].

[f. 7r] *Februarius habet dies xxviii Luna xxix.*

1ª feb. anno Dni 1678 obiit P. F. Carolus de Brawer[7], sac., praed., conf., stationarii Flandri coadiutor.

D. — (1). 31 ianuarii 1737 (*e*) obiit V. A. P. F. Iohannes Franciscus de Presseux[8], in Ordine iubilarius, Lector iubilatus, Immaculatae Virginis cultor, lau-

(*a*) Lectio dubia, forsan: *1751*. — (*b*) Omnia transverso calamo illita. — (*c*) Haec verba litteris omnino diversis sunt exarata. — (*d*) Ab alia manu adiectum supra lineam. — (*e*) Annus supra lineam ab eadem manu adiectus est.

[1] Flander origine, consanguineus P. Bernardino d'Hont, Provinciae S. Ioseph; v. Alb. Heysse, *Tabulae Capitulares Provinciae S. Ioseph in comitatu Flandriae Ord. Fratr. Min. Recollectorum* 1629-1796, Bruges 1910, p. 100. [2] Cfr. Necrolog. f. 34v, 7. VIII. 1723.

[3] Anno 1749 fungebatur officio portarii in conv. Leodiensi; cfr. Ms. 271 Acad. Leod.

[4] Ipse de mandato P. Petri Capin, Min. Prov., Sorores Poenitentes duxit ex Limburgo ad novam fundationem in Jupille prope Leodium; cf. S. P. Ernst, *Tableau des suffragants de Liége*, Liége 1810, p. 209. [5] Totam suam vitam pertransiit in Lectoratu: 1664 Lect. philos. in Ulflingen; dein Lect. theol. schol. in conventu Luxemburgensi, Audumarensi, Leodiensi et Nivellensi. In Congr. interm. 31. IV. 1681 salutatur Lector iubilatus; cfr. T C. ab anno 1664 — ad annum 1681.

[6] « Sacello Flandrorum », i. e.: « in capitulo maiori Cathedralis Ecclesiae » Leodiensis; cfr. Necrolog. f. 6v, 30. I. 1645. [7] Frater fuit et sanguine P. Iacobi De Brauwere, oriundi ex St. Winoksbergen; cfr. P. Pholian. Naessen., op. cit. [8] Oriundus ex Verviers, uti videtur; cfr. J. S. Renier, *Historique du couvent, du collège et de l'église des Pères Récollets à Verviers*, Verviers, pp. 92, 89 etc. — Lector phil. vel theol. 1695-1704; Guard. Leodien. eligitur in Cap. Prov. 1715, 30. VIII; Custos 1719, cum titulo S. Theol. Lect. emerit.; Definitor, 1725 et 1731; cfr. T C. — Eodem tempore floruit in Provincia P. Michael de Presseux.

senismi osor irremissus, fervens concionator, Guardianus, Custos, pluries Definitor et monialium confessarius, aetatis suae 75 obiit (*a*). R. i. p.

E. — (2). *Purificatio Mariae Virginis.*

Obiit Fr. Philippus Esser, laicus, quondam huius conventus dispensator, 1628.

Eodem die 1705 obiit V. P. F. Bonav. Haack, praed., conf.[1], in Ord. iubilarius, olim Vicarius, vir pacificus et candidus.

Eodem die obiit Dns Lambertus Gobert, mercator huius parochiae, et ante primum confessionale a parte Epistolae sepultus est, anno 1775.

F. — (3). Anno Dni 1639 3a februarii obiit Fr. Bernardinus Baltazar, laycus.

1731 februarii 3 obiit D. Lamb. Franc. Zolet[2], Pastor Sti Nicolai ad Transitum, qui conventui suam bibliothecam legavit.

G. — (4). *Anno Dni 1576 obiit obsequentissimus famulus*[3] *noster Ioannes de Choc, sepultus in habitu Ordinis.*

A. — (5). [f. 7v] 5a anni 1772 obiit Dns Ioannes Iosephus Debuisson, huius parochiae, et in ecclesia nostra sepultus est ante altare S. Antonii prope suggestum.

B. — (6). *Obitus probi viri Hermanni Hoens, qui in vita sua plures contulit eleemosinas nec non et in testamento suo legavit conventui integrum pannum et xx. flor. hornen., an. Dni 1514 6a februarii.* [*]

Eod. die an. 1701 P. Guillelmus Simar[4], sac., praed., conf.

Obitus Revdi Adm. Dni Roberti Georlet, Decani Concilii Sti Remacli et Pastoris in Chaisnée, an. 1670, qui Ordini nostro fuit addictissimus, et bibliothecam nostram bibliis magnis in quinque voluminibus adauxit.

C. — (7). *Obitus Dni Petri Brijcksteen, ecclesiae Collegiatae D. Pauli Capellani, qui certos bonos legavit libros usque ad 19 volumina, nec non et xx floren., quibus empta Glossa ordinaria interlinearis cum Lyra in 5 voluminibus; an. 1511 februarii 6a.* [*]

Anno Dni 1758 6a febr. vivere desiit V. A. P. Franciscus Bernard[5], alias conventus tertio Guardianus longe meritissimus, actualis Provinciae Definitor, et olim pluries Custos, a regulari observantia plurimum commendabilis. R. i. p.

[D.] (*b*).

E. — (9). [f. 8r] *Anno Dni 1580 viia februarij obiit nobis dilectus Fr. Aegidius d'Anthin, laycus, iubilarius, qui annis plurimis officium sartoris laudabiliter exercuit.* [*]

(*a*) Hocce verbum exstat lineis obductum. — (*b*) Oblivione hic omissa est littera dominicalis: D.

[1] Ann. 1676-78 Vic. in conventu Virtonensi. [2] Cfr. Th. Gobert, op. cit. II, p. 590. — Hac in parochia, St. Nicolas-aux-Trez, erat conventus noster Leodiensis. [3] *Famulus* = saecularis conventui inserviens; *familiaris* (cfr. Necrolog. f. 15r, 1544, etc.) = tertiarius regularis, qui tanquam religiosus de familia, servitium laboris manualis praestat communitati.

[4] Frater Patris Theodori Simar, de quo v. Necrolog. f. 14r, 20. III. 1703; et, uti videtur, Sororis Mariae a S. Bernardo Simar; cf. P. Fulgence Thyrion, O. F. M., *Hist. de l'Ordre franciscain de l'Immaculée Conception en Belgique*, Namur 1899, p. 150. — Fuit aliquando de familia in conv. Vervietensi; cfr. I. S. Renier, op. cit. p. 35.

[5] Oriundus ex Oignies-lez-Couvin. Guardianus Leodiensis electus: 1725, 1731, 1737, (iam Guard. duodennalis) Custos a Cap. Prov. 1728 et 1740. — « Actualis Provinciae Definitor », non per electionem praecedentis Capit. 1755, sed subrogatus ex morte P. Antonii Siwtaine; v. Necrolog. f. 3r, 11. I. 1758; cfr. TC; P. Fulg. Thyrion, op. cit. pp. 192 et 193.

8 anno 1709 obitus V. P. F. Rochi La Fontaine, sac., praed., conf., iubil.

8 februarii anno 1721 obitus Fratris Danielis Froimantau, laici.

9 febr. anno 1746 V. A. P. Henricus Meester [1], Guard. duodennalis, olim Custos et pluries Defin.

8ª feb. anno 1770 obiit P. F. Renatus Godar [2], sac., praed., conf., Lect. Phil. et Theol.

F. — (10). *Decima februarii obiit Frater Iacobus Ameli, sacer. et predicator; obiit 1555.* [*]

Eodem die 1666 obiit P. F. Victor Pont-Pier, sac., praed., conf.

G. — (11).

*

NB. **A.** — (12). 12 feb. Translatio S. Barbarae [3], Patronae ecclesiae nostrae; dicatur Missa solemnis. [mediante saec. XVII°.]

Anno Dni 1731 obiit V. P. Francisc. Stienon, sac., praed., conf., in Ordine iubil.

[f. 8v] Anno Dni 1759 feb. 13ª obiit V. P. F. Hermes Cornet [4], S. Theol. Lector emeritus et actualis S. Scripturae, ac Conceptionistarum confessarius. R. i. P. (*a*).

Eodem die 1769 obiit in palatio episcopali V. P. Gerardus Bamps [5], sac., praed., confessarius celsissimi Principis et examinator synodalis.

Tertia decima februarii obiit dilectus Frater noster Ioannes de Montibus, sacerd., confessor et scriptor, qui in conventu Namurcensi conventualis existens, et languore correptus, causa recuperandae sanitatis, huc veniens, diem clausit diutino extremum; an. 1516. [*]

B. — (13). Februarii 14 anni 1736 obiit P. Alexius Simonis [6], sac., praed., conf.

Obitus Leonardi Bouvij de Chaineije, qui cum uxore sua Maria de Johanster et prolibus et parentibus bonam conventui contulit eleemosinam; anno Dni 1547 quarta decima februarii. [*]

(*a*) Hic et sequens obitus in folii superiori margine successive inscripti sunt.

[1] Circa 1700 insignis exstabat concionator in regione Charleroy. In Cap. Prov. 1704 electus fuit Superior residentiae in Châtelet. Successive Guardianum egit in conv. Cinacensi, Chimacensi, et Hutensi. — In Capit. 1713 assumptus est in Secretarium Provinciae. Custos Custodum 1716, et tandem Definitor 1722; cfr. TC.; confessarius Conceptionistarum; cf. P. Fulg. Thyrion, op. cit. pp. 158, 192.

[2] Praeter hunc P. Renatum, plura ex suis membris Deo dicavit in Seraphico Ordine Vervietensis familia Godart: a) P. Ioannem, qui Ex-Guard. et Ex-Defin. obiit in Verviers, 31. X. 1733; b) P. Nicolaum, qui natus anno 1717, habitum sumpsit in Couvin, 20. XI. 1730; c) Sororem Annam Iosepham a S. Guillelmo, natam an. 1710, quae superiorissa fuit in conv. Bastoniensi Sororum Recollectinarum et obiit 5. VIII. 1768; d) Sororem Mariam Theresiam Conceptionistam in conv. Vervietensi, quae obiit 22. VIII. 1715; cf. P. Fulg. Thyrion, op. cit. p. 142.

[3] Consecrata fuit ecclesia, 21. III. 1507 in honorem B. Virg. et S. Barbarae; cfr. Necrolog. f. 8v, 16. II. 1538. De Translatione S. Barbarae cf. *Acta Sanct.* febr. II, p. 575.

[4] Eodem tempore ac ipse admissus est ad primam iurisdictionem (27. VIII. 1719), in Verviers professa est regulam Immac. Concept., Maria de Iesu Cornet, ex Ensival, quae eius soror esse videtur; cf. TC.

[5] Natus in Veckmael, prope Tungros, Ordinis habitum sumpsit in novitiatu Couvinensi, 7. XII. 1736; cf. Mscr. Le Soin.

[6] Eadem aetate in Provincia floruit P. Edmundus Simonis, oriundus ex Verviers; cf. P. Fulg. Thyrion, op. cit. p. 142.

Obiit Confrater noster F. Iacobus Bosset, sacerd. et confessor, anno 1578 februarii decima quarta, qui in hoc conventu aliquot annis ianitoris egit officium. [*]

G. — (14). *Februarii* 14^{a} *obiit proba honestaque Dna quondam vidua Iohannis de Pica, quae post mortem sui mariti, trecentos et viginti quinque florenos leodien., nec non et diversis temporibus blada atque grana contulit, ut catalogo defunctorum inscriberetur; anno 1555.* [*]

D. — (15). *Mensis februarii* 15^{a} *obitus Fratris Ioannis Natalis, familiaris; anno Dni 1556.* [*]

Sexta decima februarii anno Dni 1593 obiit Fr. Aegidius Latrappe, familiaris. [*]

E. — (16). *Iulianae Virginis* [1]. *Emigratio Domini Reverendissimi Erardi a Marcka, Legati et Cardinalis atque Episcopi Leodien., huius conventus fautoris, benefactorisque precipui; anno 1538* [*] februarii 16, qui ecclesiam nostram consecravit anno 1507 [2] (martii 21). (*a*) [Haec ultima sunt medii XVIII^{i}.]

Eodem die obiit Dns Ioannes de Fleruco, Canonicus S. Martini Leodien., ex cuius bonis conventus noster tam in bladis, ornamentis et calice, valorem centum florenorum et amplius recepit, ut anima eius et parentum suorum comendetur Dno; anno 1554. [*]

[f. 9r] *Obitus Adami Mathiae, patris nostri ac hospitis in Jemepia, fautoris ac benefactoris totius Ordinis et maxime istius conventus, qui laudabili vita diem clausit extremum, sepultusque in habitu Ordinis in ecclesia nostra.* [*]

F. — (17). *Obitus devotae Sororis Franciscae de Sto Anthonio, Beguttae, apud nos in habitu Ordinis inhumatae, quae tam in vita quam in morte benefactrix extitit specialis; anno 1522.* [*]

Obitus Sororis Ioannae de Rutt de S. Anthonio, quae dedit bonam eleemosinam conventui. [*]

Anno Dni 1603 februarii 17^{a} *obiit F. Ioannes Vanderscheure, clericus professus magnaeque expectationis, qui huc e Flandria ad studia missus, languore incurabili correptus, Brugas, unde venerat recuperandae sanitatis causa, rediens, ibidem obiit.* [*]

Inhumatus est eodem die an. 1777 in ecclesiae navi, ante altare Virginis, N. De Lauva, uxoratus, huius parochiae.

G. — (18).

A. — (19). Anno (*b*) Dni 1740 feb. 19 obiit in conventu Waremiensi F. Stephanus Coulon [3], huius conventus alumnus, laicus.

Eodem die anno 1774 obiit P. Livinus Frankin [4], sac., praed., conf.

B. — (20).

(*a*) Cl. Theod. Gobert erronee legit: *22.* cf. op. cit. III, p. 338. Proinde concordat Necrolog. cum Ms. Ioan. Brusthemii, O. F. M., *Bull. de l'Instit. archéol. liégeois*, tom. VIII, p. 26. — (*b*) Haec alligata exstant litterae dominicali, ideo littera *A* deest.

[1] De Iuliana Virgine et Martyre, S. Ursulae socia, cfr. *Act. Sanct.* febr. II, p. 856.

[2] Cfr. *Chronica Ioan. Brusthemii*, O. F. M., testis ocularis; Ioan. de Loos, *Chronicon*, apud *Documents relatifs aux Troubles du Pays de Liége*, p. 100. et Ms. Van den Berch., N° 465 Acad. Leod. fol. 133v.

[3] Ms. Le Soin inter vestitos in conventu Couvinensi citat: 7. X. 1693, Guill. Coulon, oriundum ex Waremme; imponitur ei nomen Eligius. Ubi vero de professione, legitur: 10. X. 1694, Fr. Stephanus Le Colon, aetatis suae 28, alias Eligius in novitiatu, in saeculo Guillelmus; cfr. RAD. pp. 712, 716.

[4] Iuvenis sacerdos, ad primam iurisdictionem admissus 1767; cfr. TC.

C. — (21). [f. 9v] Anno Dni 1593 21 februarii obiit honorabilis vir Dominus Ioannes de Streel, saepius consul huius civitatis Leodiensis, qui fuit maximus conventus amicus et benefactor. [medii XVIIIi.]

D. — (22). *Cathedra Petri.*

Anno Dni 1581 22a februarii obiit dilectus nobis in Christo Frater Laurentius Jadotz, sacer., pred. et confessor. [*]

Obiit in oppido Nivellensi generosus probusque Dns Ludovicus de Engein [1], *miles, primus huius conventus fundator, qui Dei amore ad sui confessoris, devoti Patris F. Ioannis de Gau* [2], *instantiam suo in testamento quingentos reliquit aureos, quibus huius conventus emptus est locus atque solutus.* [*]

E. — (23). *Obiit R. P. F. Guillelmus Beudin* [3], *Audomarensis, Nivellensis, Namurcensis et Biezensis conventuum Guardianus bene meritus, et huius in morte Lector eruditissimus; anno 1575.* [*]

Anno 1603 honesta matrona Cecilia Iacob, quondam generosi Dni Ioannis Houne, Decani Leodiensis ancilla; dedit conventui centum florenos brabanticos, ut oretur pro animabus parentum suorum. [*]

F. — (24). *Mathiae Apostoli.*

Anno 1674 obiit F. Alexander Wadeleux, subdiac., optimae expectationis religiosus. [medii XVIIIi.]

Eod. die anno 1716 V. A. P. Antonius Levaux [4], S. Th. Lect. iub., olim Custos ac Definitor actualis. [circa med. XVIIIi.]

[f. 10r] Anno Dni 1736 februarii 25 obiit Rdus Adm. praenobilis ac perillustris Dns, D. Carolus Franciscus (*a*) Rossius de Liboy, perillustris ecclesiae Cathedralis Canonicus, qui testamento bibliothecam suam conventui nostro (*b*) legavit. R. i. p.

[f. 10v] *Obiit probus vir Ioannes Velle,* (*c*) *amicus huius conventus precipuus.* [*]

G. — (25). *Obitus devoti Patris F. Ioannis Huberti, iubilarii, ac huius loci ianitoris; anno 1578 17 februarii.* [*]

18 feb. anno 1712 obiit F. Marianus Delhaze, laicus, valde pacificus, devotus et laboriosus.

(*a*) Additur hic *de Liboy,* sed nomen linea est obductum. — (*b*) Ab eodem amanuensi supra lineam additum est hocce verbulum. — (*c*) Sic emendatum ab eodem amanuensi ex: Obitus probi viri Ioannis Velle...

[1] Cfr. Necrolog. f. 1v, supra, p. 313. — Filius Engelberti; anno 1464 ei transfertur dominium Morialmé; cfr. Henri de Dadiguès, *Les Seigneuries et terres féodales du Comté de Namur,* Namur 1895, p. 99. — Arma nobilitatis familiae vid. apud d'Herckenrode, p. 216. — Ms. Le Soin citat eumdem Ludovicum inter fundatores conv. Farciennes (an. 1474); cfr. RAD. p. 93. — De eiusdem illustri prosapia prodiit P. Christophorus d'Engien, qui in Prov. Flandriae floruit priore medietate saec. XVIIi; cf. Stephan. Schoutens, op. cit. p. 201. — Obiit Nivellis.

[2] Cfr. Necrolog. f. 20v, 1. V. 1490 et f. 22r, 10. V. 1490.

[3] Strenuus defensor catholicae veritatis adversus Protestantes; cfr. Stephan. Schoutens, op. cit. p. 118.

[4] Haec brevis series vitae in Ordine: In Cap. Provinc. 1679, Custos; 1684 Guard. Leodiensis (S. Theolog. Lect. iub.); 1698 Defin. (Ex-Guard. Namurcensis); 1704 iterum Defin. (Ex-Guard. Vervietensis); 1710 tertio Defin. Obiit iubilarius in Ord., et Defin. subrogatus ex morte P. Ioan. Bapt. Becquevort; cfr. TC.

A. — (26). *Anno 1596 19ª februarii obiit devotus Fr. Ioannes Loneux, laycus, braxator ac servitor hospitum huius domus fidelissimus et laboriosissimus.* [*]

[**B.**] (*a*).

Anno Dni 1725 februarii 12 obiit P. Iosephus Tomsin[1], sac., praed., conf.

Eodem die anno Dni 1724 vitam finivit post longam infirmitatem patientissime toleratam V. A. P. Petrus Jonneau[2], sac., praed., conf., olim Vicarius, Secretarius Provinciae nostrae, pluries Guardianus et huius actualis. Requiescat in pace.

Anno 1750 februarii 26 obiit P. Hubertus Mawet[3], pluries Guardianus.

Anno 1765 febr. 27 obiit P. Antonius Gilmar[4], sac., praed., conf.

C. — (28). *Ultimum diem februarii nobis funestum reddidit anno 1580 dilectus nobis in Chro Confrater F. Georgius Mazerius, sacerd. et confessor, atque huius loci portarius vigilantissimus ac mansuetissimus.* [*]

[MARTIUS].

Martius habet dies xxxi. Luna xxxª.

D. — (1). [f. 11r] *Sexto nonas martii anno 1580 obiit longa aegritudine confectus V. P. Frater Ioannes Larderius[5], sacerd., predicator et confessor, et huius loci Guardianus bene meritus, qui ob singularem sacrarum litterarum peritiam, multis in conventibus ad Lectoratum evectus, nihil prius habuit quam ut officium suum honestissimis rationibus tueretur, cui quidem tum maxime incubuit, cum Leodiensis ecclesiastes nemini est assentatus, sed totus in eo fuit, ut huic amplissimae civitati de veteri suo ornamento, quod in relligionis Christianae studio positum est, nihil deperiret.* [*]

Kalendis martii obiit Fr. Franciscus a Lemborch, sacerd., praed. et conf. [*]

Anno Dni 1634 1ª martii obiit honestus civis Michael Renardi, pater P. F. Raphaelis Renardi[6], Ordini et conventui optime affectus.

E. — (2). *Anno Dni 1580 1ª martii obiit dilectus nobis in Chro Confrater, Frater Laurentius Brigade, sacerd., pred., conf. et iubilarius.* [*]

Anno 1645 2ª martii obiit F. Nicolaus de Chaisne, laicus (*b*), iubilarius.

(*a*) Oblivione omissa est littera domin. B. — (*b*) Verbulum ab alio amanuensi supra lineam adiectum.

[1] Admissus ex parte Ordinis ad primam iurisdictionem in Cap. Prov. 1716.

[2] Oriundus ex Horion; sacerdos ordinatus 1700; in Cap. Prov. 1713 eligitur Guard. Ulflingensis; 1716 Guard. in Farciennes; 1719 Secretarius Provinc. assumitur; tandem in Cap. 1722 conventui Leodiensi praeponitur. TC; J. Kaisin, *Annales historiques de la Commune de Farciennes*, Tamines, 1889, p. 86. [3] Mawet est familia Leodiensis. — 1713 Guard. in Sougnée; 1716 Vicar. et Instructor iuvenum in Leodiensi conventu; 1718 Guard. Florinensis. Anno 1725 exstat confess. Conceptionistarum in Verviers. TC. — P. Eustachius Mawet, de quo Necrolog. f. 52v, 20. XI, ei consanguineus fuit, uti remur. [4] Sacerdotio initiatus 1726.

[5] Guard. Leodiensis electus in Congreg. Biezensi, an. 1580 vel in fine 1579; cfr. Ms. 77 ABP. — *Ortus et Progressus Alm. Prov. Flandriae* citat eum inter illustres confessores fidei, qui, qua scriptis voluminibus, qua publicis praedicationibus, qua privatis disputationibus haereticos oppugnaverunt; cf. Steph. Schoutens, op. cit, p. 118.

[6] Unus ex tribus Fratribus Bastoniam missis ad novam fundationem incipiendam, an. 1613; cfr. Ms. Le Soin: De conventu Bastoniensi.

Anno 1645 plenus dierum vitae cessit V.dus P. F. Aegidius Duron (*a*) [1], iubilarius ab 18 annis, postquam Lectorem S. Theologiae tum in Coloniensi tum in sua Flandriae Provincia, ac Guardianum Biezi necnon Leodii egisset (*b*).

Eodem anno, duobus diebus ante, obiit F. Le Chesne, itidem iubilarius, post multos labores praesertim in officio dispensatoris completos.

Anno Dni 1610 2ª martii obiit generosus D. D. Guillelmus Panthier [2], et ante altare D. Virginis in habitu Ordinis quiescit, qui familiae nostrae in vita uti addictissimus, ita et in morte nostri non immemor, centum daleros nobis testamento reliquit, inque perpetuam eius memoriam testamenti exequutores altare B. V. Mariae ornamentis ex serico cerulei coloris ornarunt. [*]

3 martii anno 1704 obiit F. Iuniperus Grune [3], laicus.

Eodem die anno 1757 (*c*) obiit R. Dnus Antonius Delahaut [4], sacerdos; sepultus est ante altare Virginis.

[f. 11v] *Obiit Venerabilis Dns ac fautor nostrae familiae Observantinae precipuus, Magister Ioannes Tauvin, Canonicus S. Dionisii, in habitu Ordinis in ecclesia nostra sepultus.* [*]

F. — (3). *Anno Dni 1596 4ª martii obiit dilectus in Chro Confrater F. Audomarus Sylvius, Audomarensis, sacer., pred. et conf., qui in suis concionibus* (*d*), *presertim in Condrosia, omnibus gratus fuit.* [*]

Eod. die anno 1687 F. Iacobus Laurent, laicus.

G. — (4). *Obiit dilectus Confrater noster F. Gabriel de Vooert, diaconus, anno 1504.* [*]

A. — (5). [f. 12r] *Obiit Ioannes Cloestenare* [5], *amicus huius conventus precipuus, qui bonam dedit eleemosinam pro eius structura et aedificio; anno 1504.* [*]

Anno Dni 1592 6ª martii obiit F. Iacobus Sacré, laycus, qui summa cum dexteritate et industria in pluribus conventibus dispensatoris officio functus est. [*]

B. — (6). *Anno Dni 1596 6ª martii obiit Fr. Petrus Burlin, laycus professus, qui in diversis conventibus valetudinarii officio* (*e*) *functus est.* [*]

Anno Dni 1714 6ª martii V. P. Constantinus Letins [6], Theologiae concionatoriae author.

(*a*) Nomen correctum ab alia manu. — (*b*) Hic et sequens obitus unico tractu et absque « ad lineam » conscripti sunt. — (*c*) Sic correctum ex 1758, ab eodem, uti videtur, amanuensi. — (*d*) Add. *suis*, sed transverso calamo illitum est. — (*e*) Hic verbum aliquod est omnino expunctum.

---

[1] Vid. obitus parentum eius: Necrolog. f. 15r, 26. III, et f. 53r, 22. XI. 1625. — Tanquam Guard. Leodiensis Fratr. Minor. petiit a Principe Ernesto de Bavaria locum pro hospitio Sororum S. Clarae adventantium ex Middelburgo Leodium; cf. S. P. Ernst, *Tableau des suffragants de Liége,* Liége 1806, p. 182, et Ms. 77 in APB. [2] Ex sat illustri prosapia Leodiensi. Engelbertus Panthier dominus exstabat temporalis super Fraipont; cfr. *Bull. Instit. archéol. liégeois,* t. XIV, p. 452. [3] Anno 1664 ad tempus laborabat in conv. Hamipratensi aliquis Frater Iuniperus, scrinarius; cfr. epistol. P. Ioan. Petryns, Guard. ad R. P. Min. Prov., apud RAD. pp. 331-2. [4] Cfr. Not. ad obitum fol. 2v, 6. I. 1779. [5] Vid. obitum viduae, Necrolog. fol. 16r, 1. IV. 1508. [6] Sufficiat exscripsisse Steph. Schoutens, op. cit. p. 41: Constantinus Letins, Brugensis, Provinciae S. Ioseph professus, Flandrorum stationarius, insignis ecclesiastes et auctor Theol. Concion. — Vid. Pholian. Naessen, op. cit. p. 262, qui sat longam exhibet notitiam biographicam. — Bibliogr. P. Letins v. apud BF. p. 348-50. Corrige: Editio altera: Francofurti ad Maenum, G. Broncart 1711, 2 Vol. in 8°. — Videtur errasse Catal. Colleg. S. Iacobi apud De Theux, *Bibliogr. liégeoise,* Bruges 1885, I, p. 199.

Anno Dni 1625 martii 6ª obiit Fr. Ioannes Doneux, laicus, huius conventus dispensator ac infirmarius.

Ipso die obitus P. F. Antonii Rascar [1], praed., conf., anno 1710.

Anno 1655 martii 7 obiit Frater Rochus Baré, laicus.

C. — (7). Anno 1711 8 martii obiit Frater Franciscus Moscus [2], olim Guard. et monialium confessarius.

[D.] (*a*) [f. 12v] Anno Dni 1722 3ª martii (*b*) obiit P. F. Albertus Gilmart, sac., praed., conf., visitator indefessus infirmorum.

E. — (9). *Obiit probus et devotus pater et omnium Fratrum hospes Ioannes de Landen, qui plures bonas huic conventui contulit eleemosinas.* [*]

10 martii 1765 obiit 2do sui Provincialatus anno Reverendissimus Pater Lambertus Colette [3], S. Theol. Lector iubilatus, Ex-Commissarius Generalis, praedicator facundus.

F. — (10). 10 martii 1655 obiit clarissimus ac consultissimus Dnus Bertholdus de Haxhe [4], I. U. Doctor, Consul Leodiensis, supremae iustitiae scabinus et curiae feudalis consiliarius, qui in choro nostro sepultus a parte Evangelii, pro suo in Ordinem nostrum affectu obligavit haeredes suos ad missam anniversariam apud nos cantandam, assignato honorario 30 fl. brab. per eosdem solvendo. R. in P. Invitantur haeredes ad missam.

G. — (11). 10ª martii 1770 obiit V. A. P. Engelbertus Stenbier [5], Lect. iub., olim Guard. et examin. synodalis.

11 martii anno 1674 obiit P. F. Franciscus Jaminet, sac., praed., conf.

Eod. die anno 1685 Fr. Petrus Dereume, laicus (*c*).

6ta martii 1722 obiit F. Ferdinandus Cartuels, laicus exemplaris.

18 martii 1702 obiit F. Henricus Mawet, laicus vigilantissimus et exemplaris.

(*a*) Litt. dom. D desideratur in codice. — (*b*) Dies et mensis supra lineam addita ab eodem amanuense. — (*c*) Ob defectum vacui spatii hic obitus inter lineas descriptus.

[1] Iuvenis sacerdos, ad primam admissus iurisdictionem in Congreg. interm. anni 1709; cfr. TC.

[2] Oriundus ex Leodio. (familiae nomen vulgare: Demeuse). — Anno 1695 eligitur 1us Praesidens, 1697 1us Guardianus conventus in Sougné s. Amblève. Postea Guardianum egit in Visé (1700), Leodii (1704), Cinaci (1706). An. 1703 confess. pro Conceptionistis Nivellensibus; cfr. TC. — Archiv. parochiae Reckheim haec habet: « 1711. 8. III. décéda à Reckheim muni des S. de notre Mère la S. Eglise, près des demoiselles Alberts, R. P. François Mosius, de l'Ordre des Fr. Min., jadis Gardien du couvent de Liége. C'est le premier qui fut inhumé dans la nouvelle église conventuelle, devant l'autel de S. Antoine »; apud Th. Coenegracht, *Geschied. van het Klooster en het College der Minderbr. te Reckheim*, p. 350 (*Publicat. de la Soc. hist. et archéol. dans le duché de Limbourg*, t. XLIV (1908), pp. 205-386).

[3] Natus in Jupille-lez-Liége. — Longum suum Lectoratum incipit cathedra philosoph. in conv. Nivellensi, an. 1730. — In Cap. 1746 Guard. Leodiensis eligitur; 1749 Custos; 1752 iterum Guard. Leodiens.; 1755 Custos; 1757 salutatur Commissarius Gener. Nationis germano-belgicae; 1761 eligitur Min. Prov. Ipso morte abrepto, ad complendum triennium P. Remaclus Drolenvaux substituitur tamquam Vicarius Prov. Vid. TC.; Ms. Le Soin apud RAD. p. 105; Lib. defunct. conv. S. Francisci ad Sabim, ap. *Annal. pour servir à l'h. eccl. de Belg.*, t. X, 1873, pp. 40-99.

[4] Vid. d'Herckenrode, p. 639, qui transcripsit epitaphium Dni de Haxhe et uxoris eius Gertrudis de Mean († 16. V. 1681.) apud Recollectos sepultorum. — Dnae Gertrudis obitus desideratur in nostro Necrol.; cfr. etiam Loyens, pp. 420-23.

[5] Oriundus ex Leodio. Ad primam iurisdictionem admissus an. 1731. In Capit. Prov. 1749 eligitur Guard. conv. Florinensis, cum titulo Lect. iubil. TC.

A. — (12). [f. 13r] *Obiit Fr. Ioannes du Vercheval, laycus et huius conventus dispensator fidelissimus, communitatisque studiosissimus; vixit in Ordine plus minus annos 54; anno 1574.* [*]

B. — (13). Die sacro B. Gregorii anno 1619, in termino pro conventu [1] laborans, obiit dilectus Pater Reginaldus de la Melle, sac., praed., conf.

Martii 13 1662 obiit apud pauperes Clarissas ibique sepultus est F. Heronimus Husquinet [2], laycus.

• Eod. die anno 1717 obiit V. P. Henricus Delvaux [3], olim Guard. etc. Item anno 1685 obiit V. P. F. Urbanus Prayon [4], praed., conf., in Ord. iubil. (*a*).

Anno 1668 obiit honestus civis Henricus Naich, qui largam eleemosynam conventui legavit, ut Fratrum precibus commendaretur.

Anno Dni 1697 obiit Nivellis F. Franciscus Luffin [5], sac. devotus et exemplaris, huius conventus et Theologiae alumnus.

C. — (14). Anno 1779 13 martii obiit F. Rochus Hallet [6], laicus, iubilarius.

Anno 1665 15 martii obiit V. Pater Franciscus Lorniart, quondam Guardianus, ac S. Theologiae Lector.

D. — (15). 15 martii 1663 obiit Amstelodami in Hollandia honestus et pius iuvenis D. Iohannes Del-Naye, qui conventui nostro legavit mille florenos brabanticos, cuius etiam pater, Dnus Ioannes Del-Naye senior, antea dederat quadringentos florenos ad deaurandam nostram remonstransiam.

E. — (16). Anno Dni 1657 die 16 martii obiit V. P. F. Ioannes Selessin, sac., praed., conf. ac in Ordine nostro seraphico iubilarius.

Eod. die anno 1745 obiit P. Daniel Janne, praed., conf.

[f. 13v] 22ª anno Dni 1697 obiit P. F. Franciscus Laurentii, sac., praed., confessarius, vir pacificus.

F. — (17). *Decima septima martii obiit Ioanna de Daiverne, uxor Ioannis Dyrick pannificis, que fuit pro tempore hospita Fratrum, et dati sunt conventui in morte ipsius viginti floreni.* [*]

Eodem die Anno 1665 obiit perillustris ac Rmus Dnus Arnoldus baro ab Hoensbrouck [7], Dnus temporalis in Ham, Beringen, et Molka, Cathedralis Hildesemiensis Praepositus, Canonicus Magdeburgensis et Leodiensis, Ordinis nostri amicus et benefactor singularis, post cuius obitum haeredes largiti sunt conventui nostro eleemosynam centum pataconum.

(*a*) Hic et praecedens obitus anni 1717, exarati sunt ab amanuensi, qui et mediante saec. XVIIIº scripsit.

[1] Terminus i. e. omnes parochiae circumscriptionis alicuius conventus, ubi Patres solent statutis temporibus s. ministerium exercere, et Fratres laici vitae necessaria mendicare.

[2] In hospitio prope conventum Clarissarum Patri confessario inserviebat.

[3] Leodiensis patria; 1690 erat Vic. et stationarius in Verviers, anno 1696 ecclesiastes Cathedralis Leodiensis, et Secretarius Prov. cfr. I. S. Renier, op. cit. p. 35. Guard. in Farciennes eligitur in Congr. interm. 1697 et 1706; cfr. TC.

[4] Ex familia sat divite; cfr. RAD. p. 291. — Anno 1647 stationarius erat in conv. Luxemburgensi; cf. ibid. p. 261-2.

[5] Cfr. Necrol. conv. Nivellensi, ad 16m mart.

[6] In saeculo Ioan. Franciscus; habitum Ordinis sumpsit in Couvin, 2. III. 1729; professionem emisit ibidem 3. III. 1730. Ms. Le Soin apud RAD. pp. 712 et 716.

[7] Cfr. *Bull. Instit. archéol. liég.*, t. XXIV, p. 148; de familia de Hoensbroeck, vid. ibid.

Anno Dni 1605 obiit dilectus in Chro Frater Libertus a Florido Campo[1], *sacerd. et confessionibus excipiendis populo gratissimus, cuius anima requiescat in sancta pace.* [*]

18 anno 1665 obiit V. P. F. Amatus Reynier, sac., praed., conf., quondam Vicarius.

G. — (18). *Obitus Fratris Iohannis de Traiecto, sacer., pred. et conf., anno 1522.* [*]

18 anno 1764 obiit P. Carolus Bouxhon[2], praed., conf., alias Instructor.

Anno 1612 obiit Fr. Godefridus de Haut, laycus atque in Ordine iubilarius. [***]

Eodem die obiit Domicella Ioanna Colinet, vidua Dni Magnée, et in navi ecclesiae sepulta est, an. 1775, aetatis anno 91.

19 anno 1680 obiit F. Hilarion Mareschal, laicus.

A. — (19).

B. — (20). [f. 14r] *Obiit anno 1529 Nicolaus Rachinol, qui reliquit in vita ante obitum xxxvi florenos leodienses.* [*]

Anno Dni 1616 20 martii obiit Fr. Natalis Pistoris[3], sac., pred. et conf. ac in Ordine iubilarius. [***]

Eod. die anno 1705 P. Theodorus Simar, praed., conf. (*a*). [circa med. XVIII[i].]

Eodem die anno Dni 1724 defuntus est P. Nicolaus Defooz[4], sac., praed., conf., olim Vicarius et Guardianus.

Anno 1748 obitus V. P. Philippi Pirson[5], S. Th. Lect. actualis et emeriti, a doctrina et religiosa conversatione omnibus grati.

Obitus R[di] Dni Magistri Henrici Malaise, Canonici et Scholastici Amaniensis, qui omni commendatione dignus ob charitatem exhibitam tam Fratribus quam Patribus nostris, quos per quadraginta annos et amplius humanissime excepit hospitio; excessit e vivis 22 (*b*) martii anno 1642.

Eodem die 1737 (*c*) obiit V. P. Bernardinus Dupont, sac., praed., conf., in Ordine iubilarius.

Eodem die 1775 in medio navis ecclesiae nostrae sepultus est Iacobus Jacquet.

C. — (21). *Vigesima quinta mensis marcii obiit devotus Pater F. Augustinus Cupificis, confessor, nec non et predicando populo gratus et acceptus; anno Dni 1555.* [*]

22[a] obitus F. Amandi Spiroux, subdiaconi, anno Dni 1669.

D. — (22). *Obiit et inhumanata est in habitu Ordinis Agnes de Hervia, quae singularis huius conventus extitit benefactrix; anno 1509.* [*]

(*a*) Ob defectum vacui, inter lineas descriptum. — (*b*) Correctum ex: 21, uti videtur. — (*c*) Annus ab eodem amanuensi supra lineam adiectus.

[1] 29. II. 1599 P. Hubertus a Florido Campo, Frater Minor Regularis Observantiae admissus est ad desserviendum ecclesiae S. Georgii in Leodio usque ad Pascha. Apud Chapeaville, f. 34; cfr. *Leodium.*, VII, 1908, p. 139. Ille Libertus cum Huberto identificandus est, utir emur.

[2] In Cap. Prov. 1746, Instructor iuvenum instituitur pro conv. Leodiensi; cf. TC.

[3] 8 martii citatur P. Guill. Pistoris, in Necrolog. conv. Gandavensis; cf. *Bull. Commiss. Royale d'Histoire*, 4[e] serie, vol. I, p. 151-180.

[4] Bis Vicarium egit in conv. Leodiensi, an. 1695 et 1703. — Guardianus electus est Ulflingensis (1701), et Waremmiensis (1707); cf. TC.

[5] Sacerdos factus circa 1730; Lectoratum incipit anno 1733, cursu philosophiae in conv. Durbutensi; tandem an. 1746 theol. scholast. ex officio legit in conv. Leodiensi; cf. TC.

[f. 14v] *Obiit F. Ioannes Fagnart*[1], *pred. et conf. ac Vicarius huius conventus, anno 1495.* [*]

E. — (23). *Vigesima prima martii obiit Fr. Ioannes Philippi, laycus 1580.* [*]

Eodem die 1640 obiit D. Ioannes de Streel[2], huius conventus benefactor; sepultus est coram altari S. Barbarae a latere Epistolae.

Anno Domini 1660 23ª martii apud pauperes Clarissas F. Franciscus D'Awans, laicus.

F. — (24). *Obiit anno Dni 1517 V.dus quondam Dns Magister Gerardus de Pousset, D. Lamberti Canonicus, singularis benefactor et eleemosinarius huius conventus tam in vita quam in morte.* [*]

Vigesima quarta martii obitus F. Iacobi Pistoris, sacerdotis, anno 1551. [*]

Eod. die anno 1695 obiit Nicolaus Englebert, laicus, in Ord. iub.

25ta anno Dni 1739 obiit V. P. F. Bartholomaeus Tirsay[3], sac., praed., conf., olim Vicarius, et in Ordine iubilarius, aetatis 82, vir a sacri verbi longaevo praeconio, a studio etiam in senectute impigro, ab assidua Rosarii recitatione, ab animi candore, hilari et grata conversatione commendabilis. R. i. P.

G. — (25). [f. 15r] *Anuntiatio Dni.*

Decessus ab hoc seculo F. Iacobi de Bellomonte, huius conventus familiaris, 1544.

Eodem die obiit (*a*).

Anno Dni 1610 obiit 25 martii, ac in ecclesia nostra sepultus iacet, illustris et generosus Dns, D. Hyeronimus Piccinini, Bononiensis, quondam Rmi Dni D. Guidonis Bentivoli in Belgio Nuntii Apostolici et Rhodiensis Archiepiscopi occonomus, qui Spadi moriens bonam summam legavit, quam in redemptionem alienati quondam horti proxime conventui adiacentis V. P. Mathias Sylvius[4] Guard. applicavit. [*]

A. — (26). *E vivis sublatus est Frater Petrus Dancel, sacerd., praed. et conf. ac huius conventus terminarius fidelis, anno Dni 1587 xxvi martii.* [*]

Vigesima sexta martii obiit honestus civis Carolus Duron, pater F. Aegidii Duron, cuius vidua Agnes Aegidii plures huic conventui largita est eleemosinas, ut una cum priori marito suo Anthonio Tona huic libro inscriberetur[5]. [*]

Eod. die anno 1689 obiit F. Lambertus Paquier, laicus. [medio XVIIIi.]

B. — (27).

C. — (28). [f. 15v] *Obitus F. Ioannis Isbrandi, layci, qui 50ª fere annis in Ordine se habuit, et 27 annis huius conventus hortulanus atque horlogii director fuit, anno Dni 1523.* [*]

D. — (29). 29 martii obiit Domicella Hubertina Labeye (*b*), vidua Dni Waonry, et in sarcophago mariti sepulta est, anno 1769.

(*a*) Alia verba usque ad finem lineae, omnino abrasa sunt. — (*b*) Sic correctum ex *Laboye*.

---

[1] Sepultus in coemeterio Monasterii Cruciferorum. [2] Idem obitus repetitur fol. 15v, 23. III. — Vid. Cam. de Bormans, *Les échevins de la souveraine justice de Liége*, Liége 1899, II, p. 229.

[3] Capit. Prov. 1713, Vicarius in Bolland; 1716, Vicar. et Instruct. iuvenum in conv. Couvinensi; cf. TC. [4] Vid. eiusdem obitum, Necrol. f. 55v, 7. XII. 1616.

[5] Agnes Aegidii obiit, 22. XI. 1625; cfr. Necrol. f. 53r; sed utrum Carolus Duron e vita recessisset primis mensibus 1610, an obitus eius inscriptus fuerit in antiquiori Necrologio, non possumus determinare.

23ª martii anno 1624 obiit devotus et zelosus Pater F. Martinus Victorini, sacerdos et conf.

Eodem die obiit in coelibatu honorabilis vir Dns Ioannes de Streel [1], qui in vita multum nobis affectus fuit et in morte legavit nobis ducentos florenos. [2ª med. saec. XVIIIi.]

E. — (30). *Penultima martii obitus honesti Domicelli Henrici Grovenbroeck, sororii Fr. Guillelmi Bare* [2]*, Dns temporalis de Velrevelt* (*a*)*, qui omnium, dum viveret, Fratrum hospes extitit, qui et ante obitum 50ª floren. monetae leodiensis conventui legavit; anno Dni 1526.* [*]

Eodem die 1668 obiit P. F. Valentinus Benoit, sac., praed., conf.

27 anno 1683 obiit P. F. Servatius Josselette, sac., praed., conf. (*b*). [med. XVIIIi.]

28 anno 1713 obiit V. P. Hubertus Huls, iub., olim Vicarius. [med. XVIIIi.]

Eod. die anno 1616 F. Antonius Lorent [3], laicus (*c*). [post med. XVIIIi.]

30 martii anno 1753 obiit V. A. P. Antonius Winand [4], alias Vic., mon. conf., Guard. duodennalis, Definitor bene meritus.

Eodem die obiit Domicella Maria Colard, Tertiaria, et in ecclesia nostra sepulta est prope sedem concionatoriam, an. 1772 (*d*).

F. — (31). 31 (*e*) anno 1684 obiit F. Petrus Jaucoumont, laicus benignus, ac braxator industrius.

[APRILIS].

[f. 16r] *Aprilis habet dies xxx*ª *Luna xxix.*

Obiit proba et annosa Dna Christina de Reeck, Ioannis Cloestenare quondam uxor, ex parte cuius conventus plures recepit eleemosinas in vita et post mortem, anno Dni 1508. [*]

Anno Dni 1618 prima aprilis senio confectus migravit ad Dominum devotus P. F. Ioannes Mathei, sac., praed. et conf. ac in Ordine iubiliarius, qui suo tempore 30 annorum spatio maxime per Ardennam terminarii munere laudabiliter functus est. [***]

G. — (1). Anno 1613 2ª aprilis obiit Fr. Basilius Delvaux, iuvenis. [***]

Eod. die 1705 V. P. F. Bernardinus Perije, praed., conf., in Ord. iub. [5] [med. XVIIIi.]

(*a*) Duas initiales litteras huius verbi dubie legimus, ob correctionem in Ms. — (*b*) Sequitur repetitio eiusdem obitus, ab alia manu scriptione interlineari exarata, et iam expuncta. — (*c*) Ante primum verbulum huius obitus, dum inscriberetur, ab alia manu exaratus existebat numerus: 31. — Et sequitur ultimum verbum « laicus », initium alius obitus: « eod. die », sed reverso calamo illitum. — (*d*) Lectio dubia; videtur sic correctum ab eadem manu ex 1770 vel 71. — (*e*) Correctum post saeculum integrum, scriptum erat: 30.

[1] Cfr. Necrolog. f. 14v, 23. III. [2] Cfr. Necrolog. f. 28r, 15. VI. 1556.

[3] Eadem aetate in conv. Florinensi commensalis exsistebat P. Leo Laurent; cfr. G. Maulet, *Le couvent des Récollets de Florennes,* Namur 1906, pag. 29.

[4] Natus in Verviers. — Guard. in Ciney, Waremme, Leodii (1743-46), Definit. Prov. 1746; tandem Guard. in Farciennes; cf. TC. et J. Kaisin, op. cit. I, p. 87.

[5] Eadem manus eundem inscripsit obitum cum variantibus... f. 19r, ad 25. IV. 1704.

Item anno 1742 P. F. Nicolaus Stassart, olim Inst. et mon. conf.

3ª aprilis 1760 P. F. Franciscus Deprez, sac.

Eodem die an. 1779 inhumata est ante altare Virginis Catharina Closson, coelebs.

Obiit Fr. Bernardus (*a*) *de Buscoducis, sacerd., sepultus apud fratres Cruciferos, quia nondum cimeterium nostrum erat benedictum; anno 1494.* [*]

Obiit F. Martinus Heeringhen, pred. et conf., anno Dni 1511. [*]

A. — (2). Anno Dni 1671 5ª aprilis obiit dilectus nobis in Christo Fr., F. Iosephus Hennerotte, laicus.

Eod. die 1649 V. P. Ioannes Barnabé, iubilarius [1]. [med. XVIIIi.]

B. — (3). *Obiit quondam proba honestaque Domicella, nomine Maria, ex parte cuius testamenti favore Domicellae Katarinae, relictae Ioannis Dougnie, oblati sunt conventui centum floreni renenses monetae leodiensis, ut oretur pro eis, comendenturque singulis annis.* [*]

C. — (4). [f. 16v] *Quarto nonas aprilis obitus Fratris Martini Calcificis, alias Deprez, laicus.* [*]

D. — (5). *Quinta aprilis anno 1502 obiit Frater Iacobus Sotteau, sacerd. et conf.* [*]

Eod. die an. 1778 P. Petrus Boverie [2], sac., praed., conf., conv. Durbutensis alumnus.

E. — (6). *Anno 1581* (*b*) *viiª aprilis obiit mirae sanctitatis vir, dilectus nobis in Christo Frater Georgius Dionisii, Anglus, sacerd. et confessor.* [*]

F. — (7). *Obitus annosi Pris. Fris. Berardi Herental, pred. et conf., anno 1549.* [*]

G. — (8). [f. 17r] *Octava aprilis obitus dilecti P. F. Anthonii de Hervia* [3], *sacer., praed. et conf., anno 1524.* [*]

Eodem die obiit anno 1710 P. F. Ludovicus Jacobs, sac., praed., conf. [4].

Eod. die anno 1729 obitus V. P. Iacobi Lagasse, praed., conf., in Ord. iub., ex conv. Bollandiensi. [med. XVIIIi.]

8 aprilis 1770 obiit P. F. Guillelmus Tisquen [5], sac., praed., conf.

A. — (9). 9 ap. anno 1686 obiit P. F. Arnoldus Favereau, sac., praed., conf. [med. XVIIIi.]

Eodem die anno 1778 inhumatus est in sarcophago materno filius Dni Delcourt et Domicellae Waorny [6], 8 diebus natus.

B. — (10). *Decima aprilis obiit Frater Hermannus du Charneu, familiaris.* [*]

(*a*) Correctum ex: *Bernardinus.* — (*b*) Primum scriptum erat: 1591, sed idem amanuensis correxit.

---

[1] Ne confundas hunc Ioannem cum altero, qui eodem saeculo magna in fama sanctitatis vixit et obiit, de quo vide Steph. Schoutens, op. cit., p. 104, 105.

[2] Sacerdotio initiatus an. 1772.

[3] Cfr. Necrolog. f. 14r, 22. III. 1509. — *Notices historiques* (Verviers), t. I, p. 77.

[4] Ad 1m iurisdictionem admissus iam ante an. 1695.

[5] Sacerdos ordinatus an. 1730. — Ineunte saec. XVIII in Prov. Flandriae floruit et P. Maximilianus et P. Iacobus Tisquen.

[6] Obitum affinis eiusdem familiae vid. Necrol. 15v, 29. III. 1769.

Eadem die 1705 obiit V. A. P. Dominicus Fassotte [1], iubilarius, olim Diffinitor et variis in conventibus Guardianus, vir pacificus, et exemplaris.

Eod. die anno 1687 F. Aegidius Lescrenier, laicus. [med. XVIII^{1}.]

12^{a} 1662 obiit F. Lucianus Maeschalck, sacerdos studiosus S. Theolog.

Eod. die (*a*) anno 1758 F. Nicolaus Colette, laicus, conventus Sambriensis alumnus [2].

C. — (11). *Duodecima aprilis anno 1580 obiit V. P. Fr. Franciscus Mariet, sacer., praed. et conf. ac iubiliarius, qui in isto conventu ac in aliis multis officium Vicariatus laudabiliter exercuit.* [*]

D. — (12). [f. 17v] Anno Dni 1631 pridie Kalendas aprilis, inevitabili filiorum Adae legi concessit Reverendissimus in Christo Pater ac Dnus, D. Petrus Paunetius [3], qui primum in Ordine Fratrum Minorum Sacrae Theologiae scholasticae Professor eximius, id muneris per annos novem summa cum laude et amplissimo Ordinis profectu prosequutus est. Demum in sua Flandriae Provincia, Biezensis, Iprensis, Gandensis atque Brugensis conventuum Guardianum ac Diffinitorem maxima ad suos mansuetudine, invicta pro Ordinis obsequio strenuitate peregit. Ad haec ob egregiam in componendis gravissimis negotiis industriam, et miram in asserendis Provinciae iuribus animi fortitudinem binas ad Urbem, et in Hispaniam expeditiones foelicissime subiit. Denique, ex Guardiano conventus Gandensis ad audiendas confessiones et conscientiae directionem a Serenissima Hispaniarum Infante Isabella adhibitus, ob religiosam pietatem, insignem animi modestiam, probatissimam vitae cum eminenti doctrina compositionem, conciliatis omnium favoribus, tandem ad ecclesiae Audomarensis Episcopatum, iubente ipsamet Isabella, approbante Urbano VIII, promotus fuit, in qua pontificali dignitate, dum commissum sibi gregem affectu paterno, benevola in subditos mansuetudine, summa ad omnes comitate prosequitur, vix emenso in ea sparta colenda triennio, post viginti et octo duram infirmitatem, doloresque gravissimos invicta patientia toleratos, a Pastorum Principe ad immarcessibilem, ut speramus, gloriae coronam aprilis 13 (*b*) evocatus, miseriarum valli valedixit, aetatis anno circiter 51, religiosae professionis trigesimo, pontificalis infulae pene tertio (*c*). Requiescat in pace.

E. — (13).

F. — (14). *Quarta decima aprilis obiit Fr. Judocus, Tongris natus, clericus noviter professus, anno Dni 1553* (*d*).

Eodem die anno 1765 obiit Dns Laurentius Iosephus de Lahaut, adolescens; sepultus est ante altare Virginis.

G. — (15). [f. 18r] *Obitus devoti Fratris Iudoci Daems, sacer. et pred., anno 1548 aprilis 15^{a}.* [*]

(*a*) Idem obitus parum ante iam inscriptus erat, sed deletus est. — (*b*) Sic ab alia manu correctum ex numero illegibili. — (*c*) Hic tota aliqua phrasis, quae amplius legi non potest, reverso calamo illita est. — (*d*) Correctum ab eodem amanuensi.

[1] Patria Vervietensis, uti remur. — Ex T C. scimus eum Guardianum fuisse Bastoniae, Huy et Waremme. In Cap. an. 1695 eligitur Def. Prov. — Ei coaevae et consanguineae fuerunt Sorores Margarita et Maria in conv. Vervietensi Immac. Conception; cfr. P. Fulg. Thyrion, op. cit., p. 136 et 150. [2] Desideratur in Necrol. conventus Sambrensis.

[3] Vide biographiam apud O. Bled, *Les Evêques de Saint-Omer 1691-1708*, ap. *Mémoires de la Soc. des Antiquaires de la Morinie*, t. XXIX, 1908-1909, S. Omer 1910, p. 75-92.

Eodem die 1655 obiit inter FF. suffragia V. P. F. Antonius de Louveigny, saepius Vicarius et iuvenum Instructor, necnon Bollandii Guard., in hoc demum conventu iterum pacifice Vicarii munere fungebatur.

Eodem die obiit V. P. Martinus Bellefontaine [1], Conceptionistarum confessarius, 1730.

A. — (16). *Obitus honesti viri Huberti Blase 1608, qui cum uxore sua Anna de Lymet singulares benefactores conventus et multis annis in Fraiture termino Condrosii Fratres nostros charitative hospitio exceperunt.* [***]

16 anno Dni 1677 obiit R. et amplissimus Dominus Waltherus Ioannes L'Hoest, sacerdos, qui intuitu fratris sui V. A. P. Ludovici L'Hoest [2], quondam Guardiani Huensis (*a*), Verviensis, Bollandiensis (*b*), legavit omnia bona sua impendenda in necessitates conventuum Patriae Leodiensis.

B. — (17). *Anno 1579 xvii*ª *aprilis obiit Fr. Nicolaus Facompir, sacerd. ac hospitum servitor sedulus.* [*]

Anno Domini 1779 inhumatus est ante altare Sti Iosephi Dnus N. Fetu, mercator huius parochiae.

C. — (18). 18 ap. an. 1746 obiit F. Franciscus Stephani, laicus.

Aprilis 18 1615 obiit honestus civis Bertrandus Hanson [3], cuius vidua Ioanna Henkart plures et largas nobis dedit eleemosinas. Obiit illa anno 16.. die.. [med. XVII^{i}.]

D. — (19). [f. 18v] *Obiit 19*ª *aprilis Domicella Maria, Arnoldi de Surister, civitatis Commissarii, quondam coniunx, cuius testamenti legatione pro calice conficiendo conventus recepit duo vasa argentea, ut oretur pro anima utriusque; anno 1550.* [*]

Eod. die an. 1704 obiit P. Henricus Vanwel, sac., praed., conf. [med. XVIII^{i}.]

E. — (20). 20 anno 1682 obiit Domicella Agnes Del Brouck, quae legavit conventui centum flor.

21 anno 1794, apoplexia sanguinea ictus, in pago La Neuville defungitur P. F. I. Damascenus Dewandre, conventus Cinacensis alumnus, sac., praed., conf., et in hoc inhumatur.

F. — (21). *Inhumatus est apud nos Arnoldus de Buggenum, quondam Comitis de Horne cubicularius, qui bonam conventui reliquit eleemosinam nempe 50*ª *carol., anno 1530.* [*]

Anno reparatae salutis 1708 aprilis die 26 obiit in hoc conventu, supremis Ecclesiae Sacramentis petitis et devote susceptis, post longam infirmitatem patienter toleratam, R. A. P. Marianus Francotte [4], variis in Ordine officiis, utpote confes-

(*a*) Additum hoc verbulum in marg. ab alia manu; in margine sinistro sequens adiecit similiter. — (*b*) Lineis obductum hocce verbum.

[1] Designatur conf. Sororum Imm. Concept. in Leodio, 29. III. 1728. TC. [2] Cfr. Necrol. f. 30r, 26. VI. 1689. — Familia L'Hoest sat illustris; vid. *Bull. Instit. arch. liég.*, t. IV, 430; VI, 205, 225; XXVIII, 65. [3] De familia Hanson cf. Th. Gobert, op. cit., II, p. 10.

[4] Leodii natus ex Ioanne et Elisabeth Libert (cf. Necrol. f. 24r, 24. V. 1671, et f. 4v, 18. I. 1679); frater eius Pater Martinus, (cfr. Necrol. f. 50v, 9. IX. 1686); haec series vitae in Ordine: 1667 Vicar. Leodiensis; Guard. Visetensis, Leodiensis (1676), Definitor (79), Guard. Bollandiensis; Definitor secundo (1692); in Cap. 1695 Min. Prov.; 1701 Custos Custodum. TC. — Tempore sui regiminis a Prov. Flandriae separati sunt conventus Luxemburgenses et patriae regiae (Custodia S. Huberti) adnexi; de quo vid. Ms. Le Soin, apud RAD. p. 102. — Cfr. etiam Steph. Schoutens, op. cit., p. 74.

sarii monialium, Vicarii, Guardiani, Diffinitoris, Custodis tandem Ministri Provincialis laudabiliter functus, quem ob devotionem singularem, disciplinae regularis observantiam maximam, cultusque divini zelum et fervorem ardentissimum, gloriae coronam immarcessibilem consecutum speramus et confidimus.

G. — (22).

A. — (23). [f. 19r] Vigesima secunda aprilis 1611 obiit honestus civis Adamus Jalhea[1], quondam maritus Mariae du Bois, alias Labarbe, quae bonam huic conventui contulit eleemosinam, ut huic libro una cum marito inscriberetur.

Eodem die anno 1777 obiit Domicella vidua Massillon[2]; sepulta est in medio ecclesiae in novo sarcophago.

B. — (24). *Vicesima tertia aprilis obiit Fr. Ioannes de Booez, laycus et professus.* [*]

Anno 1579 23 aprilis vita functus est Vdus et pius admodum P. F. Lambertus Willot[3], qui Guardianatus officio Biezi, Namurci ac Leodii strennue et laudabiliter functus est, sepultusque est ante altare maius. [*]

Anno 1752 aprilis 24 obiit V. A. P. F. Franciscus Chefneux[4], S. Theologiae Lect. iubilatus et concionator facundus, alias pluries Guardianus, semel Custos custodum et actualis apud Sorores poenitentes Recollectinas confessarius. Sepultus est ante portam chori prope angulum altaris S. Antonii.

14 aprilis 1769 obiit V. P. Bonaventura Detongre[5], sac., praed., conf., iubilarius, olim Guard., Vic. et mon. conf.

Anno 1610 25 aprilis obiit Fr. Gerardus Gontier, sac. [***]

25 (*a*) Anno 1672 F. Balduinus Haling, laicus; ex conventu Durbutensi huc recuperandae sanitatis gratia missus mortem invenit.

25 anno 1704 obiit V. P. Bernardinus Perie, sac., praed., in Ord. iubil. [med. XVIIIi.]

Eodem die obiit P. F. Franciscus Iacob, sac., praed., conf. 1709.

Eodem die 1734 obiit V. P. F. Nicolaus Deprez[6], Guardianus duodennalis. R. i. P.

C. — (25). *Marci Evangeliste.*

(*a*) Correctum ex: 26, ab eodem amanuensi.

---

[1] Cfr. Obitus eius consanguineorum: Necrolog. f. 55v, 7. XII. 1639, et f. 5v, 24. I. 1623.

[2] Uxor Dni Matthaei Massillon, cuius obitum vid. Necrolog. f. 5v, 22. I. 1776. Cfr. etiam Necrolog. f. 21r, 4. V. 1777.

[3] Vide Steph. Schoutens, op. cit., p. 79, 80, et nepotis sui P. Henrici Willot, O. F. M., *Athenae orthodoxorum sodalitii franciscani,* Leodii 1598. — Fuit Guard. Leodiensis anno 1576. (Ms. 77 APB). Scripsit: *Varii fidelis sponsae affectus quibus erga Sponsum Redemptorem dulcissimum varie illa fertur;* cfr. BF. p. 101-2.

[4] Leodius patria. Guardianus ad Sabim an. 1737. Cum titulo Sacr. Theol. Lect. iubil. Custos eligitur in Cap. Prov. 1746: et deputatur ut confessarius Conceptionistarum in Verviers; cfr. TC. et E. Kaisin, op. cit., I, p. 87.

[5] Admissus ad munia praedic. et confess. anno 1722. — Guard. Waremmiensis exsistit anno 1758; a confessionibus est Conceptionnistis in Leodio, 1760; cfr. TC.

[6] Natus Waremmiae. Pro prima iurisdictione praesentatur ann. 1698. — Guardianum egit in conventibus Waremm. (1712), Vervietensi, Sambrensi et Convinensi. — Confessor erat Conceptionistarum Leodiensium an. 1718; cfr. TC.

Anno Dni 1554 die 25ª mensis aprilis vita defuncta est devota foemina Maria, coniunx Symonis de Fraipont in Tectis, ex parte cuius conventus recepit centum et triginta florenos monetae leodien. ut oretur pro anima eius. [*]

Eodem die anno Dni 1559 obiit honestus civis Leodiensis Gerardus de Violeta, qui bonas et amplas conventui dedit eleemosinas sepultusque est in ecclesia nostra. [*]

25 aprilis 1768 F. Iosephus Barthelemi, laicus.

[f. 19v] Eodem etiam die 1680 obiit, et in ecclesia nostra sepulta est, Caecilia Wirix[1], famula Dni Decani ecclesiae Cathedralis, quae erat Tertii Ordinis Sti P. Nostri Francisci, et moriens conventui legavit trecentos quinquaginta florenos.

D. — (26). *Anno Dni 1588 26 aprilis obiit dilectus P. F. Mauritius Egidii, sacerd., praed. et conf. ac inferioris Hesbaniae pluribus annis terminarius diligentissimus.* [*]

Eodem die anno 1712 obiit honorabilis civis Dominus Petrus Wampe[2], qui testamento legavit 500 florenos brabanticos pro constructione novae ecclesiae[3].

Eod. die an. 1746 obiit F. Franciscus Iacob, laicus.

Obiit anno Dni 1596 27 aprilis Fr. Ioannes D'Anthin, laycus professus ac coquus huius conventus. [*]

E. — (27). *Anno sexto seculi decimi septimi hominem exuit Bartholomaeus Bierlier, Ven^lis curiae Leodiensis Procurator integerrimus, cuius ob egregia (a) in familiam nostram collata beneficia, piam et anniversariam non recordari memoriam non debemus.* [*]

F. — (28). [f. 20r] Anno 1620 aprilis 27 vitam morte mutavit, et in sacello sanctissimae Virginis Lauretanae in habitu Ordinis sepulta est, honesta ac Deo Deique Genitrici atque b. Francisco valde devota filia, Hedvigis Paradis[4], quae vivens et brevi moritura, se liberalissimam in hunc conventum exhibuit; unde meruit huic libro benefactorum inscribi. [***]

Anno Domini 1711 28 aprilis obiit P. F. Matthaeus Bolland[5], sac., praed., conf.

Anno Dni 1725 aprilis 28 obiit V. A. P. Ioannes Werixhas[6], sac., praed., conf., olim Vicarius, monialium conf., Guardianus ac Definitor.

Anno Dni 1596 19 aprilis obiit Confratrer noster Fr. Mathias Joneau, sac., pred. et conf., qui in iuventutis flore terminarii officio strenue fungens apoplexia correptus est. [*]

(*a*) Correctum ex *egregiam*.

---

[1] Amita religiosae feminae, S. Wirix, de qua Ms. *Chronique ou Histoire veritable...* auctore Fr. Barth. D'Astroy, O. F. M.; cfr. *Analectes pour servir à l'hist. ecclés. de la Belgiq.*, t. XIII, p. 129.

[2] De familia Leodiensi « Wampe », vid. Th. Gobert, op. cit., II, p. 45; III, p. 296 et 336.

[3] Novi templi primus positus est lapis anno 1710. — Ex computu civitat. Leod. constat hac occasione semel et iterum largas dedisse elemosynas ipsum Magistratum, scil. 400 flor. (Archiv. de la ville, Comptes de 1712 et 1713).

[4] Filia Domini Antonii et Annae Vilkin; cfr. Necrolog. f. 24v, 29. V. 1594.

[5] Sacerdotio initiatus ante an. 1695.

[6] Oriundus ex Leodio. (E. Kaisin, op. cit., I. p. 86). — Primum citatur in TC. pro Cap. Prov. 1698, ubi Vic. designatur conventus Athensis. Postea fuit Guard. Cinacensis, Visetensis, iterum Florinensis, Sambrensis, (1713). Definitor Prov. eligitur an. 1716. In eodem Cap. deputatur confessarius Poenitentium Leodiensium; cf. TC.

30 aprilis anno 1708 obiit V. P. F. Adrianus Rogimont, sac., praed., conf., iubil.

G. — (29). *Anno Dni 1597 27^{a} aprilis obiit honestus civis Henricus du Chesne, qui viginti et amplius annis huius conventus extitit syndicus fidelissimus et nostrae relligionis zelator maximus, dignus proinde ut oretur pro eo.* [*]

Anno Dni 1618 29 aprilis obiit V^{dus} Pr. Fr. Petrus Balduini, sac., pred., conf., quondam Athensis Vicarius, necnon in hoc conventu pluribus vicibus iuvenum Director vigilantissimus. [***]

Anno 1642 28^{a} aprilis, post acceptas insignes a Francis iniurias, feliciter obiit in Hody, termini Condrusiensis pago, V. adm. D. Dns Thomas Flammache, parochus d'Offlanche, Tertii Ord. S. Francisci, qui vivens Fratres nostri Ord. speciali affectu hospitio excepit et moriens centum 50 florenos brabanticos, ut pro eo oretur, huic conventui legavit. Requiescat in pace.

(*a*) Ultima aprilis 1665 obiit Fr. Paulus del Vaux, laicus pacificus et quaestor indefessus.

[MAIUS].

[f. 20v] *Maius habet dies xxxi Luna xxx^{a}.*

A. — (1). 1ma maii anno Dni 1740 diem clausit extremum P. F. Iosephus Lewalle[1], sac., praed., conf., religiosus pacificus.

Eodem die obiit P. Celsus Jacquet, sac., praed., conf., conv. Huensis alumnus, an. 1773.

Obiit V^{dus} (b) Fr. Ioannes de Gau[2], primus huius loci Presidens et promotor precipuus fundationis eiusdem; anno Dni 1490, [*] maii prima (*c*).

B. — (2). *Philippi et Iacobi.*

Anno Dni 1589 prima maii obiit V^{dus} ac suae relligionis zelosus Pr. Fr. Thomas Mercatoris[3], sac., pred. et conf., qui duobus R^{dis} Provincialibus Ministris a secretis fuit, postmodum 16 annis et amplius Vicariatus officio maxima cum diligentia functus est. [*]

(*a*) Desideratur littera Dominicalis. — (*b*) Haec vox supra lineam addita eodem ab amanuensi. — (*c*) Haec data mediante saec. XVII addita.

[1] Patria Leodiensis, uti P. Ludovicus Lewalle. Filius Dni Nicolai, (cfr. Necrolog. f. 5v, 23. I. 1691), et Mariae Annae Spineux.

[2] Idem citatur obitus f. 22^{r}, ad 10. V. — In Necrol. conv. Sambrensis memoratur ipsius mors die 31. I; cfr. *Anal. pour servir à l'hist. eccl. de Belgique*, t. X, 1873, p. 44. — Lubet transcribere epitaphium, quod in claustro Leodiensi legebatur: « Beato Ioanni de Fenal alias de Gau, sancti Bernardini Ordinis Minorum instauratoris celeberrimi discipuli, nec non conventuum Avesnensis et huius Leodiensis, de Observantia dictorum, Provinciae Flandriae, primo Guardiano, Religionis et sanctitatis nomine hunc marmoreum lapidem ob obseratas eius reliquias poni curavit Frater Ioannes a Sancto Huberto Namurcensis in utroque conventu post saeculum successor, anno 1613, iulii die 5. Obiit B. Pater, anno 1490, die prima maii ». Vide M. S. P. Ernst, op. cit., p. 331. — Ms. 77 in APB.

[3] Frater, uti remur, Patris Iacobi; cfr. Necrolog. f. 34^{r}, 20. VII. 1585; ideoque patruus illustris P. Petri Marchand; cfr. Necrolog. f. 51^{r}, 11. XI. 1661.

Obitus Iohannis le Bastard supra Mosam commorantis, qui (a) *egregius benefactor et amicus Fratrum extitit, uxorque ipsius post eius obitum quoad vixit continuavit.* [*]

Anno Dni 1621 quarta maii obiit V^{dus} Pater Frater Iudocus Chioupha[1], qui quondam Vicariatum egit in conventu nostro Luxemburgensi, sac., pred., conf.

Anno Dni 1620 obiit Frater Petrus Anselmi, laicus, 4^a mai.

C. — (3). [f. 21r] *Anno Dni 1591 2^a maii e vivis longa egritudine probatus sublatus est generosus ac nobilis Dns Iohannes Mazius, fidelissimus oeconomus Illustriss^i ac Reverend^i Leodiensis Episcopi ac Principis Ernesti a Bavaria.* [*]

3 maii 1662 bonam suam animam Creatori suo reddidit devotus Fr. Hadelinus Bon'ame, laicus octogenarius.

D. — (4). *Inventio Sanctae Crucis.*

Die non impedita post tertiam maii anniversarium cantandum in perpetuum pro SS. D. nostro papa Benedicto XIV a Capitulo Generali Romano 1750 mandatum[2] ratione specialis eiusdem Pontificis in nostrum Ordinem affectus.

E. — (5). *Obiit generosus Domicellus Deodatus, nomine Dns de Heer, Ordinis totius et presertim huius conventus amicus et benefactor precipuus, anno Domini 1502.* [*]

Anno Dni 1631 4 maii obiit Domicella Maria Mantels, quondam uxor Dni Henrici Herlet[3], qui paulo ante mortem Fratribus centum florenos brabanticos donavit.

Eodem die anno 1777 obiit D. Andreas Massillon, coelebs, sepultus in medio ecclesiae in sarcophago paterno.

Eodem die obiit F. P. Bartholomaeus Bonjean[4], sac., praed., conf., portarius vigilantissimus.

F. — (6). [f. 21v] 6 maii 1764 hic (b) obiit P. Raphaël Hubinon[5], Philosophiae Lector in conventu Bollandiensi.

Anno Dni 1598 6^a maii diem clausit extremum V^{lis} Dns et Magister Ioannes Gerbehaye, Canonicus et ecclesiasticus ecclesiae Collegiatae Stae Crucis Leodiensis, ac Cesareae Maiestatis dum vixit sacellanus, qui testamento legavit conventui 50 florenos brabanticos, ut eius nomen huic libro inscriberetur. [*]

Eod. die anno 1745 P. Iacobus Mancé, sac., praed., conf.

Anno Domini 1655 vigilia Ascensionis[6] pie obdormivit in Domino V. Pater Gabriel Tiry, in diversis conventibus olim Guardianus ac Vicarius.

1670 ex conventu Visetensi infirmus huc veniens mortem oppetiit Pr. Fr. Alexander Crasborne, pred., conf.

G. — (7). Anno Dni 1795 pie obdormivit in Dno ut vixerat, 7ma maii, F. Bartholomaeus Gruithers, laicus devotus, exemplaris et laboriosus.

(a) Verbulum adiectum ab eodem scriptore. — (b) Supra lineam additum hocce verbulum.

[1] In documento Luxemburgensi anni 1596, quod citatur apud RAD., p. 155, ipse dicitur «Maistre de la jeunesse». Cumulavit proinde officium Vicarii et Instructoris iuvenum.

[2] Cf. *Chronologia historico-legalis seraph. Ordinis,* III, pars II, Romae 1752, p. 438; 439–40.

[3] Cuius obitum cf. ap. Necrolog. f. 6^r, 17. III. 1665.

[4] Ad 1^m iurisdictionem admissus in Congreg. an. 1751. — Amanuensis huiusce obitus scripsit annis 1780 et 1781, proinde licet inferre quod noster P. Barthol. obiit circa 1780.

[5] Sacerdotio initiatus circa 1754. — Philosophiam legit in conv. Cinacensi (1758), Couvinensi et Bolladiensi (1761); cfr. TC.

[6] l. c., 5^a maii.

Anno Dni 1795 maii 17ma pie obdormivit in Dno V. A. P. Sebastianus Lonhienne[1], olim Definitor et actualis huius conventus pro secunda vice Guardianus.

A. — (8). *Ipso die Penthecostes[2] 1598 obiit admodum honesta matrona Maria, quondam relicta Aegidii Stapen, civis Leodiensis, quae, quia partim vivens partim in morte singularis nobis extitit benefactrix, prolium suarum, nihil a matris liberalitate degenerantium, rogatu, meruit in hoc piorum benefactorum libro conscribi. Sepulta est autem iuxta altare B. Virginis Lauretanae.* [*]

8 maii obiit honesta Domicella Ioanna Francke, vidua D. Petri Gaugeur[3], quae mariti sui erga nos affectionis haeres, quoad vixit, singularis conventus benefactrix extitit.

B. — (9). [f. 22r] *Obiit anno Dni 1603 D. Nicolaus, quondam Pastor de*[4] ...... *ex cuius testamento accepit conventus centum quinquaginta florenos brabanticos, ut libro benefactorum inscriberetur* (*a*). [***]

Anno Dni 1757 mensis maii 6a obiit P. F. Henricus Mockinay[5], sac., praed., conf.

C. — (10). *Anno Dni 1558 obitus Fris. Rolandi de Sprimont, sacerd. et conf.* [*] 10 maii. [medii saec. XVIIIi.]

9a anno 1777 obiit D. Andreas Dethier, sepultus in sarcophago novo in navi maiori.

D. — (11). Anno Dni 1490 10 maii V. A. P. Ioannes Degau, huius conventus Ius Praeses (*a*). [mediantis saec. XVIIIi.]

Anno Dni 1555 mensis maii 10 reliquit hoc seculum Vlis vir, Dns ac Magister Theodoricus Hezius, ecclesiae Cathedralis Leodiensis Canonicus, qui in vita sua Inquisitionis officio fungens, relligionis christianae fuit propugnator acerrimus, et nostri status singularis amator et benefactor. [*]

Anno 1756 11 maii huc Viseto divertens mortem invenit V. A. P. F. Franciscus Roland[6], Guard. act. conventus Visetensis.

E. — (12). [f. 22v] Anno Dni 1615 maii 12a obiit Fr. Franciscus Douart, laicus et in Ordine iubilarius, qui dum viveret exemplari sua vita laboribusque suis huic conventui aliisque multum profuit. [***]

F. — (13). *Obitus Arnoldi de Momal[7], et eius uxoris Margaretae, qui bonam dederunt eleemosinam, ut huic libro inscriberentur,* [*] 13 maii. [med. saec. XVIIIi.]

13 maii 1669 obiit Leodii Pr. F. Petrus Tollemonde[8], pred., conf.

(*a*) Per totum lineis obductum.

---

[1] Ad primam iurisdictionem admissus in Capit. an. 1772. — Vic. et Instructor iuvenum exsistit in conv. Leod. an. 1782; Guard. ibidem 1785; iterum 1791. T. C.

[2] l. c., 10 maii.

[3] Vide eiusdem obitum infra, f. 32r; scil 9. VII. 1658.

[4] Habes necrologium huius Domini Nicolai infra ad fol. 27v.: Circa festum Penthecostes...

[5] Henricus Macquinay, oriundus ex Verviers, sacerdos ordinatus circa an. 1721.

[6] Natus Leodii. Ad munia praedic. et confess. admissus 1731. Annis 1752-55 exsistit confessarius Sororum Poenitentium civitatis Leodiensis. Tandem in Capit. Prov. 1755 Guardianus eligitur pro conv. Visetensi; cfr. TC.

[7] Quoad familiam de Momalle cfr. Ms. Le Fort ap. Biblioth. Acad. Leod. — Arnold de M., vid. *Bull. de l'Instit. archéol. liég.*, t. IX, p. 488.

[8] In Cap. Prov. 1658 ad Sambram habito, instituitur Vicar. et Instructor iuvenum pro conv. Waremmiensi. TC.

G. — (14). Die decima tertia maii obiit illustris et generosus adolescens Edmundus de Ruyssembergh [1], filius unicus illustris Dni de la Rochette, cuius mater Dna Maria Sybilla de Plettenbergh singularissima fuit huius conventus benefactrix.

A. — (15). [f. 25r] 14 maii anno 1745 pie, ut vixerat, defungitur in Rieudoutte prope Andennam Domicella Elisabeth Natalis Leodiensis, coelebs, annos nata 68, quae pro suo in D. Antonium affectu in morte legavit 50 imperiales pro necessitatibus sacristiae nostrae Lodiensis.

B. — (16). *Die 15a maii an. Dni 1535 obitus probae devotaeque Domicellae Catharinae de Berloo* [2], *e regione Pontis Amari Cordis, benefactrix* (*a*) *specialis, ex parte cuius oblati sunt 50 floreni monetae leodiensis, nec non diversis temporibus plurimas contulit eleemosinas pecuniarias in conventus reparatione.* [*]

Eadem die obiit anno 1651 religiosus, pacificus ac amabilis Pater F. Rolandus Lisius, sacer. et confessarius.

Eadem die anno 1654 obiit F. Felicianus del Barre, laicus exercitiis vocationis suae addictissimus (*b*). Sepultus in coemiterio infectorum.

Item 15 anno 1679 obiit V. P. F. Gregorius de Charneux, iubilarius, devotus et pacificus in excipiendis confessionibus, et visitandis infirmis assiduus.

C. — (17). Anno 1652 16 maii obiit P. F. Godefridus Carlier, sac., praed. et conf., in excipiendis confessionibus maxime pauperum valde charitativus.

Eod. die anno 1642 obiit D. ac Magister (*c*). [med. saec. XVIIIi.]

Eodem die anno 1711 obiit P. F. Iacobus Hanson, sacerdos.

Eadem die 1733 obitus F. Petri Delpair, laici, sartoris laboriosi.

D. — (18). [f. 25v] Anno Dni 1610 maii 19 obiit Anna Jansens, uxor Nicolai Jansonii, quae sepulta in navi ecclesiae nostrae; largita est conventui 150 caroleos cum universa suppellectili sua, ut suffragiis Patrum quotannis commendetur.

Anno Dni 1642 16 maii obiit D. ac Magister Iacobus Paradis [3], chirurgus expertissimus, qui summa cum laude, sedulitate et charitate per 45 annos omnibus Patribus et FF. infirmis, etiam peste infectis, inservivit, et pro sua in nos benevolentia plurimos ad eleemosinas nobis conferendas efficaciter commovit. Oretur pro eo.

E. — (19). Anno Dni 1675 18 maii obiit perillustris ac Rmus Dns Paulus Ioannes baro de Groisbeeck ([4]), Toparcha de Francwarez, et Cathedralis ecclesiae Leodiensis Praepositus, qui ultra multa beneficia nobis exhibita in vita sua, legavit conventui bibliothecam libris selectioribus refertam.

(*a*) Sic. — (*b*) Reliqua, et sequens obitus ab eodem scriptore et unico tractu exarata sunt. — (*c*) Transverso calamo illitum. Iam inscriptus erat obitus paulo inferius, sub litt. dom. D (18).

---

[1] Obiit illustris pater ipsius, 18. I. 1638; cfr. Necrolog. f. 4r.

[2] Haec familia praedives « de Berlo» domum occupabat Leodii « séante Dehors Chestea » in via: Vignes de S. Laurent; cfr. *Charte du Val Benoit,* 1574, apud Th. Gobert, op. cit. IV, p. 132.

[3] Obitus uxoris eius Margaretae legitur f. 58r, 25. XII. — Eadem manus utramque exaravit notitiam necrologicam.

[4] Cfr. S. Bormans, *Répertoire chronologique des Conclusions Capitulaires du Chapitre Cathédral de S. Lambert,* 1. VII. 1652, ap. *Analectes pour servir...* t. XIII, 1876, p. 287; *Bull. de l'Instit. archéol liég.* t. VI, 466; VIII, 501; IX, 104; XI, 305; XXIV, 23.

Anno Dni 1699 19 maii obiit P. F. Ioannes Bormans[1], pred., confessarius, vir boni consilii et magnae charitatis in excipiendis pauperum et rusticorum confessionibus.

Anno Dni 1754 19 maii obiit P. F. Henricus Godin, in visitandis infirmis, confessionibus excipiendis indefessus.

Eodem die F. Valentinus Momigny[2], sacerdos theologus, anno 1769.

F. — (20). *Anno Dni 1554 maii 19 diem clausit extremum Vlis ac magnae eruditionis vir, D. ac Magister Ioannes Huetius, ecclesiae S. Lamberti Canonicus ac Rmi Episcopi Sigillifer prudentissimus, qui in vita huius conventus et Ordinis nostri amicus et fautor extitit singularis; in morte autem xx florenos brabanticos conventui legavit. Req. in p.* [*]

Vigesima maii obitus honorabilis Dni et Magistri Danitis, utriusque iuris licenciati (a) *ac Leodiensis Canonici, qui legavit conventui xx karolinos; anno 1555.* [*]

20a maii 1747 obitus Fratris Augustini Bourlart, laici.

Eodem die 1771 obiit P. Ioannes Baptista Harbonnier, sacerdos.

Anno 1592 maii 21 obiit honestus civis Guillielmus du Bois, alias la Barbe[3], *sepultus in latere occidentali claustri, qui cum Paschasia Grognet uxore sua multum pii semper erga nostrum Ordinem extitere.* [*]

Anno 1750 22 maii obiit Leodii P. F. Vincentius Cornille[4], sac., praed., conf., conventus Viscetensis alumnus.

G. — (21). [f. 24r] *Bernardini Conf.*

Anno Dni 1721 maii 23 obiit Admodum Venerandus Pater Iosephus Brassine[5], actualis Diffinitor, quem, ob singularem disciplinae regularis observantiam, ardentissimum cultus divini zelum et fervorem, maxime pacificam et charitativam sive cum domesticis sive cum extraneis conversationem, nemo non diligebat, observabat, laudabat; sepultus est prope maiorem chori portam. Requiescat in pace.

Eadem die 1750 longa infirmitate exhaustus, animam Creatori reddidit P. F. Alexius Brabant[6], stationarius emeritus et actualis, alias pluries Vicarius.

Obiit 22 iunii 1765 V. A. P. Franciscus Franck[7], Lect. iub., alias Definitor, hic et alibi Guardianus, pacis amator.

(a) Correctum ex: *licenciatus*.

---

[1] Cfr. Necrolog. f. 33v, 18. VII. 1686, obitum P. Iustini Bormans, fratris eius, uti reınur.

[2] Usque ad primam admissionem pro muneris praedic. et confess., iuniores sacerdotes, ex more Provinciae, « fratres » appellabantur.

[3] Vide obitum uxoris eius: Necrolog. f. 51r, 14. XI. 1581.

[4] Sacerdos ordinatus circa 1733.

[5] Leodiensis patria, uti videtur. Iunior sacerdos Vicar. et Instruct. iuv. designatur pro conventu Cinacensi, ann. 1676, 78, 79. Eiusdem conventus Guard. eligitur in Cap. 1681. Anno 1682, mense septembri, confessarius exsistit pro Conception. Vervietens. — Tandem in Capit. anni 1719 eligitur Definitor Provinciae, ex Definitore subrogato. (Complevit triennium V. A. Patris Caroli Gauthier morte sublati). TC.

[6] In Congr. intermed. an 1736 designatur Vicarius in Florennes; In Capit. 1737 Vic. Viscetensis; 1740 et 1742 iterum Vic. Florinensis. TC.

[7] Sacerdotio initiatus an. 1721. Haec series officiorum et dignitatum in Provincia: In Cap. 1743 admittur ad iubilationem Lectoratus theologiae (cfr. Acta Capitularia in APB.), et Guard. Floriniensis eligitur; 1746 confessarius Clarissarum Leodiensium; 1749 Guard. Leodii; 1752 Definitor Prov.; 1755 Guard. in Verviers; 1758 Guard. in Durbuy; vid. TC.

Obiit anno Dni 1599 xxiii^a maii V^dus P. Fr. Stephanus Marchinensis, sacerd., pred., conf. ac in Ordine iubilarius, huius loci quondam portarius, qui in confessionibus audiendis populo charus existit. [*]

A. — (22). Anno Dni 1671 maii 24 obiit honorabilis Dns Ioannes Francotte[1], inter utrumque pulpitum sepultus, amicus et benefactor noster singularissimus; ad cuius anniversarium cantandum et Domicellae Elizabethae Libert paris in nos affectu, assignatus est domui Misericordiae, dictae de Bavière, census centum florenorum annuorum, ex quibus executores testamenti cesserunt decem in emolumentum dictae domus, ut colligant dictum censum, et curent a nobis hoc tempore cantari utriusque anniversarium ad mentem testatorum; ut sic servata puritate Regulae nostrae, nihil nobis sit cum censibus, quamvis altissima nostra paupertas eleemosynam non reiiciat, sed admittat.

B. — (23). Anno 1767 26 obiit P. Caelestinus Delhaie[2], sac., praed., conf.

Anno Dni 1515 die xxiii maii obitus probae devotaeque Agathae de Curynghen, quae in vita sua bonam conventui largita est eleemosinam, ut post mortem huic libro inscriberetur. [*]

28 maii anno 1754 obiit F. Bonaventura Closon, laicus.

C. — (24). [f. 24v] Anno Dni 1654 maii 28, ex morbo contagioso in officio charitatis contracto, religiose defunctus est V. P. F. Isidorus Goffart, aetatis suae 51, profess. vero 8, pro hac sua aetate variis laboribus et officiis Ordinis etiam Guardianatu in Provincia Saxoniae perfunctus (*a*). Sepelitur in coemiterio infectorum.

29 obiit anno 1695 F. Didacus Petit, laicus laboriosus et aedificationis.

D. — (25). *Obierunt honesti coniuges Magister Anthonius Paradis et Anna Vilkin, hic xxix maii 1594, illa vero 21^a iunii 1601, quorum intuitu, eorum filia Helvidis Paradis contulit conventui eleemosinam xx florenorum brabanticorm.* [*]

Eodem die anno 1778 obiit P. Valentinus Luthiens[3], sac., praed., conf., Guard., Vic., mon. conf.

E. — (26). *Octavo kalen. iunii obiit et sepultus est in claustro nostro Franciscus Kalosetz, qui legavit conventui in testamento suo centum florenos leodienses 1548.* [*]

F. — (27). [f. 25r] *Obitus Fris. Theodorici de Maseik, layci et professi, huius conventus sartoris, anno Dni 1552,* [*] 27 maii. [med. s. XVIII^i.]

Anno Dni 1734 obiit 26 maii P. F. Petrus Lawarée[4], terminarius in Vivignis, exemplaris et pacificae conversationis.

G. — (28). *Obitus devoti Pris. F. Henrici de Breda[5], sac., pred. et conf., an. 1498,* [*] 28 maii. [med. saec. XVIII^i.]

Anno 1709 maii 28 pie obiit P. F. Theodorus Boux, sac., praed., conf., iub.,

---

(*a*) Sequentia verba ab alio scriptore exarata sunt.

---

[1] Obitum uxoris eius vid. Necrolog. f. 4v, 18. I. 1679. Filii eorum: PP. Marianus et Martinus; cfr. Necrolog.

[2] Admissus ad 1^m iurisdictionem an. 1746.

[3] In TC anni 1779, inter defunctos numeratus, habet etiam titulum: Instructoris. — Vicarius Visetensis 1764; Vic. et Instr. in Ciney 1766; Guard. Viseti 1769; dein confess. Poenitentium in Verviers 1770; et in Leodio 1773; vide TC. — Anno 1749 iam terminarius exsistit in conv. Leodiensi. Ms. 271 Acad. Leod.

[4] Sacerdos factus anno 1721.

[5] Sepultus extra septa conventus.

A. — (29). 28 maii anno 1658 obiit F. Ioannes Bracquenier, laicus devotus et exemplaris, primus è numero laicorum Regularis Observantiae, qui Recollectionis Reformationem suscepit [1].

29ª an. 1774 (*a*) obiit Domicella Maria Anna Dupont, et in ecclesia nostra sepulta est ante altare Virginis.

B. — (30). [f. 25v] 30ª maii anno 1772 obiit honestus adolescens Dnus Antonius Paschalis De (*b*) Lahaut [2], coelebs, et in sepulchro paterno sepultus est ante altare Virginis.

C. — (31).

D. — (?)

[IUNIUS].

[f. 26r] *Iunius habet dies xxx*ª *Luna xxix.*

E. — (1). *Obiit Confrater noster Nicolaus Piret, laycus 1588,* [*] iunii 1ª. [med. saec. XVIII^{i}.]

Eod. die an. 1724 obiit F. Laurentius Scaillet, laicus. [med. s. XVIII^{i}.]

Eodem die obiit Domicella Odilia Theresia Bertrand, uxor Dni Iosephi Bouhy, et sepulta est in ecclesia nostra ante altare Sti Iosephi, anno 1772.

F. — (2). *Obitus F. Ioannis de Ramey* [3]*, latomi, layci professi; anno Dni 1519,* [*] 2 iunii. [med. s. XVIII^{i}.]

Eod. die obiit honesta Domicella Margareta Delbrouk [4], quae vivens Ordini nostro semper addicta fuit, et moriens nobis 200 flor. brab. legavit, ut oretur pro ea. R. i. p.; an. 1700. [med. s. XVIII^{i}.]

Item an. 1726 obitus F. Henrici Fassotte, laici, in Ord. iub. [med. saec. XVIII^{i}.]

G. — (3).

A. — (4). [f. 26v] *Obitus probae matronae Bartholomeae Bietkin Dewirt* (*c*) *Traiectensis, quae in suo testamento reliquit xxvii florenos brabanticos,* [*] iunii 2ª. [med. s. XVIII^{i}.]

B. — (5). *Anno 1594 5ª iunii obiit Fr. Ioannes Linot, laycus diligentissimus.* [*]

Eodem die an. 1772 obiit Domicella Anna Sougnez, uxor Dni Fetu [5]; sepulta est in ecclesia ante altare S. Iosephi.

Obitus F. Reneri Dionisii, sacerd., pred. et conf., an. 1546, [*] iunii 5. [med. s. XVIII^{i}.]

C. — (6). *Obitus sororis Annae Dionisii,* [*] iunii 5. [med. s. XVIII^{i}.]

(*a*) Lectio ultimi numeri (4) dubia est. — (*b*) Duo praecedentia verba in margine exarata sunt ab eodem amanuensi. — (*c*) Lectio: *r* et *t*, ob correctiones, dubia est.

---

[1] Cfr. dicta de introductione Recollectionis, in Prooemio p. 310.

[2] Filius Dni Paschalis; vide Necrolog. f. 53v, 27. XI. 1738.

[3] De Ramey, videtur esse nomen non familiae sed originis. (Ramet prope Leodium).

[4] Ex sat notabili familia Leodiensi exorta, uti Agnes, eius consanguinea; de qua vid. Necrolog. f. 18v, 20. IV. 1682.

[5] Cfr. Necrolog. f. 18r, 17. IV. 1779. Hi parentes Patris Renati, sacerdotio initiati in Ordine anno 1753.

D. — (7). [f. 27r] Anno 1500 iunii 6 *obiit ac apud nos inhumatus est Magister Joannes Byliton*[1], *ecclesiae S. Lamberti Leodiensis Canonicus, qui nostri loci promotor, ac totius nostrae familiae fautor extitit precipuus,* [*] qui impetravit facultatem aedificandi hunc conventum an. 1481.

Anno Dni 1599 e vivis raptus est V^{dus} *admodum Pr., 7 iunii, Fr. Ioannes Roweroy*[2], *sacerd., pred. et conf., ac huius loci bis Guardianus, et Lector, ac huius urbis per 18 annos ecclesiastes facundissimus, postmodum factus Lector Namurcensis, hucque recuperandae sanitatis causa veniens, tandem ad aeternam patriam, morte mediante, pervenit, sepultusque iacet iuxta altare D. Virginis Lauretanae, pro cuius aedificatione multum sudaverat. Req. in pace.* [*]

Eodem die obiit Anna Lamotte; sepulta est in claustro, anno 1772.

Anno 1655 ipso Sanctissimae Trinitatis die[3] obitus V. P. Matthiae Carlier, sac., praed., conf., bonae ac pacificae conversationis relligiosi.

1758 8ª obiit F. Leonardus Goffart[4], laicus.

Circa festum Penthecostes[5] *obiit V. Dnus Nicolaus Petri, Pastor in Petit Han, qui conventui centum daleros legavit, ut huic libro inscriberetur;* [*] an. 1603 [ineunte s. XVIII°.]

E. — (8).

F. — (9). 9 iunii an. 1694 obiit P. F. Philippus Deshaies, sac., praed., conf., olim iuvenum Instructor. [med. s. XVIII^{i}.]

9ª iunii 1781 obiit A. V. P. F. Marcus Fagart[6], Lect. iub., mon. con.

G. — (10). [f. 27v]

A. — (11). *Barnabae Apostoli.*

Die undecima iunii obiit Fr. Nicolaus Juliardi, laycus et professus ac textor, anno Dni 1557. [*]

B. — (12). *Obitus probi devotique Pris. F. Lucae Ruset, qui quidem annis 12 huius conventus honorifice extitit portarius, anno 1544 12ª iunii.* [*]

Eodem die an. 1688 obiit P. F. Henricus Debor[7], sac., praed., conf., olim Vicarius, iuvenum Inst. et monialium conf. [med. s. XVIII^{i}.]

---

[1] Hocce eiusdem epitaphium in antiqua ecclesia FF. Recollect.: « Hic iacet venerabilis vir Dnus Iohannes Bileton de Bulione, decretorum doctor sanctaeque Sedis apostolicae prothonotarius et canonicus ecclesiae Leodiensis ac abbas... onensis, necnon generosi et illustris viri domini Iacobi comitis de Horn, ordinis fratrum minorum de observantia professi, et huius conventus primi fundatoris, coadiutor, qui obiit anno Domini XV^{c} mensis iunii die sexta »; cfr. I. de Theux de Montjardin, *Le Chapitre de S. Lambert à Liège*, t. II, p. 324 s. Bruxelles 1871; Foulon, *Historia Leodiensis*, t. II, p. 276. De ipso etiam in nostro Prooemio, supra, p. 309, iuxta Ms. 77 in APB.

[2] Rouveroy, Rouveroix. Guardianus Leodiensis electus in Capitulis Couvinensi 1588, et Audomarensi 1592. (Ms. 77 APB. fol. 11r); ac proinde abusive eum Guardianum appellat Ms. Chapeaville (v. *Leodium*, t. VII, p. 104), dum de novo iurisdictionem obtinet in dioecesi Leod. scil. anno 1598. — Lectoris officio functus est Namurci a Capit. 1595 usque ad tempus aestivum anni 1598; cfr. Ms. Doyen, p. II. De non obscura Leodiensi familia *de Rouveroy;* cfr. Bon L. de Crassier, *L'Epitaphier de l'abbaye de Vivegnis.*, ap. *Bullet. de la Soc. d'art et d'hist. du diocèse de Liége*, 1910.

[3] I. c. 8ª iunii. [4] Ms. 271 Acad. Leodien. f. 29v. « Status Prov. Fland. anno 1749 » eum dicit infirmum in eodem conv. Leod. [5] Hocce anno festum Pentec. incidit 18ª maii.

[6] Sacerdotio initiatus circa ann. 1754. Per totam vitam in Ordine Lectorem egit tum philos. tum theol. scholast. Ab anno vero 1766 usque ad obitum a confessionibus erat Leodii successive Sororibus S. Clarae, Conceptionistis et Poenitentibus; cfr. TC et Ms. Doyen, p. II.

[7] Anno 1676 in conv. Nivellensi fungebatur officiis Vic. et Instructoris.

Eodem die anno Dni 1557 obiit Fr. Amelius[1], *familiaris et calcifex.* [*]

Eodem die anno 1765 obiit F. Caspar Magotteau, laicus.

Eod. die anno 1779 F. Ioannes Lacroix[2], laicus, iubiliarius.

C. — (13). [f. 28r] *Anthonii Conf.*

Idibus iunii obiit Fr. Ioannes Pirardi, sacerd., pred. et conf. [*]

13a iunii 1777 inhumatus est in navi ecclesiae Dns... Dethier[3], huius parochiae.

D. — (14). In festo SS. Trinitatis, quo etiam aliquando primitias celebrarat, anno 1642 iunii 15, pie obdormivit in Dno in conventu Leod. Rdus adm. P. F. Nicolaus a Poculo[4] post expletum laudabiliter in suo Provincialatus ministerio annum cum dimidio, qui(*a*) etiam ante Provincialatum Custos ac Provinciae Coloniensis Visitator fuerat, nec non Athensis, Barbansonensis ac tandem Leodiensis Guardianus, ad omnia plurimum industrius; sepelitur in choro ante altare maius.

Eadem die anno 1645 obiit honestus civis Ioannes Vignette, braxator, qui legavit conventui summam ducentorum florenorum brabanticorum, [eiusdem aetatis.] et vivente uxore Catharina de Herstal, mortua 7a aug. an. 1643, illustravit altare B. V. Hallensis ornamento pretiosissimo opere excellenti elaborato. [circa 1730.]

E. — (15). *Anno Dni 1556 iunii 15 obitus Fris. Guillielmi Bare, layci et professi.* [*]

Eodem die 1725 obitus R. A. P. Engelberti Stenbier[5], olim S. Theol. Lectoris, Guard., Diffinitoris, iterato Provincialis, Provinciae Patris perpetui; vir fuit ad magna natus, ad ardua industrius, in adversis fortissimus, regularis disciplinae tenacissimus, huius ecclesiae a fundamentis cum maiori parte conventus restaurator indefessus. R. I. P.

(*a*) Supra lineam additum hocce verbulum.

---

[1] Frater scilicet Tertii Ordinis, qui tanquam de familia conventui inserviebat.

[2] Oriundus Leodii sicut et Fr. Franciscus Lacroix, frater eius sanguine et religione. Franciscanum induit habitum in conv. Couvinensi, 30. VII. 1691, natus annos 22. — Anno 1749 officium implet infirmarii apud nostrates Leod. — Cfr. Ms. Lesoin; RAD p. 712, et Ms. 271 Acad. Leod. f. 29r. [3] Appositus est in sepulchro fratrum suorum Andreae (9. V. 1779, f. 22r) et Stephani (19. XI. 1776, f. 52v).

[4] Natus Leodii, 31. V. 1595; qua vero prosapia, ob latinizatum nomen, investigare impossibile fuit nobis. Iuvenis annorum 18 Ordinem ingressus, in sacerdotem consecratur quatuor temporibus aestivalibus anni 1619 (primitias celebrat 26. V; cf. adnotationes autobiographicas ap. Ms. 77, APB f. 1r). Leodiensi conventui praefuit an. 1634-1640; a Capitulo attamen anni 1637, usque ad 1640, videtur cumulasse officia Custodis Custodum et Guardianatus; Min. Plis. salutatur in Comitiis Nivellensibus, 16. IX. 1640. Per brevissimum eius Provincialatum negotiavit rem implicatissimam de fundatione conv. Huetensi (cfr. I. Freson, o. c., p. 36) et de reformatione Sororum Grisearum conventus Namurcensis. — Auctor esse videtur alicuius libelli: *De Angelo Custode*; cfr. Ms. Doyen. APB. p. I.

[5] Patria Leodius, scil. ex Verviers, uti remur. Primum Min. Provincialis electus in Cap. Leodiensi 1692; secundo Florinii an. 1710, « Patrum Leodiensium applausu », intelligas: dissentientibus Patribus regalibus; tunc temporis vero iterum secrete negotiabatur de Custodia Leodiensi erigenda; cfr. Ms. Le Soin. Series... RAD. p. 101 et 103. — Obdormivit anno aetatis 77, profess. 59, sacerd. 53, post 10 annorum paralysim patienter toleratam. Ms. Doyen. APB. p. I.

Anno Dni 1592 16 iunii obiit nobilis Dns Bartholomeus Snaeckert, Thesaurarius Principis Leodiensis Ernesti a Bavaria, qui in morte dedit quinquaginta caroleos. [*]

Eodem die anno 1776 obiit honorabilis Dns N. Delhez, medicus expertissimus, qui per 54 annos summa charitate et vigilantia Fratribus infirmis servivit.

F. — (16). [f. 28v]

G. — (17). 13 (*a*) *Obitus Fris. Gratiani Fabri*[1], *pred. et conf., anno 1544,* [*] iunii 13. [med. s. XVIIIi.]

Eadem die 1666 Pr. Fr. Heronimus Joncau[2], praed., conf.

Item hac die an. 1683 obiit P. F. Hubertus Waltheri, quondam Vicarius.

D. — (?)

A. — (18).

B. — (19). [f. 29r] *Obiit Namurci devota matrona Katharina Mockiau, quae huic conventui elargita est satis pretiosum calicem, ut particeps efficiatur missarum in eo celebrandarum, anno 1520,* [*] iunii 14. [med. s. XVIIIi.]

Iunii 18 (*b*) Anno Dni 1740 defunctus est P. F. Iacobus Kesar[3], sac., praed., conf.

C. — (20). *Anno 1549 iunii 20 obiit vulneratus Stephanus Winx, ecclesiae de Hora Teutonica*[4] *apud Tongrim parochianus, ex parte cuius dati sunt conventui 15 caroli.* [*]

27ª iunii an. 1726 obiit F. Ioannes Banban, laicus, conv. Cinac. alumnus[5]. [med. s. XVIIIi.]

Eod. die an. 1745 obiit F. Robertus Wilhem, laicus.

Anno Domini 1727 21ª iunii obiit V. P. Dominicus Sarolea[6], alias Vicarius, Guardianus, et S. Theologiae Lector actualis, et primus in Capitulo sepultus.

Anno 1688 20 iunii obiit Domicella Maria Brasseur[7], relicta D. Leonardi Dardenne, quae pluribus annis in matrimonio cum coniuge suo, et in viduitate per 40 annos et ultra, Provinciae et specialiter huius conventus extitit syndica fidelissima et benefactrix, digna proinde etc. R. i. p. [med. s. XVIIIi.]

D. — (21). *Obitus Fris. Eustachii*[8], *layci et latomi, anno 1554,* [*] iunii 17. [med. s. XVIIIi.]

Obiit in servitio Fratrum Fr. Reynaldus familiaris, [*] iunii 17. [med. s. XVIIIi.]

E. — (22). [f. 29v] *Anno Dni 1595 22ª iunii obiit Rdus generosusque Dns Win-*

(*a*) In margine additum ineunte s. XVIIIo. — (*b*) Haec eadem manus adiecit in margine.

[1] Avunculus, uti videtur, celebris Godefridi Fabry, O. F. M., qui theologiam docuit in Academia Ingolstadtiensi ab anno 1581; cf. Ed. Maréchal, *Hist. de Hodeige,* Liége 1907, p. 88 et 89 et *Leodium,* t. II, p. 1 et 119.

[2] Oriundus ex Horion. Ex relatione Guardiani conventus Luxemburgensis ad Congregat. intermed. novimus, eum ibidem ministerium praedicationis et confessionis exercuisse circa annum 1647; cfr. RAD. p. 264. [3] Vervietensis origine, ad primam iurisdictionem admissus an. 1722, sanguine et religione frater Patris Caesaris Kesar. [4] Heure-le-Tiesche.

[5] Leodium advenit ratione operis praestandi in construendo fabricam.

[6] Consanguineus Patris Adolphi Sarolea, cuius obitus videri est f. 33v et f. 34r. — In Capit. an. 1722 Guardianus Floriniensis electus est. TC. [7] Quatuor filios Domino consecravit in Ordine Seraphico, scil. FF. Philippum, Nicolaum, Leonardum et Bernardinum Dardenne. Honestissimus eius sponsus mortem obiit 27. VIII. 1659; cfr. fol. 39v.

[8] Idem ac Fr. Eustach. de Haccourt, cuius obitus dici 1. IX. 1536 affixus legitur fol. 40v.

andus Wingaert[1]*, Prepositus Leodiensis, omnibus patriae Ordinibus gratissimus et nostro conventui addictissimus, cuius ex testamento floreni brabantici 50 accesserunt nobis.* [*]

Eadem die an. 1676 defuncta est, et in claustro nostro sepulta, honesta filia Barbara Jacquet, quae in morte nobis largita est bonam eleemosynam, et ecclesiam nostram imagine Divae Barbarae decoravit.

Item an. 1716 apoplexia tactus defungitur P. F. Nicolaus Benoit, sac., praed., conf. [med. s. XVIII^{i}.]

Eod. die 1777 inhumatus est D. Robertus Molle.

F. — (23). 23 an. 1777 inhumatus est D. Guillelmus Iosephus Palate.

G. — (24). *Nativitas Ioannis Baptiste.*

24^{a} iunii an. 1753 obiit P. F. Cyrillus Bourgois[2], stat. emeritus.

A. — (25). [f. 30r] *Vigesima quinta mensis iunii obiit R^{dus} Pr. Fr. Symon Sapiens*[3]*, qui nostram Provinciam Flandriam tribus annis completis gubernavit; anno 1557.* [*]

Eadem die 1670 obiit V. P. F. Damianus Le Hanne, iubilarius, pius et pacificus.

B. — (26).

C. — (27). Anno Dni 1727 obiit 26 iunii P. F. Paulus Grandchamps[4], olim Vicarius.

Eod. die an. 1689 obiit V. P. F. Ludovicus L'Hoest[5], olim Guard., Vicar., Provinciae Secret., iuv. Inst. et mon. conf. [med. s. XVIII^{i}.]

Item an. 1746 obiit F. Iulianus Wilmart, laicus.

D. — (28). [f. 30v] Iunii 27 an. 1685 obiit F. Simon Houze, laicus. [med. s. XVIII^{i}.]

Eod. die an. 1689 F. Walterus Henry, laicus. [med. s. XVIII^{i}.]

Eodem die an. 1769 obiit V. P. Ignatius Grandjean[6], monialium confessarius actualis, olim Guardianus.

Anno Dni 1739 28 iunii obitus P. F. Stephani Baquet, sac., praed., conf., conventus Bollandiensis alumni.

Eodem die anno 1765 obiit V. A. P. Bruno Stassart[7], olim Instructor, Vicarius, monialium conf., Provinciae Secretarius, pluries Guard. et Provinciae Definitor, vir vere pacificus, devotus et sui status zelosus.

---

[1] Cfr. Cam. de Borman, *Les Echevins de la souveraine justice de Liége,* Liége 1899.

[2] Sacerdotio initiatus anno 1726 vel 1727. In Capit. 1749 declaratur stationarius emeritus, cum privilegiis eorum qui per 15 annos in praecipuis cathedris concionaverunt. (Cf. Ms. Acta Capit. Prov. Fland. in APB f. 26v). — Pluribus annis inhabitabat conv. Leodiensem.

[3] Natione Burgundus, professione Brugensis, Guard. Leodiensis electus in Cap. S. Audomari 1530. (Ms. 77); et totius Provinciae Flandriae, noviter erectae, Min. Provlis. in Cap. Gandavensi 1544. Concionator eximius et Cardinalis Erardi de Marcha confessarius ordinarius. — Caput eius in memoriam singularis pietatis publico conspectui trans vitrum ad latus Capituli Leod. exponebatur. (Ms. Doyen, p. I, 3).

[4] Leodiensis, filius Domicellae Idae Georlet, cuius obitum vid. fol. 36v.

[5] Frater Domini Waltheri, de quo cfr. fol. 18r. — Guard. Huetensis eligitur 1670; Secretarius Provinciae in Capit. subsequenti. Cfr. I. Freson, op. cit., p. 153.

[6] Natus in Verviers; frater, uti videtur, Patris Damiani, stationarii Leodiensis anno 1749 (cfr. Ms. 271 acad. Leod. f. 26r.) Guard. ad Sambram electus anno 1766 TC.

[7] Oriundus ex Leodio; Guard. ad Sambram, 1733; Secret. Provinciae in Congreg. intermedia 1736. Cfr. Kaisin, op. c. I, p. 86. — E vita discessit in Ordine iubilarius; cfr. TC.

E. — (29). *Petri et Pauli Apostolorum.*

Anno Dni 1733 iunii 29ª obiit Rdus Dnus Melchior de Voroux, praesbyter beneficiarius, pro cuius animae refrigerio missam annuatim cantandam accepimus circa festum SS. Apostolorum Petri et Pauli cum exoneratione decem missarum privatarum conformiter ad Statuta Generalia et cum eleemosina competente; sepultus iacet in navi ecclesiae.

29 (*a*) iunii (*b*) an. 1764 obiit F. Ioannes Fallay, laicus, iubilarius.

F. — (30). *Obitus F. Ioannis Gaudi, sacerd. et pred., anno Dni 1554.* [*]

Ultima iunii obiit Fr. Franciscus Dancel[1]*, sacerd., pred. et conf. 1569.* [*]

[IULIUS].

Iulius (*c*) *habet dies xxxi Luna xxx*ª.

G. — (1) [f. 51r] 1ª iulii 1669 obiit dilectus nobis in Christo Pr. Fr. Innocentius Renard, pred., conf.

A. — (2). *Diem clausit extremum 2ª iulii anno 1579 honorandus Dns Bernardinus Porquin*[2]*, huic conventui tum in morte benefactor largissimus.* [*]

Visitatio D. Virginis.

Obiit notabilis vir Thomas Peron, scabinus civitatis Leodiensis, qui precipuus extitit benefactor ac fundator huius conventus; an. 1501, [*] 2ª iulii. [ineuntis s. XVIIIi.]

B. — (3). Anno 1622º 4ª iuliii obiit Fr. Ioachimus Briet[3], sacerdos.

C. — (4). [f. 51v] Anno 1651 4ª iulii Viseti obiit P. F. Philippus Brouket, sac., praed. et conf., ex conventu Synacensi; sepultus est in claustro nostro[4].

Anno 1727 iulii 5ª obiit V. P. Henricus Raick, sac., praed., conf., in Ordine iubilarius.

Eod. die an. 1693 obiit F. Benedictus Bacarack[5], laicus. [med. saec. XVIIIi.]

Eodem die 1728 obiit V. P. Bernardinus Vivegnis, sac., praed., conf., in Ordine iubilarius.

D. — (5). *Anno 1605 raptus est e vivis Namurci Vdus Pr. Fr. Thomas Romzee, Leodii professus, qui iam aliquoties Lectoris officio functus fuerat, quod dum exequeretur, in florenti aetate febri violenta e vivis raptus est. Req. in pace.* [*]

5ª iulii 1758 decedit R. A. P. F. Iacobus Zolet[6], sac., Theol. Lect. iub., alias Guard., Custos, et tertio Ministri Provincialis officio laudabilissime functus. Zelo decoris

(*a*) In margine positum. — (*b*) Sic correctum ex voce inlegibili. — (*c*) Praecedit sigla *KL* (= *Kalendae*).

[1] Vid. obitum fratris eius, P. Petri, f. 15r.

[2] Prosapia Leodiensis Porquin; cfr. Ms. Le Fort, apud *Bull. Inst. arch. Liégeois*, t. III.

[3] Obitum parentis eius, Leodiensis, vid. f. 50v.

[4] Apposito primo lapide conventus Visetensis in fine praecedentis anni 1650, coemeterium nondum erat ibidem benedictum.

[5] Consanguineus Rev. Patris Thomae Bacharack, de quo supra f. 3r.

[6] Patria Leodius. Ordinis habitum induit 1699, annos natus 17; sacerdos consecratur 1707. Post Lectoratum theol. scholast. praeficitur conventui Leod. in Cap. Namurcensi 1728. Min. Provincialis eligitur in Capitulis 1734, 43, et 52. Obiit aetatis anno 75; cfr. Ms. Doyen, p. I. et Fulg. Thyrion, O. F. M., *Hist. des Religieuses Conceptionistes*, p. 115 n.

Domus Dei incensus, ei summum altare erexit (*a*), chorum adornavit et sacristiam instruxit; magnum sui apud omnes reliquit desiderium propter innatum animi candorem, singularem eruditionem, vere pacificam indolem et maxime in reconciliando cuiuscumque generis poenitentibus charitativam assiduitatem. R. I. P.

7ª iulii an. 1705 placide, uti vixit, obdormivit in Dno R. A. P. F. Iosephus Dechos [1], sac., Theol. Lect. iub., olim Guard., Custos Custodum, et actualis Minister Provincialis, vir a profunda humilitate, suavi et affabili conversatione, rerum agendarum peritia, moralis ac scholasticae Theologiae difficultatum penetratione et resolutione, omnibus in amore et veneratione. R. I. P. [med. s. XVIII[i].]

E. — (6). Anno Dni 1725 iulii 7 obitus F. Ioannis Rouseau, laici.

Eodem die 1730 obiit F. Sebastianus Decurenge, laicus [2].

F. — (7). [f. 32r] Eodem die 1731 obiit honesta benefactrix Domicella Anna Le Maire, vidua honorabilis Dni Lamberti D'Esseneux, quae ultra communes frequentes eleemosinas in morte legavit 100 florenos brabanticos, ut huic libro precibus nostris commendanda inscriberetur.

Eodem die 1730 obiit dilectus nobis in Christo F. Sebastianus De Curange, laicus.

Inhumatus est in ecclesia prope suggestum D. Michael Iosephus Lecomte, coelebs, ex Soumagne, 8 iulii 1777.

Eodem die et anno (*b*) obiit R. A. P. Remaclus Drolenvaux [3], sac., Theol. Lector iub., Ex-Provincialis, olim Guard., Nationis Germano-Belgicae Secretarius, Vicarius Provincialis et tandem Minister, a pacifico regimine, prudentia, doctrina multum commendandus.

Obitus Fratris Francici Waernier, alias Huystin, anno Dni 1531. [*]

G. — (8). *Obitus Fratris Laurentii Vineola, sacerd., pred. et conf., anno 1548.* [*]

Anno Dni 1627 9 iulii in infirmaria huius conventus consecratio altaris, quod soli Deo dicatum, consecratum est in honorem D. V. M., et SS. Iosephi, Iacobi Apostoli, atque Rochi, in cuius annua commemoratione indulgentia quotannis de beneplacito R. D. Episcopi suffraganei Leodiensis visitantibus concessa est.

(*a*) Correctio est vocis illitae: « exhausit », uti videtur. — (*b*) Duo haec verbula supra lineam ab eodem amanuensi addita sunt.

[1] Oriundus ex agro Durbutensi. Post Lectoratum 15 annorum assumitur ad officia Guard. Diffin. et Custodis. Capit. Nivellense 1701 eum Provinciae praeponit; in quo officio iterum conventus visitando, ex improviso moritur Bastoniae; cfr. Ms. Doyen, p. II.

[2] Repetitur Necorologia eiusdem sub die sequenti. — De ipso refert Ms. Doyen, p. II, quod ante ingressum in Ordinem Principum Barbansonensium et Leodiensium culinae erat oeconomus.

[3] Vervianus patria: Sacerdos ordinatus anno 1734, a Cap. 1737 et sequentibus Lector philos. et theol. nominatur; morte improvise abrepto Min. Prov. Lamberto Colette, ipse complet triennium, titulo Vicarii Provincialis. Quo durante officio, severe indixit Lectoribus mandatum de probabilismo non docendo, qua in re conformem se exhibuit severis contra probabilismum datis dispositionibus a Cap. Gen. Ordinis Mantuae a. 1762 habito, et in litteris encyclicis P. Paschalis a Varisio, Min. Gen., Romae 3 martii 1763, iterum inculcatis; cf. *Chronologia historico-legalis seraph. Ordinis,* IV, Romae 1795, pp. 450; 470; 497-98; cf. etiam P. Karl Balthasar, O. F. M., *Zur Geschichte des Probabilismus,* ap. *Beiträge zur Geschichte der sächsischen Franziskanerprovinz,* III, 1910, Düsseldorf [1911], 114-15. — In Capit. Leodiensi, 1770, salutatur Min. Provincialis. TC. De misere collapsa disciplina regulari eo tempore cf. Ms. Acta Cap. Prov. Flandr. f. 84.

Anno Dominicę Incarnationis 1658 iulii 9 obiit honorabilis civis Petrus Gajeur, huius conventus specialis amicus et benefactor. Req. in pace.

A. — (9). *Obitus probi generosique viri Anthonii de Brabantia*[1], *apud nos inhumati, qui singularis benefactor huius conventus extitit et amicus, ex parte cuius tam in vita quam in morte plures eleemosinae pecuniariae nobis accesserunt, 1551.* [*]

B. — (10). [f. 32v] *Anno 1600 iulii 10 diem clausit extremum, et in ecclesia nostra sepulta est ante altare Virginis Lauretanae, honesta civis et nostro Ordini multum addicta Margareta Motet, uxor quondam Nicolai Pleneraux, sepulti in ecclesia S. Martini, quae legavit conventui centum florenos brabanticos.* [*]

C. — (11). Anno Dni 1715 (*a*) iulii 11[a] obiit D. Ioannes Simonis, qui in morte sua legavit nobis centum florenos brabanticos pro pavimento ecclesiae nostrae, quibus et 100 addidit vidua eius dom. Natalis, ut uterque precibus FF. commendaretur. [med. saec. XVIII[i].]

D. — (12). Obiit in conventu Leodiensi, e conventu Barbensionensi proficiscens Spadam recuperandae sanitatis causa, P. Nicolaus Meurisse, sacerd. et confess.; anno Dni 1626, [coaev. aetat.] iulii 12. [med. s. XVIII[i].]

E. — (13). [f. 33r] *Obiit ac inhumata est apud nos in habitu Ordinis proba devotaque Iordana Lupi, quondam Petri braxatoris Viridi Equo benefactoris nostri precipui uxor, anno 1511.* [*]

Mensis iulii die 30 obiit Fr. Hermannus Andreae, laycus et professus, huius conventus infirmarius, anno Dni 1557. [*]

F. — (14). *Anno Dni 1544* (*b*) *14 iulii obiit Namurci, ibique sepultus est, R*[dus] *P. F. Iohannes de Haya*[2], *qui tanta excelluit vitae sanctimonia et doctrina ac rebus arduis componendis prudentia, ut tertio electus sit ad Ministerii Provincialis functionem.* [*]

Anno Dni 1711 24 iulii raptus est R. Dnus Martinus Antonius Chierfoumont, Canonicus Tongrensis, frater V. P. Theodori Chierfoumont, qui legavit centum florenos brabanticos pro necessitatibus huius conventus et aedificatione novae ecclesiae.

G. — (15). *Anno 1579 15 iulii obiit Fr. Benedictus Textoris, sacerdos.* [*]

A. — (16). [f. 33v] *Anno 1554 16 iulii obitus Fratris Iacobi Juliardi, portarii, sacer. et conf.* [*]

Anno Dni 1584 17 iulii obiit honorabilis Dns Iacobus, alias Jacquemin (D'Aulne ou d' One Herviensis) (*c*) *benefactor precipuus, qui ut huic libro inscriberetur cum coniuge (sua Maria)* (*d*) *Hauseur, quae obiit penultima decembris anno 1594, obtulerunt 150 florenos brabanticos,* [*] (sepultaque est coram altari B. Virginis) (*e*).

(*a*) Hucusque scriptum circa 1720. — (*b*) Annus supra lineam adiectus. — (*c*) Exeunte saec. XVII° addita; sequitur *D'Heur*, sed linea obductum. — (*d*) Additum exeunte saec. XVII; repetitur *sua*, sed deletum est. — (*e*) Postea additum.

---

[1] Cfr. obitum parentis eius, Domini Ioannis, f. 36v. — De hac sat illustri familia Leodiensi, vid. B[on] L. de Crassier, op. cit. [2] Natione Belga; florido iuventutis tempore tam rhetorices quam poetices peritia excellens, utramque Parisiis publice professus est. Deinde Ordini S. Francisci initiatus, ob sanctimoniam vitae ex Guard. Gandavensi primum Min. Provincialis Flandriae eligitur a Cap. *Athensi* (non *Hulstensi*, uti habet Ms. Nivellense APB) 1528. Iterum et tertio Provinciae praeponitur ann. 1533 et 1542. Obiit in residentia sua Namurcensi. Iuxta Ms. Doyen, p. 1. « elucidavit regulas S. Francisci et Annuntiatarum ». Desideratur apud BF.

Anno Dni 1579 vita functus est V. P. Fr. Nicolaus ab Arce Herstaliensi, sac., pred. et conf., terminarius fidelissimus ac communis utilitatis studiosissimus. [*]

B. — (17). Anno Domini 1658 17 iulii obiit Dnus Balduinus Ursinus, huius conventus benefactor singularis, in cuius morte uxor eius charissima dedit huic conventui centum et 40 florenos brabanticos. Requiescat in pace.

17 iulii anno 1711 obiit consultissimus Dominus De Hadin [1], iuris civilis licentiatus, qui in morte sua legavit ducentos florenos brabanticos, ut huic libro inscriberetur.

C. — (18). *Obiit dilectus Frater noster F. Franciscus Aegidii, laycus, anno 1585 14 iulii.* [*]

18. iulii anno 1686 obiit V. P. Iustinus Bormans, olim Vic. et Guard. [med. saec. XVIIIi.]

22 iulii anno 1752 obiit V. P. Adolphus Sarolea, sac., praed., conf., in Ordine iubilarius [2].

D. — (19). [f. 54r] *Anno 1585* (*a*) *15 kalend. augusti obiit Rdus P. Fr. Iacobus Mercatoris* [3], *qui ob singularem in rebus agendis industriam dexteritatem cum religiosa vita coniunctam Covinensem, Sambrensem, Leodiensem Guardianatum gessit, deinde in summa temporum diversitate totius Provinciae Flandriae prefecturam administravit. Tandem magno Fratrum merore hic vita excessit iterum Guardianus.* [*]

E. — (20). *Obitus probi viri Iohannis Theodorici una cum uxore sua Margareta Grace, qui dum viverent multas Fratribus erogarunt eleemosinas; anno 1581.* [*]

Obiit Vdus P. F. Vinantius de Ostendis [4], primus fundator, Guardianus huius loci, electus postea Vicarius Provincialis Franciae, in quo officio decessit, cum etiam fuisset Commissarius familiae nostrae Observantiae Anglicanae, sepultus est Parisiis apud Clarissas, [*] 1492 (*b*).

F. — (21). *Obitus probae Dnae Mariae de Sougney, quae plurimas contulit eleemosinas, ut cum suis amicis Fratrum orationibus commendaretur; anno 1546 iulii 21a.* [*]

(*a*) Lectio numeri: 5, dubia ob correctionem. — (*b*) A posteriori amanuensi additum.

---

[1] De Hadin, familia non obscura Leodiensis civitatis, cfr. *Bull. Inst. arch. Liégeois*, t. XXI, p. 178, et Loyens, p. 412.

[2] Altera vice memoratur hic obitus in verso fol. sequentis.

[3] Couvinensis patria; patruus illustrissimi ac Reverendissimi P. Petri Marchand; ipse Guardianus Leod. 1572, 1581, et 1584; (Ms. 77. fol. 11r); Min. Provincialis electus in Cap. 1576. — Frequentissimas conciones habebat in Cathedrali Leodiensi. Legationem Provinciae suae ad Capit. Generale Ordinis sibi concreditam alteri reliquit. (Ms. Doyen, p. 1).

[4] Haec de meritissimo viro Ms. 166 Musaei Namurc. fol. 195v-200v.: Tanquam Definitor partis Belgicae interfuit Congregationibus Vicariae Franciae, Boloniae ann. 1485, Metis ann. 1487, et Sagie 1490. In Congreg. vero Dunkerckiensi (1492, dom. 2a p. Pascha) designatur Discretus Discretorum pro futura Congreg. Ultramont. ap. Florenzac 1493. (item Ms. 144 Mus. Nam.). Redux, in Congreg. Banovi, eligitur Vicarius Provincialis Observantinorum. — Errat proinde circa annum obitus eius et Necrologium nostrum et Ms. Doyen. p. 1. — Vid. etiam Mss. Acta diurna... Brugensis ad 21. VII. et Mss. 77 APB.

Anno Dni 1579 obiit honesta Dna Aleydis Barbedor, uxor quondam Huberti Malaise[1], *quae extitit huius conventus benefactrix sedula.* [*]

G. — (22). *Magdalene.*

[f. 34v] *Anno Dni 1565 obiit zelosus Pr. Fr. Ioannes Karoli, sacer., pred. et conf., qui multos in terminis subiit labores diversis in locis.* [*]

Eodem die 1638 obitus F. Cornelii Nicolai, laici.

Item an. 1752 V. P. Adolphus Sarolea, sac., praed., conf. in Ordine iubil.

Obiit dilectus Fr. noster Nicolaus de Nivella[2], *sacerd. et conf., subitanea quasi morte in via eundo Nivellam, qui dum viveret, scripsit unum graduale pro conventu in maiori volumine et unum antiphonarium in duobus; anno Dni 1506.* [*]

A.(*a*) — (23). 23 iulii an. 1714 obiit Dom. Catharina Ioanna Vanbuel, vidua D. Stephani Uten, quae conventui legavit 50 imperiales, etc. [med. saec. XVIII[i].]

Anno D. 1739 iulii 23 obiit F. Thomas Jacquemin, laicus.

B. — (24).

C. — (25). *Iacobi Apostoli.*

Obitus Venerabilis P. F. Michaelis Theodorici, sac., praed. et conf., qui multos in Ordine passus labores de conventu Covinensi huc veniens diem egit extremum; an. 1551. [**]

An. 1599 in conventu nostro Leodiensi peste correptus obiit dilectus nobis in Christo Pr. Fr. Michael Mechliniensis[3], *sacerd., praed. et confess., natione Flander, qui in termino apud Tongros multos subiit labores.* [**]

D. — (26). Anno Dni 1623 iulii 26 obiit Frater Paulus Hubotte, laicus, [coaev. aetat.] in caemiterio pestiferorum sepultus. [exeunte saec. XVII°.]

Anno Dni 1660 eodem die obiit dilectus nobis in Christo Frater F. Franciscus Goudart, sacerdos.

27[a] iulii obiit, et in claustris prope portam sepulta est, soror Maria Iosepha Mencion, substituta[4] nostra fidelissima, anno 1772.

27 iulii 1781 obiit F. Nicolaus Bouxhmont[5], laicus.

E. — (27). *Anno Dni 1579 28 iulii obiit F. Petrus Rasengen, laicus.* [**]

F. — (28). [f. 35v] Anno Domini 1646 iulii 28 diem clausit extremum Venerandus P. F. Guillelmus Paludanus, sacerdos, praed. et confess., in concionibus assiduus, in conversatione pacificus, in hoc conventu Leodiensi quondam Vicarius et iuvenum Instructor, necnon in Ordine iubilarius; sepultus est prope altare capituli a cornu Epistolae.

(*a*) Haec litt. dom. minio exarata est ab amanuensi 2°, qui scribam agere incipit folio sequenti; cfr. Prooemium, supra, p. 311.

[1] Eius parentes vid. supra: Gerard. et Henric. fol. 6r, et 14r.

[2] Obituarium conv. Gandavensis publicatum apud *Commission royale d'hist.*, 4 serie, vol. 1, p. 151-180 commemorat ad diem 21 febr.: *Guido de Nivella, filius quondam Domini Guillelmi de Nivella, iacet in choro.* — In Museo Nivellensi servatur antiphonarium, opus cuiusdam Fratris Min. optimae quidem artis et magni valoris.

[3] Leodii advena admittitur a Curia episcopali ad praedicandum et confessiones audiendum, anno 1596; v. *Leodium,* t. VII, p. 104. — Cfr. etiam *Obit. conv. Antverpiensis* ap. *Antiq. Franciscanae Belgicae,* III, Hoogstratae 1906, 77, (edid. Steph. Schoutens, O. F. M.) ad 29. X. 1594: Henricus van Mechelen.

[4] Idest Syndica subrogata.

[5] Iam ab anno 1749 sartorem egit in conv. Leod.; cfr. Ms. 77 APB. fol. 27r.

Eodem die anno 1771 obiit P. Carolus Bourdon, sac., praed., conf., alias novitiorum Instructor.

G. — (29). *Anno 1596 obiit F. Gerardus Gerardini, sacer. et confess.* [**]

29 iulii an. 1692 obiit F. Simplicianus Bastin, laicus iub. [med. saec. XVIII°.]

A. — (30). Anno Dni 1617 penultima iulii obiit Frater Guilhelmus Horion, laicus. [***]

Eod. die an. 1715 e vivis sublata est Dom. Catharina Letrenge, vidua D. Guillelmi Bleret, quae cum filiabus suis [1] valde nobis addicta, praeter varias coriorum eleemosinas 640 florenos brabanticos contulit pro constructione ecclesiae nostrae. R. i. p. [med. saec. XVIII°.]

B. — (31). Anno Dni 1636 ultima iulii peste sublati sunt V. P. Franciscus Oranus [2], olim Guard. Bastoniensis, ex conventu Namurcensi missus sanitatis recuperandae gratia, et F. Theodorus Waultier, laicus.

An. Dni 1571 ultima iulii obiit F. Philippus Clerici, laicus iubilarius, qui annis quatuor et quinquaginta in Ordine laudabiliter vixit. [**]

31 iulii an. 1728 obiit V. P. F. Mathias Nizet [3], sac., praed., conf., Ordinis iub., olim mon. conf. [med. saec. XVIII[i].]

[f. 36r] *Ex hac vita migravit in conventu nostro S. Francisci super Sambram Venerandus P. F. Petrus Dinant [4], sacerdos, confessor et praedicator famosus, huius loci et Luxemburgensis olim Guardianus; an. Dni 1578 ultima iulii.* [**]

[AUGUSTUS].

Augustus (*a*) *habet dies xxxi Luna xxx.*

C. — (1). *Petri ad vincula.*

An. Dni 1570 vivis excessit sanctae memoriae R[dus] et illustris D. Dns Wilhelmus a Pictavia [5], vir, qui ob summam eum magna pietate et eruditione coniunctam eloquentiam orator ad Synodum Tridentinam a Carolo Quinto Caesare destinatus, onus impositum maxima cum laude sustinuit. Praepositurae quoque insignis ecclesiae Leodiensis, quam susceperat, Provinciam ita administravit, ut huic amplissimae civitati desiderium sui (Gratianopoli in Burgundia, quo ad gravissima negocia componenda profectus erat, moriens) reliquerit; maxime vero huic nostro conventui, in quem dum viveret largissimus fuit. [**]

(*a*) Praecedit sigla *KL.*

[1] Inter quas Maria, de qua fol. 49r. ad 28. X. 1730.

[2] In Cap. Gandavensi 1625, primus eligitur Guardianus Bastoniensis. Ms. Doyen, p. 11.

[3] Vervietensis origine. Nonnullos ex parentibus eius habes apud I. S. Renier, op. cit. pp. 89 et 91.

[4] Guard. Leod. 1568. (Ms. 77 ABP) cfr. *Nécrologe du Couvent de S. François*, edid. A. Van Bastelaer, (*Anal. hist. eccl. de Belg.*, t. X) ad *30*[m] VII.

[5] Baro dominii de la Ferté, canonicus nobilis Leodiensis recipitur 1535. Anno vero 1560 renuit accipere episcopatum Audomarensem a Philippo II sibi oblatum. In Domino obiit Gratianopoli cum fama sanctitatis. Chapeaville, t. III, p. 366, 453 et s.; cfr. I. Daris, *Hist. du diocèse et de la Principauté de Liège pendant le XVI s.*, Liège 1884, p. 240-1.

Obiit in habitu Ordinis Elyzabeth de Blisia, quae reliquit unam bonam eleemosinam pro necessitatibus conventus 1524. [**]

D. — (2). *Secunda augusti obiit nobis in Christo dilectus V. P. F. Ioannes Massaeus* [1], *sacerd., praedicat. et conf., qui linguae facundia, latinis maxime perorandis orationibus adeo excelluit, ut multos ecclesiastici nominis* (*a*) *viros auditores habere meruerit.* [**]

Eodem die anno 1710 obiit P. Petrus Henuzet [2], *sac., praed., conf.* (*b*).

[f. 36v] *Secunda aug. obiit Ioannes de Brabantia, civitatis Leodiensis Commissarius, qui plurima dona quotannis, in morte denique triginta karolinos conventui nostro legavit; in habitu quoque Ordinis ante altare Virginis sepultus; an. 1556.* [**]

Eodem die 1700 P. F. Christophorus Cloos, sac., praed., conf., olim Vicarius.

An. 1602 kalend. augusti foelici morte post diutinum morbum decessit dilectus in Christo P. F. Stephanus Hazemberg (*c*), *sac. et praed.* (*d*), *qui* (*e*) *studiorum Theologiae causa Leodium venerat.* [**]

2ª Aug. (*f*) an. 1700 obiit honesta Domicella Oda Georlet, vidua Dni Grandchamps, quae moriens huic conventui legavit 100 florenos brabanticos, ut oretur pro ea. [med. s. XVIIIº.]

Obitus venerabilis D. Magistri Berardi Turgelli, Divi Lamberti ecclesiae Cathed. Canonici et Vicedecani; ex parte cuius testamenti viginti septem floreni brabantici conventui dati sunt; an. 1545. [**]

2ª aug. 1700 obiit et in ecclesia nostra tumulatus est D. Henricus Hazen, Syndicus noster beneficus et charitativus; [coaev. aetat.] iacet in choro prope (*g*) pulpitum subdiaconi. R. i. p. An. vero 1714 Dna de Marcin eius neptis obtulit eleemosinam 500 fl., sub onere cantandi annuatim Missam anniversariam pro praedicto Dno avunculo suo; quae de consensu R. A. P. Ministri Provincialis ac conventus Discretorum, occasione aedificationis ecclesiae nostrae acceptata fuit simulque onus praedicti anniversarii; non invitantur parentes (*h*). [med. saec. XVIIIº.]

E. — (3). Ipso die 1727 apud pauperes Clarissas obiit ibique sepultus V. A. Pater Robertus Hanlet [3], actualis Diffinitor et dictarum monialium confessarius, de Ordine bene meritus. R. I. P.

2ª aug. an. 1715 obiit Domicella Gertrudis Dethier, Tertiariarum per plures annos Superiorissa, quae testamento legavit mille florenos brabanticos pro constructione novae ecclesiae. [med. saec. XVIIIº.]

F. — (4). *Obiit honestus vir Henricus Motte cum uxore sua Isabella, quae dedit conventui triginta florenos leodienses, ut oretur pro animabus eorum.* [**]

(*a*) Verbum *nominis* repetitur sed rubro est subductum. — (*b*) Haec notitia necrol. alteri inlegibili superscripta est. — (*c*) Add. *qui*, sed deletum est. — (*d*) Duo haec verbula abrasa. — (*e*) *qui* in margine additum ab ipso scriptore. — (*f*) Sic correctum ex: *eod. die*. — (*g*) Quae sequuntur parum infra scripta sunt, sed cum praecedente textu signis sunt iuncta. — (*h*) Tria ultima verba linea obducta extant.

[1] Anno 1596 iam de familia Leodiensi erat, et iurisdictionem obtinebat a curia episcop.; cfr. *Leodium*, t. VII, p. 104.

[2] Inhabitabat aliquando conventum Vervietensem; cfr. I. S. Renier, l. c. p. 36.

[3] Anno 1706 electus in Guardianum Luxemburgensem, et a magistratu non acceptatus, designatur Praeses conventus Diekiriensis. 1725 praefuit conventui Namurcensi; cfr. RAD pp. 698-700 et TC. — Moritur « apud Clarissas » i. e. in *paternitate*, uti dicunt, seu hospitio pro patre spirituali, monasterio contiguo.

Anno Dni 1660 8 augusti obiit dilectus nobis in Christo Frater Maternus Jernaux, laicus.

G. — (5). *Maria de Nive.*

[f. 37r] Augusti 9 anno 1673 obiit Anna Dirick, dicta De Vez, Tertiaria Ordini nostro addictissima, quae in morte legavit pro sacristia 400 florenos brabanticos et calicem argenteum 30 unciarum, ut sacrificiorum nostrorum particeps fieret.

A. — (6).

B. — (7). *Transfiguratio Dni.*

Anno 1607 augusti 7ª post diutinum morbum e vivis excessit nobis in Christo dilectus F. Gislenus Jansenius, sacerd., praed. et confess., qui multis annis praedicatoris Teutonici munus subiit in hac Leodiensi civitate. [**]

7ª aug. an. 1712 obiit F. Iacobus Leruth, sac. studiosus. [med. saec. XVIIIº.]

Obiit Fr. Gerardus Willen, novitius, anno 1494. [*]

Anno Dni 1623 obiit Fr. Ioannes Disier, laicus, [coaev. aetat.] aug. 11. [med. saec. XVIIIº.]

Eodem die anno 1773 obiit Domicella Maria Warnant, uxor Dni Deodati La Haie; sepulta est ante secundum confessionale prope portam claustri.

C. — (8). *Obiit octava augusti honesta matrona Maria de la Haye, cuius maritus Bartholomaeus Berlier*[1] *de nostra familia optime meritus quinquaginta florenos brabanticos dedit conventui, ut in libro benefactorum referretur; anno 1601.* [**]

Eodem die anno 1768 obiit V. P. Iosephus Gilot[2], actualis sororum Poenitentium confessarius.

D. — (9). [f. 37v] *Obiit Ioannes Strimelet, qui contulit bonam eleemosinam conventui nostro.* [**]

Uno eodemque die ab humanis sublati sunt Ioannes Natalis, pistor et uxor eius Margareta fautores, qui dum viverent omnibus facultatibus suis nostris Fratribus subvenerunt; anno 1578. [**]

Nona augusti anno 1623 febri hectica correptus obiit Frater Samuel Welinger, diaconus. [coaev. aetat.]

E. — (10). *Laurentii Martyris.*

Obiit Magister Lambertus D'Oupey[3], *Archidiaconus Braban., necnon dum viveret Cancellarius Leodiensis, qui legavit huic conventui sexaginta florenos postulatenses; an. 1515.* [**]

Obitus probi viri Ioannis Arnoldi, huius conventus specialis fautoris, apud nos ante altare Beati Francisci inhumati; an. 1521. [**]

Eodem die anno 1771 obiit Domicella Maria Elizabeth De la Haut[4], coelebs; sepulta est ante altare Virginis.

F. — (11).

G. — (12). [f. 38r] *Clarae Virginis.*

12. aug. an. 1712 excessit e vivis Ioanna Theresia Stenval, huius conventus Syndica et singularis benefatrix, quae testamento suo fundavit perpetuum

[1] Cuius obitum vid. supra fol. 19v.

[2] Oriundus ex Tamines, Guard. conventus S. Francisci 1758; cfr. Kaisin, o. c., I, p. 87.

[3] Leodiensis origine, Romae laureis iuris canonici decoratur. In patria redux ab anno 1506 Principi consilio erat in regimine temporali. Sepultus apud PP. Augustinianos; cf. J. Daris, op. cit. pag. 91.

[4] Filia Domini Paschalis, cuius obit. cfr. fol. 53v. ad 27. XI. 1738.

anniversarium quotannis celebrandum; legavit insuper pro usu infirmariae omnia sacelli sui pretiosa ornamenta ac sacram supellectilem, totamque suam pharmaciam et mille imperiales pro constructione novae ecclesiae. R. i. p. Amen.

A. — (13). Anno 1635 13ª augusti obiit venerandus admodum Pater Guillelmus a Turri [1], Sacrae Theol. Lector, quondam Audomari Guardianus, Athi Vicarius ac pluribus in locis ecclesiastes facundissimus.

B. — (14). *Obitus probae Dnae Mariae Stralen, viduae, quae nedum in vita verum et in morte memor fuit nostri, ut oretur pro anima sua suorumque duorum coniugum; anno 1534.* [**]

Quartadecima mensis augusti obiit F. Matthias Tossani, alias « le bon Père », laicus, sartor huius conventus, anno 1557. [**]

Eodem die anno Dni 1740 vigilia Assumptionis Bmae Virginis Mariae vivere desiit aeternaliter victurus in coelis, ut plurimum in Dno confidimus, post vitam religiose et pacifice peractam, oblato eodem die incruento sacrificio, sed morte subitanea, ast non improvisa raptus, Adm. Vdus P. F. Bonaventura Closon [2], actualis Provinciae Definitor, alias in pluribus conventibus Guardianus et in hoc Leodiensi optime meritus. R. I. Pace.

C. — (15). [f. 38v] *Assumptio Virginis Mariae.*

Ipso die (*a*) Assumptionis B. V. M. peste obierunt 1636 F. Pontianus a Sancto Huberto [3] et Perpetuus La Vache, laici multum laboriosi.

Anno 1624 ipso die Sti Rochi, Patroni altaris Infirmariae huius domus, obiit dilectus Fr. Ioannes Gordineau, laicus, qui multis annis in praefata infirmaria magna cum laude et industria ministravit.

D. — (16). *Sexta decima mensis augusti obiit F. Iohannes Parys, sac., praedicator et confess. ac iubilarius; anno 1557.* [**]

E. — (17). *Obitus Ven^{lis} generosique Dni et M. Ioannis de Doerne [4], Leodiensis Canonici, huius conventus dum viveret amici et benefactoris singularis; an. 1555.* [**]

Decima septima mensis augusti obiit Fr. Iohannes a Mechlinia, praed. et confess., necnon et sacri Ordinis professione verum et sacerdotii promotione annis plurimis iubilarius; an. 1560. [**]

Obiit die decima septima augusti anno 1625 Ideleta Sauveur, cuius maritus Sebastianus Monfort, civis Leodiensis, contulit quinquaginta florenos brabanticos conventui nostro, quatenus anima uxoris praecibus communitatis comendaretur.

F. — (18). Anno Domini 1661 17ª augusti obiit V. P. F. Zacharias Bady, olim Vicarii et Guardiani functus officiis. Requiescat in pace.

(*a*) *Die* a nobis additum.

[1] Mss. Doyen, p. II enumerat eum inter Guardianos « qui excelluerunt » et Leodii in Domino obierunt scil. 13. VIII. 1636. (sic).

[2] Ad presbyteratum assumptus anno 1707; ab anno vero 1716 diversis in conventibus officiis Guardiani vel Vicarii continuo functus est usque ad finem vitae scil. Hui (1716–22), Verviae, Hui, Leodii (Vic. 1725–28), Couvinii (1728–31), Leodii (Vicar. 1731–34; Guard. 1734–37); tandem Definitor electus in Capit. anni 1737, cum residentia in conv. Leod. cfr. TC.

[3] Non unus religiosus eiusdem nominis a Sancto Huberto, ex familia Namurcensi, eodem fere tempore, floruit in Provincia nostra; cfr. supra, fol. 3v. et Ernst, o. c. p. 331.

[4] Ortus ex nobili prosapia dominorum temporalium Doerne; Canonicus S. Lamberti electus anno 1484 a Capitulo tunc temporis Lovanium bellis fugato. Obiit nonagenarius; v. *Biogr. nat.*

G. — (19). [f. 59r] Anno Dni 1656 19 augusti obiit F. Arnoldus Coelestinus du Perron, sacerdos.

19 (*a*). *Anno 1579 obiit in conventu nostro Nivellensi piae memoriae P. F. Renerus Dionisii*[1]*, sacerdos, qui dum viveret Deo semper devotus extitit, ad cuius honorem religionem intrans, omnibus suis opibus relictis, suis eleemosinis nostrum templum variis edificiis tum organis cum aliis quam plurimis decoravit.* [**]

Anno 1655 18ª aug. obiit V^{dus} P. F. Hubertus Nicolai[2], vir sui status zelosissimus ac ferventissimus verbi Dei preco. Requiescat in pace.

Anno Dni 1711 21 augusti obiit P. Theodorus Chierfoumont[3], actualis Poenitentum confessarius, pluries olim Guardianus.

A. — (20). Anno Dni 1646 pia matrona Everardina Pasquot, ex pago de Hermalle, termini Condrosii[4], legavit nobis 150 florenos brabanticos, ut una cum marito suo defuncto orationibus et suffragiis nostris singulariter commendaretur.

Anno Dni 1780 obiit Domicella Agnes Tombay[5], vidua Dni Stephani Dethier, quae post mortem legavit sacristiae nostrae quingentos florenos, ut huic libro adscriberetur, et precibus nostris commendaretur. R. i. P.

B. — (21). 24 1670 obiit devota filia Catharina Clement, alias d'Esneux[6], Tertiaria, quae bonam conventui contulit eleemosynam, ut sui et patris ac matris in precibus nostris meminerimus.

Anno Dni 1684 25 augusti obiit V. A. P. Edmondus de Fosse[7], ecclesiastes facundus, Guardianus emeritus, et Exdiffinitor.

Eodem die anno 1711 obiit P. F. Iosephus Gossart, sac., praed., conf.

C. — (22). [f. 59v] 26 obitus Henrici, Tertiarii famuli domestici, qui ferme per quinquaginta annos nobis sancte et fidelissime inservivit; sepultus est cum Fratribus prope capitulum, anno 1669.

D. — (23). *Pridie Divi Bartholomei.*

Anno 1585 defuncta est Maria de Gre, uxor probi viri Pauli de Gre, Fratrum nostrum benefatrix singularis, quae pauco ante obitum tempore aedem nostram fenestra vitrea, dominicam Resurrectionem apprime referente, decoravit[8]. [**]

Vigesima 7ª augusti 1659 pie admodum in Dno obiit et in choro ecclesiae nostrae sepultus iacet honorabilis Leonardus Simar Dardenne, pater FF. Philippi, Nicolai, Leonardi et Bernardi (*b*) Dardenne, huius conventus syndicus fidelissimus et benefactor singularis, cuius coniux superstes, Domicella Brasseur, nobis casulam et tunicas sericas nigri coloris flosculis aureis contextas largita est. Deus illis aeternum benedicat (*c*). Praedicta Domicella elargita est etiam

(*a*) In margine additum ab amanuensi mediantis saec. XVIII[i]. — (*b*) Hocce nomen supra lineam adiectum ab eadem manu. — (*c*) Ab hinc alter amanuensis prosequitur, et ob defectum spatii infra litt. domin. E conscribit.

[1] De ipso tacere Ms. Doyen in monographia conventus Nivellensis, mirum videtur.

[2] Tunc temporis tres Patres « Nicolai » coaevos numeravit Prov. Flandriae; vid. supra fol. 42v, et RAD, p. 257.

[3] Frater Canonici Tungrensis, Dom. Martini Antonii, de quo supra, fol. 33r. — Guardianus praefuit conventibus Cinacensi (1695), Florinensi (1704), Verviensi (1709-1710); et pluribus vicibus de familia fuit in conv. Leod. scil. 1698-1701, 1704-1707, 1710. TC.

[4] Leodiensis origine; obiit maritus 19. XI. 1776, cfr. fol. 52r.

[5] Hermalle sous Huy.

[6] De familia d'Esneux vid. *Bull. Instit. archéol. Liégeois*, t. IV, p. 394, et t. V, p. 463.

[7] Oriundus ex Chimay. In Ordine professus ad Sabim; ab an. 1658-82 Guardianum egit in Givet, Luxemburg, Farciennes (bis); TC et RAD p. 386s.

[8] Cfr. infra, p. 358, lin. 26ss.

calicem sacristiae nostrae ad ministerium sacerdotum, et in primitiis Fratris Leonardi ornamenta et vestes sacras pro omnibus altaribus; anno 1670.

E. — (24) *Bartholomei Apostoli.*

F. — (25). [f. 40r] *Obiit syncerus ac devotissimus Dns Mathias Fabri*[1], *S. Dionysii sacellanus, qui dum viveret, Deo semper ac beato Francisco extitit devotus, et in navi nostrae ecclesiae humatus est ante altare S. Francisci.* [**]

G. — (26). Anno Dni 1656 26 septemb. (*a*) obiit F. Didacus Hullin, laicus, ob singularem modestiam, humilitatem zelumque (*b*) sui status maxime commendandus.

Anno Dni 1594 27ª augusti obiit generosus et venerandus D. Dns Ioannes Militis (*c*), *Canonicus dum vixit Divi Martini Leodiensis, qui tam in vita quam in morte nobis benevolus extitit; nam testamento suo legavit conventui nostro in amplificatione templi mille florenos brabanticos; quare iuste nostris precibus Dno Deo commendandus venit.* [**]

Obitus probi viri Ioannis Bolis[2], *huius conventus dum vixit fautoris et benefactoris non infimi.* [**]

29 aug. 1695 obiit V. A. P. F. Leonardus Wirion, S. T. Lector iub.,[3] D. V. cultor eximius, mon. confessarii, Guard., Custodis Custodum laudabiliter functus officiis.

A. — (27). 31 (*d*) An. 1642 de conventu Verviensi Leodium aegritudinis causa advectus, ibidem post exquisitos dolores calculi patienter toleratos moritur F. Anthonius Scorion, praed. et confessor.

Eod. die an. 1654 P. (*e*) Franciscus Marchand, sac., praed., conf.[4] [med. saec. XVIII°.]

B. — (28).

C. — (29). [f. 40v]

D. — (30). *Inter duo altaria in opposito Ste Crucis inhumatus est generosus Dns Claudius Rivoire; Sedis Apostolicae prothonotarius et Rmi Dni Erardi de Marcka Episcopi Leodiensis domesticus; ex parte cuius dati sunt septuaginta flor. pro fenestra vitrea Resurrectionis dominicae in choro posita*[5]; *an. 1510.* [**]

E. — (31). Ultima augusti 1654 obiit dilectus nobis F. Franciscus Marchant, sac., praed. et conf., a modestia et pietate commendandus.

(*a*) Suo loco spatium vacuum non deficiebat. — (*b*) Sequentia in margine scripta ob defectum spatii. — (*c*) Minio exaratum hoc nomen. — (*d*) Dies in margine additus ab aman. mediantis saec. XVIII. — (*e*) Correctum ex *F.*

[1] Frater, uti remur, Domini Godefridi Fabri, canonici Colleg. S. Pauli in Leodio, exeunte saec. XVI; cfr. O. I. Thimister, op. cit. p. 367.

[2] Non identificari potest cum burgimagistro Bolis (1751), cum haec necrologia exarata sit a primariis amanuensibus.

[3] Natus Leodii, sicut et frater eius, P. Gabriel Wirion. Per plures annos Lect. theol. dogmat. in conventu studiorum Namurcensi; in Cap. 1685 praeponitur conv. S. Francisci; in celebri vero Capitulo an. 1688, ubi totum definitorium a S. Sede instituitur, ipse Custos Custodum nominatus est. Cfr. TC, et Kaïsin, op. cit. I, p. 86.

[4] Qui obitus repetitur fol. seq. ad 31^{m} augusti. — Sanguine et religione frater ipsius illustris P. Petri Marchand. In Ordine professus an. 1623, ad Sabim. Cfr. Thierry Réjalot, O. S. B., *Jacques Marchand de Couvin, sa vie et ses oeuvres*, Namur 1908, p. 9.

[5] Cf. supra, p. 357, lin. 27 ss.

[SEPTEMBER].

September (a) habet dies xxx Luna xxx.

F. — (1). *Obitus Fratris Eustachii de Haccourt, laici professi, anno Domini 1556.* [**]

1ª 7bris an. 1694 obiit V. A. P. Benedictus Martini [1], S. T. Lect. iub. et ecclesiastes facundissimus, qui post varia in Ordine officia Lect., Guard. et Diff. exercita tandem dum actualis Guard. et ecclesiae Cathedralis muniis fungitur, defungitur. [med. saec. XVIII¹.]

Sequens obitus legendus prius die S. Ieronymi ult. septemb. suo nempe loco, quia vero illic scribi non potuit, hic positus est.

[f. 41r] Ultima septembris anni 1635 inter mortales esse desiit R. adm. P. F. Petrus Carpin [2], almae huius Provinciae Flandriae tertio Minister, ac biennio Vicarius; quem olim Sacrae Theol. Lectorem, Guardianum Athum suspexit; Franciae ac Brabantiae Provinciae Visitatorem veneratae sunt; vidit Ordo seraphicus Diffinitorem Generalem; pace, prudentia, religionis zelo Provinciam hanc decennio dum rêxit, Lillerie inter visitationum munia, apoplexia tollitur praemature; Athi sepelitur. Requiescat in pace.

G. — (2). Obiit prima 7bris 1699 honesta filia Ioanna de Villers, quae, ut huic libro inscriberetur, legavit conventui quinquaginta florenos brabanticos.

Obiit 2ª 7bris 1756 F. Richardus Demortier, in Ord. iub., seraphicae paupertatis amator, per 50 prope annos hospitalarius maxime charitativus, omnibus gratus.

2ª septembris an. 1677 obiit F. Anthonius le Maître, laicus laboriosus, devotus et exemplaris.

A. — (3). *Obiit Fr. Symon de Saulcy, dyaconus, filius Aegidii de Saulcy pistoris, an. 1496.* [**]

Anno 1632 obiit honesta matrona Aegidia Streignart, vidua probi civis Huberti de Loveignè, quae in vita frequenter, et maxime in morte per eleemosinas nos sibi multum devi[n]xit (b).

Obiit 3ª sept. in conventu nostro Mantuano in itinere obedientiae salutaris dilectus nobis in Christo Frater P. Ioannes Franc, sac., conf., praedicator verbi Dei, valde religiosus [3].

B. — (4). Anno Domini 1654 septembris die tertia obiit dilectus nobis in Christo Frater F. Lambertus Buterne, laicus.

(a) Praecedit sigla *KL*. — (b) *x* correctum ex *c*; *n* a nobis additum.

[1] Videtur iste sicut et Fr. Sigismundus Martini oriundus ex Halcoureux-sous-Bovigny. RAD. p. 717. — Obtento iam titulo Lectoris iubilati, in Capit. ann. 1682 Guard. Luxemburgensis eligitur; 1684 iterum legit Leodii; 1688 Definitor designatus est a S. Sede. TC.

[2] Natus in Fontaine-l'Evêque, in Ordine professus in conv. Sambrensi, zelator et propagator fuit reformationis Recollectorum. Primum in Capit. Athensi 1613 Provinciae praeponitur; 2° ann. 1622; 3° 1631. Obiit Lilarii in conv. Sororum Tertii Ordinis, aetatis anno 60, professionis 41; cfr. Ms. Doyen, p. 1.

[3] Hic obitus accidit et inscriptus est circa 1640, quod desumi potest ex argumento paleographico.

2a 7bris anno 1770 obiit P. F. Georgius Commissaire [1], sac., praed., conf., conventus Huensis alumnus.

5a 7bris 1775 sepulta est in nostra ecclesia [2] Domicella Cathar-Theresia Grognart.

C. — (5). [f. 41v] Anno Dni 1705 5 7bris obiit V. P. F. Franciscus Playe, olim Theologiae Moralis Lector, in confessionibus excipiendis sedulus.

Eodem die anno 1708 obiit post longam infirmitatem patienter toleratam P. F. Philippus d'Ardenne [3], sac., praed., conf., olim Vicarius.

D. — (6). Anno 1776 5a 7bris Dns Gerardus Saive, et in ecclesia nostra sepultus est in navi ecclesiae ante portam conventus.

E. — (7). *Obiit Anthonius Braxatoris, qui contulit bonam eleemosinam pro aedificio conventus.* [**]

Anno Dni 1754 6ta 7bris obiit P. Michael Grandry, sac., praed., conf.

Anno Dni 1622 5 7bris obiit Fr. Nicolaus Sacre [4], laicus (*a*), qui plurimis annis in termino Condrusiensi sedulam et laboriosam collectis faciendis dedit operam.

Anno Dni 1656 7 septembris obiit P. Antonius Gilli, confess., sui status zelozissimus et in excipiendis confessionibus ac infirmis visitandis maxime sedulus.

F. — (8). *Nativitas Virginis.*

Anno Dni 1606 mensis septembris ipso Natali Virginis terris mortuus coelo revixit devotus P. F. Anthonius Roberti [5], sac., praed. et confes., post expletum in excolenda religione semisaeculum. [**]

Anno 1795 8va 7bris obiit P. Remaclus Iacobi [6], sac.

G. — (9). [f. 42r] *Nona luce septembris obitus F. Arnoldi Bergilie, praed. et conf., anno Dni 1556.* [**]

Anno 1655 vigilia Nativitatis B. Mariae V. piissime obdormivit in Domino V. P. Bonaventura Bidart [7], sac., praed., conf., postquam in Ordine 50 annis summa cum devotione, humilitate et charitate Deo famulatus fuisset, et religiosae vitae ac sanctitatis exemplo omnibus praeluxisset.

A. — (10). *Obiit an. 1518 venerabilis quondam ac piae memoriae P. F. Ioannes Mandi [8], olim Guardianus huius conventus, necnon et diu Vicarius.* [**]

(*a*) Sequentia alterius sunt manus ferme coaevae.

---

[1] Anno 1749 iam sac., praedic. et confess. de familia erat in conv. Leodiensi; cfr. Ms. 271 Acad. Leod. [2] Scil. in sepulchro familiae; cfr. supra fol. 2r. ad 2. I. 1712. [3] Leodii ex familia non obscura, nobisque devotissima ortus. Parentes et fratres eius in Ordine, cfr. supra fol. 39v. et 29r. [4] Vid. infra obitum 3. XII. 1610 ad fol. 54v. alterius Sacré coaevi.

[5] De familia in conventu Leodiensi admittitur a curia episcopali ad confessiones audiendas et verbum Dei praedicandum, anno 1598; cfr. *Leodium*, t. VII, p. 104.

[6] Identificari debet, uti opinamur, cum iuvene Athanasio Iacobi, qui aetatis anno 19 Bastioniae habitum Ordinis induit 15. IV. 1758, et professionem emisit in conv. nostro Durbutensi; cfr. Ms. Series conv. Baston. ap. Archives de l'Etat, Arlon.

[7] De eiusdem maximis et fructuosissimis laboribus pro restauranda religione in civitate Verviensi, vid. P. Steph. Schoutens, O. F. M., *Martyrologium Minoritico-belgicum*, Hoogstratae, p. 150. — « In opinione sanctitatis defunctus » ait Ms. Doyen, p. II.

[8] Guard. Leodiensis eligitur primum ann. 1501 in Capit. Nanceensi, et iterum Brugis ann. 1503; cfr. Ms. 77 ABP, fol. 10r. — Videtur hic obitus iterum inscriptus errore fol. 53r sub die 24. VI; cfr. infra, l. c.

9 7bris an. 1752 obiit F. Leo Paques[1], laicus.

Decima septembris obitus F. Iohannis Egidii, praedicat. et conf., anno 1555. [**]

10 7bris an. 1694 obiit V. A. P. Carolus De Malaese, S. Th. Lector iub., Exdef. et pluries Guard. [med. saec. XVIII°.]

Eod. die an. 1695 obitus P. F. Michaelis De Hennesel, ecclesiae Cath. actualis stat. [med. saec. XVIII°.]

B. — (11). (*a*) Anno 1650 die septembris undecima pie obdormivit in Domino Reverendus in Christo dominus Hieronymus Gerinke, ecclesiae Collegiatae Sanctae Crucis Decanus. Iuris utriusque Licentiatus, Regulam Tertii Ordinis Sancti Patris nostri professus, et seraphicae Religionis amantissimus ac benefactor.

Anno 1652 (*b*).

Anno 1757 7bris 12a obiit in hoc conventu P. Paulus Stouls, sac., praed., conf. R. i. p.

C. — (12). *An. Dni 1599 dominica 2 septembris*[2] *e vivis raptus est Rdus admodum et praedilectus P. F. Henricus Willot* (*c*), *sacerdos, confessor, ac suo tempore in famosioribus Arthesiae, Hannoniae ac Namurcensi civitatibus ecclesiastes facundissimus, qui postquam in Sacro Ordine Seraphico variis muniis ac sacris functionibus, utpote S. Theologiae Praelectoris, Guardiani, Provincialis, necnon Commissarii Rmi P. Generalis, non obstantibus variis infirmitatibus, quibuscum diu conflictatus est, strenue perfunctus fuisset, ad ultimum e conventu Leodiensi vulgo Nudipedum Romam versus ad Capitulum Generale in Ara-Coeli* [f. 42v] *iter arripiens, ut Custodem Custodum pro virili ageret, dum post prorogatum tempus Capituli in sequentem annum Iubilei per Italiam peregrinari cogitur, ad futuram patriam, morte mediante, pervenit.* [**]

Eodem die 1658 phtisi septennali consumptus est P. Iacobus Nicolai, sac., praed. et confessarius.

D. — (13). Anno Dni 1652 7bris 13 Ecclesiae Sacramentis praemunitus pie obdormivit in Dno Vdus P. F. Sigebertus Jacobi, quondam S. T. Lector, aetatis suae anno 48.

Eod. die an. 1751 obiit P. Simon Fresart[3], sac., praed., conf., conv. Warem. alumnus.

Anno Dni 1670 hic obiit et in capitulo sepultus est V. A. P. F. Antonius Batius[4], in Ordine iubilarius ac variis officiis ut pote Guardiani, Vicarii, ac monialium confessarii laudabiliter functus, 7bris 17 (*d*).

E. — (14). *Exaltatio Sanctae Crucis.*

(*a*) Ante litt. dom. habetur delineatio crucis. — (*b*) Haec lineola obducta existunt. — (*c*) Minio exaratum est nomen. — (*d*) Dies et mensis addita ab amanuensi med. saec. XVIII.

---

[1] Aliquos per annos officium infirmarii Leodio exercuit; cf. Ms. 271 Acad. Leod.

[2] I. e. 12. IX, non vero 2. IX, uti omnes, secuti Foppens, *Biblioth. Belgica*, scripserunt; cfr. BF p. 114-116. — Partes quas egit in introductione reformationis Recollectorum habes apud Ms. Doyen, p. I. Iuxta eos fontes, corrige P. Steph. Schoutens, *Martyrol. Minor. Belgic.*, p. 143 et s.

[3] Iam a pluribus annis in conv. Waremmiensi confessarium ecclesiae agebat.

[4] Saltem bis praefuit conventui Luxemburgensi scil. ante 1644, et an. 1647; cfr. RAD. pp. 259 et 262. — In Congreg. intermedia 1660 eligitur Guardianus Leodiensis. TC.

Anno 1768 die 14 obiit F. Carolus Henrion, sac., Theologiae alumnus.

F. — (15). *Anno Dni 1569 de corporis huius ergastulo eductus est bonae memoriae venerandus P. F. Egidius Ghisperius*[1], *natione ac professione Brugensis, qui dum vita potiretur vir singularis doctrinae atque litterarum amantissimus fuit, ita ut cum magno honore Lectoris officio functus sit in conventu nostro Brugensi.* [**]

Anno Dni 1636 15 septembris obiit nobilis et generosus Dnus Gaspar de Fletembergue, qui ob eleemosinam testamento legatam meruit huic libro inscribi.

Eod. die an. 1695 obiit F. Pepinus Leduc, laicus, iub. [med. saec. XVIII°.]

Anno 1705 16 7bris obiit V. P. F. Thomas Visé, praed., conf., iubilarius.

Eodem die an. 1754 obiit P. Petrus Fresart, praed., conf. (*a*), conventus Visetensis alumnus.

G. — (16). [f. 43r] *Obitus venerabilis Dni Magistri Michaelis ab Inckevoert*[2], *Canonici Leodiensis, qui annis singulis dum viveret conventui vas unum contulit allecum, necnon in suo testamento decem caroleos legavit; anno Dni 1550.* [***]

A. — (17). *Stigmata Francisci.*

Obitus probi Patris Fratris Ludovici de Traiecto inferiori, qui huius conventus tribus annis extitit Vicarius, iuvenumque ac novitiorum 7 annis Director; anno 1531. [***]

Anno Dni 1615 17ª (*b*) septembris obiit honestus civis Gerardus Gosuin, cuius vidua Aleydis Catinis bonam contulit conventui eleemosynam, ut una cum marito huic libro inscriberetur.

B. — (18).

C. — (19). *Anno Dni 1563 septembris 19ª diem clausit extremum venerandus Pr. Fr. Bernardinus Regis*[3], *sacerdos, praedicator et confessor ac iubilarius, qui annis plurimis in hoc conventu Guardianum egit.* [***]

Obiit anno Dni 1519 devota filia servitrix soror Alet de Fen[4], *neptis incluse sancti Remacli viceque Gertrudis Fen, quae quidem reliquit et contulit conventui decem hornenses et sepulta est in habitu Ordinis apud nos.* [***]

[f. 43v] Obiit an. 1669 honestus civis Ioannes del Naye[5], a quo in vita et post mortem frequentes et largas accepimus eleemosynas; 17 7bris (*c*).

D. — (20). Anno Dni 1655 obiit Aegidia Le Gagneur, 25 septembris, ancilla Michaelis Renardi Prioris in Corneliimonte, quae legavit conventui nostro centum florenos brabanticos; sepulta est in claustris nostris.

E. — (21). *Mathei.*

Obiit Petrus Copis de Nederhen, anno Dni 1528, pro cuius anime refrigerio data est bona eleemosina. [***]

(*a*) Duo haec verba supra lineam addita. — (*b*) Correctum mediante s. XVIII ex *27*. — (*c*) Mensis et dies addita ab amanuensi med. s. XVIII.

[1] Cfr. P. Steph. Schoutens, op. cit. p. 156.

[2] De familia d'Enckevoort vid. Ms. Le Fort apud *Bull. Inst. arch. Liégeois*, t. VI, pp. 172, 197.

[3] Tertio praepositus est conv. Leod., scil. 1544 in Cap. Gandavensi; 1547 in Cap. Yprensi, et tandem 1561; cfr. Ms. 77 fol. 10v.

[4] Vid. obitum fol. 46r ad 14. X. 1519. Sibi adiutorio habere famulam, seu *abram*, mos erat apud Reclusas nostrae regionis. Vid. Moll, *Kerkgeschiedenis van Nederland voor de Hervorming*, t. II, 2, p. 58 et *Analectes pour servir*... t. V, p. 205.

[5] Civis Leodiensis, nobis devotus; pater iuvenis Domini Ioannis, de quo fol. 13r. ad 15. III. 1663.

Obiit Catherina de Campana, que singularis extitit benefatrix huius conventus, 1516. [***]
F. — (22). *22ª mensis septembris obitus Fratris Ioannis Gerlaci, predicatoris et confessoris, 1549.* [***]
G. — (23). [f. 44r] 24 sept. 1774 obiit et in capitulo sepultus est V. A. P. Sim. Ios. Bourdon[1], sac., praed., conf., olim pluries Guard., Prov. Secretarius ac Custos.
Obiit Frater Reynerus Borman de Aquisgrano, sacerdos et predicator, anno Dni 1507. [***]
24 7bris (*a*) anno Domini 1625 obiit Frater Thomas Balduini, clericus.
Eod. die an. 1744 obiit V. P. F. Paulus Piedargent[2], Guard. duoden., olim Vic. et mon. conf.
1655 25 sept. dum V. A. P. F. Franciscus Rutius[3], Guardianus Warremiensis pro secunda vice et alias huius conventus Vicarius et Instructor iuvenum, pro aedificatione tam interna quam externa sui conventus Leodium venit, obiit inter Fratrum suffragia et sepultus iacet in capitulo.
Eodem die obiit Dns Antonius Iosephus Prick, coelebs, et sepultus est in sarcophago novo ante altare S. Iosephi prope primum confessionale, anno 1772.
A. — (24). Anno Dni 1658 25 septemb. ex hac vita migravit proba ac devota Domicella Ioanna de Charneux[4], alias Des-Marez, Dni Balduini Ursini uxor charissima, quae dum viveret amplas et frequentes huic conventui elargita est eleemosynas, et in morte legavit nobis 100 florenos brabanticos. Requiescat in pace.
B. — (25). 26 (*b*) sept. 1657 obiit honorabilis vir Ioannes Bormans, parens confratrum nostrorum Iustini et Ioannis Bormans; illius coniux superstes in primitiis filii sui Fratris Ioannis vestes sacras pro omnibus altaris ministris nobis dono dedit, anno 1659 (*c*).
Obitus Fratris Berardi Vyron layci, huius conventus braxatoris, 1551. [***]
C. — (26). *Anno Dni 1587 septembris 26 obiit honestus vir Ioannes Laurentius civis Hubertinus[5], cuius uxor centum carolinos conventui contulit, ut ambo Fratrum precibus commendarentur.* [***]

(*a*) Haec in margine adiecta post longum saeculum. — (*b*) Correctum ex *28*. — (*c*) Correctum ex *1669*.

---

[1] Series officiorum in Provincia: 1758 Guard. Floriniensis; 1761 Vic. Leodiensis; 1763 Secretarius Min. Provincialis; 1764 Custos cum residentia in conv. Leod. cfr. TC. — Ne confundas ipsum cum P. Iosepho Bourdon, qui iam anno 1755, Guardianus duodenalis et iubilarius in Ordine, inter recenter defunctos numeratur.

[2] Natus Leodii, sacerdos factus an. 1701; ad officia primum assumitur 1709, scil. Vicariatum Leodiensem. Hiis familiis praefuit tanquam Guardianus: Visetensi (1713-1719), Waremmiensi (1719), Huensi (1724), iterum Visetensi (1730), Sambrensi (1736), ab anno sequenti Leodii residet, ut a confessionibus sit monialibus; cfr. TC.

[3] Leodiensis origine, primus fuit Guardianus conv. Waremmiensis, cuius diplomata fundationis data sunt 12. X. 1624; cfr. Ms. Doyen, p. II.

[4] Eiusdem familiae *de Charneux* exsistebat sepulchrum, insignibus nobilitatis exornatum, in antiqua ecclesia conv. Visetensis — Vid. I. Ceyssens, *Hist. de la paroisse de Visé*, Liége 1891, pp. 157-164, et *Miroir des Nobles*. Obitus Domini Ursini habetur fol. 33v. ad 17. VII.

[5] Incola civitatis *St. Hubert*.

Obiit venerabilis Dns Magister Theodoricus Zanetz[1]*, ecclesiae sancti Lamberti Canonicus, ex parte cuius certos bonos recepimus libros.* [***]

D. — (27). [f. 44v] Anno Dni 1670 27 sept. hic obiit et in capitulo sepultus est V. A. P. Anthonius Batius, in Ordine iubilarius, ac variis officiis utpote Guardiani, Vicarii et monialium confessarii laudabiliter functus (*a*).

Obitus zelosi Patris Fratris Petri Lendts, sacerdotis et predicatoris, 1551. [***]

Obiit Frater Aegidius Mirice, sacerdos, predicator et confessor, anno 1569. [***]

Anno 1616 28 septembris obiit Fr. Dyonisius Hanneff[2], sac., pred. et conf. ac in Ordine iubilarius. [***]

E. — (28). *Anno Dni 1570 obiit Frater Ioannes Martini, alias de Viridi equo*[3]*, laicus professus.* [***]

Obitus devoti Fratris Fr. Jasparis Walteri, laici et professi, huius conventus braxatoris et infirmarii, 1551. [***]

28 septembris anno 1710 obiit Bruxellis P. F. Nicolaus Dardenne iunior[4], huius conventus alumnus, sac., praed., conf.

F. — (29). *Michaelis archangeli.*

(*b*)

1741 (*c*) 24 7bris subitanea, ast non improvisa morte, obiit F. Iacobus Demoulin, laicus devotus, exemplaris et laboriosus etc.

G. — (30). *Iheronimi conf.*

Obiit in conventu sancte Agnetis apud Tongros Catherina de Hasselt, singularis benefactrix in vita, et in morte reliquit conventui centum florenos, ut inscriberetur libro mortuorum cum parentibus suis. [***]

Hic[5] legendus obitus R. adm. P. F. Petri Carpin, scriptus quatuor foliis ante initio sept., quia hic suo loco non potuit.

[OCTOBER].

[f. 45r] *October habet dies xxxi Luna xxx.*

A. — (1). *Prima octobris in superiori Hesbania obiit Rolandus de Roma, matricularius in Viletho, qui legavit conventui centum et quinquaginta florenos leodienses, ut oretur pro anima sua; anno 1556.* [***]

Anno Dni 1737 8bris 1ª obiit P. F. Franciscus Demarcienne, sacerdos. R. i. P.

Eodem die et anno obiit V. P. Ioannes Massart[6], olim Guardianus, Vicarius et monialium confessarius, qui in multis ecclesiis stationarius et per septem annos continuos in S. Nicolai[7]. R. i. p.

(*a*) Tota haec notitia necrol. extat lineis obducta: cum sit repetitio erronea. cfr. fol. 42 v. — (*b*) Hic scriptus erat obitus iam per totum abrasus. — (*c*) Annus in margine adiectus est.

[1] Vid. Theod. Gobert, op. cit., t. III, p. 339, 2. [2] Anno 1598 inhabitabat conv. « de Ierusalem », et admittitur a curia episcopali ad praedicandum et confessiones audiendum in dioecesi Leodiensi; cfr. *Leodium*, t. VII, p. 104. [3] Familia: Vertcheval, cfr. Th. Gobert, op. cit., *Tables*. [4] Seniorem invenies fol. 53v, filium scil. Domini Leonardi et Domicellae Mariae Brasseur. [5] Cf. supra, p. 359, lin. 9. [6] Guardianus Iluensis electus ann. 1713, I. Freson, op. cit., p. 153. [7] Parochia Leodiensis civitatis, in cuius circumscriptione situs erat conv. noster « de Ierusalem ».

2 8bre (*a*) obitus P. F. Aegidii Battat, praed., conf., qui Leodium e conventu Bollandiensi recuperandae sanitatis gratia veniens vita fungitur, anno 1662.

B. — (2). *Obiit dilectus Frater noster F. Anselmus Velut, laicus et carpentator, anno 1531.* [***]

Obiit Fr. Thomas Balduini, ferarius, 1625 (*b*).

Obiit 3ª oct. 1670 post vitam sancte peractam in conventu Namurcensi R. A. P. Arnoldus a Mercia [1], in Ordine iubilarius, variis in Ordine utpote Guardiani, Diffinitoris, Provincialis et Visitatoris functus officiis.

Eodem die anno 1709 obiit P. F. Henricus Dosquet [2], sac., praed., conf., Vicarius et Superior.

C. — (3). *Obiit Frater Ioannes Calaert, dyaconus, anno 1558.* [***]

An. 1633 3 octobris (*c*) obitus R. D. D. Nicolai Orani, Pastoris in Lick [3], qui legavit conventui centum florenos brabanticos.

3ª oct. 1663 longa infirmitate exhaustus obiit R. A. P. Fr. Iacobus Lottin, pluries Guardianus et Diffinitor et tandem Minister Provincialis [4], vir a zelo et prudentia plurimum commendabilis; sepelitur in capitulo in cornu Evangelii.

D. — (4). *Francisci fundatoris Ordinis Minorum.*

4ª 8b. an. 1703 obiit P. Balthasar Roland, sac., praed., conf., conv. Warem. alumnus. [med. saec. XVIII°.]

Anno 1598 circa festum B. Francisci Reverendus Dnus et Magister Aegidius Pambruge, Decanus S. Crucis, tam pro se quam pro cognato suo Guilielmo Pambrughe paulo ante defuncto dedit conventui 50 florenos brabanticos, ut oretur pro se et pro nepote suo ac omnibus amicis (obiit autem ille 1605). [***]

Anno 1719 4 octobris obiit V. A. P. Simon Bourguignon [5], S. T. Lector iub., pluries Guardianus, Diffinitor, scientia, zelo, prudentia, pacifica conversatione et vere paterno regimine plurimum commendandus. R. i. p.

E. — (5). [f. 45v] *Anno Dni 1608 nonas octobris obiit Ioannes Laurentius, alias a Turri, qui pluribus annis syndicus fidelissimus extitit, tandem in habitu Ordinis sepultus est in sacello Virginis Lauretanae.* [***]

Oct. 5 an. 1668 obiit in pago de Gemeppe prope Leodium addictissima Ordini nostro Domicella Elisabeth de la Croy, quae vivens Fratres nostros itinerantes

(*a*) Haec in margine post saeculum addita. — (*b*) Haec lectio dubia obitus fere per totum abrasi, et sequens notitia superinscripta. — (*c*) Hucusque in margine additum eodem ab amanuensi.

[1] Leodius origine. Min. Provincialis iterum, scil. 1646 et 1655. Strenuus defensor et indefessus propagator Recollectionis. Guardianus Leod. 1628. (Ms. 77 fol. 11r); cfr. Ms. Doyen, p. I.; *Liber conv. S. Francisci ad Sambram* ap. *Analectes*... t. X, 1873, p. 70, et RAD. p. 261.

[2] Superior residentiae Castiletensis (Châtelet) designatur in Capit. Nivellensi anni 1701. TC.

[3] Legas: *Lixhe* prope Visetum.

[4] Provinciae praefuit annis 1658-1661. TC. In Capit. Nivellensi 1661 eligitur Definitor. RAD. p. 306-8.

[5] Eiusdem repetitur obitus fol. 48v. ad 24. octobris, ast scriptura ibidem est recentior. Series vitae in Ordine inveniri est apud TC. Desideratur in BF, attamen *certo* auctor est aurei opusculi: *Catéchisme sur les Préceptes ou Commandemens contenus dans la Règle du Père Séraphique Saint François declarée par les Souverains Pontifes Nicolas III et Clément V. Composé par un Père Récolet de la Province de la Flandre. En Faveur des Frères qui n'ont pas étudié.* A Namur, chez Charles Gérard Albert, Imp. et Lib. 1703. — In-8°, de 4 ff. lim., 133 pp., 2 pp. d'approb. et 1 p. d'errata. In bibliotheca FF. Min. Namurci exemplar asservatur rarum; cfr. etiam F. D. Doyen, *Bibliographie Namuroise*, Namur 1887, p. 337.

singulari excepit charitate, moriens conventui legavit ducentos florenos, crucem auream Venerabili Sacramento, aut imagini B. V. Mariae Hallensi apponendam, et quaedam alia ad ornatum altaris. Insuper testamento mandavit (: casu quo sine legitimis prolibus decederet a se institutus haeres N. Gauvrelle:) bona sua immobilia a syndico nostro divendi et illorum pretium impendi voluit in aedificatione novae pro nobis ecclesiae; sepulta est apud gradum chori. Requies. in pace.

F. — (6). *Anno Dni 1592 pridie nonas octobris obiit nobis dilectus Frater Godefridus Ferir, sacer., predic. et confessor ac diligens Rupensis in Ardenna terminarius.* [***]

Anno 1616 6ª octobris obiit Fr. Ioannes Coulmont, sacerdos et conf. [***]

Anno Domini 1681 7ª octob. obiit R. A. P. F. Gaugericus Souris[1], vir magnae disciplinae, qui post varia in Ordine officia, quibus laudabiliter functus fuerat, ad Provincialatum evectus, tandem post duos annos in Provinciae regimine expletos, hic Leodii vita et officio defungitur.

G. — (7). *Septima die octobris obiit Fr. Ioannes Renette, laicus, conventus calcifex, anno 1588.* [***]

Septima die octobris obiit zelosus P. Fr. Ioannes de Hamedia, sacer., pred. et confessor atque iubilarius, anno 1557. [***]

A. — (8). *Octava die octobris anno 1608 obiit proba matrona Maria Steunon, Aegidii de Campana uxor, qui spatio 40 annorum fideliter et sedulo in vasis reficiendis conventui inservivit, omniumque Fratrum semper amicus extitit.* [***]

Obitus Fratris Nicolai Laze, laici, qui plurimis annis extitit huius conventus calcifex, anno 1551. [***]

[f. 46r] Anno 1645 mensis octobris die 8 obiit V. Adm. Pater F. Donatus de Brassine[2], Guardianus huius conventus, qui alias monialium confessarius, et pluribus stationibus concionandis functus fuerat.

Anno Dni 1658 obitus Fr. Guilielmi Gardy, laici (*a*).

B. — (9). *Obiit 5ª octobris Ioannes Remacli d'el Re, hospes, benefactor et amicus Fratrum, qui veniens ad nondinas Leodienses infirmatusque in domo filiae suae iunioris, cum multa devotione in habitu Ordinis moriens, sepultus est in navi ecclesiae nostrae ante altare beati Francisci, anno Dni 1515º.* [***]

Anno Dni 1671 9 octobris obiit V. P. F. Godefridus de Beaurieux, sac., praed., conf.

Eodem die an. 1690 obiit V. P. F. Leo Devillers, sac., praed., conf., in Ord. iub. [med. saec. XVIIIi.]

Item an. 1700 obiit F. Engelbertus Jacobi, sacerdos. [med. s. XVIIIi.]

Item eodem die an. 1715 obitus P. Ioannis Stenbier[3], sac., praed., conf. [med. s. XVIIIi.]

C. — (10). *Inhumatus est apud nos in habitu Ordinis Vincencius de Gouda, adolescens, qui induendus erat in conventu nostro Brugensi, anno Dni 1506.* [***]

(*a*) Codex: *laicus.*

[1] Provinciae regimen assumpsit in Capit. 1679; sed vix post biennium « conventibus in Arthesia (Provincia S. Andreae), et aliarum urbium gallicarum iniuste et scandalose arreptis, dolore confectus moritur Leodii » RAD. p. 101.

[2] Guardianus Leodiensis « actualis », cum desit in serie Ms. 78 Acad. Leod.

[3] Oriundus ex Verviers.

10 octobris an. 1712 obiit V. A. P. Lambertus Lonneux [1], sac., praed., conf., in Ord. iub., alias Vic., pluries Guard., Defin., et actualis Limburgi Poenitentium conf. [med. s. XVIII°.]

D. — (11). *Obitus devote matrone Catharine, Aegidii Bethz, huius conventus benefactoris praecipui, quondam uxoris legittime, anno Dni 1520; pro cuius animae refrigerio idem Aegidius contulit conventui 25 flor. bone monete et tres integros pannos nigros.* [***]

E. — (12). *Obiit Fr. Guillelmus Mandi* [2], *predic. et conf., anno Dni 1516.* [***]

[f. 46v] Anno Dni 1761 11 octobris obiit P. Matthaeus Gilissen [3], sac., praed., confessarius in sacello Flandrorum.

Anno 1772 12ª octobris obiit Dnus Leonardus Magnée [4], et sepultus est in medio navis ecclesiae.

F. — (13). *Anno 1584 13ª octobris obiit proba honestaque Dna Dorothea Rustique, quondam relicta Dni Bernardini Porquin* [5], *que post mortem sui mariti et ante maximas largita est eleemosinas conventui, ut scriberetur libro defunctorum.* [***]

Anno Dni 1602 octobris 14ª e vivis sublatus est honorandus in Christo Pater Fr. Franciscus Tant [6], *professione Brugensis, qui laudabiliter administratis in officio Guardiani conventibus Dunkerkano ac Iprensi, tandem huius alme Provincie Flandriae Definitor, suo tempore facundissimus ecclesiastes, ac Sacrae Theologiae Lector et Professor inchoato tertio cursu Theologico, magnum omnibus sacrarum litterarum studiosis reliquit sui desiderium.* [***]

13 (*a*) 8bris an. 1757 F. Petrus Merlo, sacerdos ac S. Theol. alumnus.

G. — (14). *Anno Dni 1576 die 14ª octobris obiit dilectus nobis in Christo Fr. Frater Ioannes Disier, laicus et professus et huius conventus calcifex.* [***]

Obiit anno 1519 devota religiosa Soror Gertrudis de Fen [7], *Tertii Ordinis sancti Francisci professa in oppido Bruxellensi, de post ad civitatem Leodiensem se transtulit et vitam solitariam sibi assumpsit in parochia sancti* [f. 47r] *Remacli iuxta ecclesiam tandem usque ad finem suae vitae sancte perseveravit et sepulta est in claustro nostro, quae quidem contulit conventui nostro unam bonam eleemosinam.* [***]

An. Dni 1671 14ª octobris obiit et in ecclesia nostra inhumatus est R. D. Henricus Henne, qui pro comparatione campanae maioris dedit notabilem eleemosynam.

An. Dni 1685 octob. 14 mortuus est V. A. P. F. Tossanus Renardi [8], aetate septuagenarius, Religione iubilarius, saepe Vicarii, Guardiani et Diffinitoris cum exemplo functus officiis.

(*a*) Lectio dubia : 13 vel 15.

[1] Kaisin, op. cit. I, p. 86, cum dicit Leodiensem loco originis. Frater eius et sanguine et religione V. P. Thomas Lonneux, vid. TC. [2] Vid. obitum P. Ioannis Mandi fol. 42r.

[3] Iam anno 1749 a confessionibus erat Flandris Leodii morantibus; cfr. Ms. 77.

[4] Cfr. obitum fol. 13v ad 18. III. 1773. [5] Cuius obitum vid. supra f. 31r ad 2. VII. 1579. [6] Vid. P. Pholianus Naessen, O. F. M., op. cit., pp. 438-9; encomium ei tributum a Sandero, *Flandria illustrata*, t. II, p. 161. Extant eiusdem Manuscripta: *In Magistrum Sententiarum Commentaria*; cfr. *Biographie des hommes remarquables de la Flandre occidentale*, Bruges 1844, IV voll., vol. II, p. 175.

[7] Desideratur apud E. Van Wintershoven, *Récluseries et Ermitages dans l'ancien diocèse de Liége*, ap. *Bull. de la Soc. scientifiq. et littér. du Limbourg*, t. XXIII, 1905, pp. 101-158.

[8] Anno 1661 praerat conventui Luxemburgensi, vid. RAD. p. 449.

A. — (15). *Anno Dni 1604 mensis octobris obiit in die sancti Dionysii dilectus nobis in Christo Fr. Frater Ioannes Fabri, sartor huius conventus vigilantissimus.* [***]

Obitus Fratris Ioannis Monachi [1]*, sac., pred. et conf. 1551.* [***]

(*a*)

Anno Domini 1628 obiit 15ª octobris P. F. Henricus Passaitz [2], sacerdos, praedicator et confessor.

B. — (16). *Obitus probi viri Ioannis de Fossato* [3]*, qui huius conventus benefactor et amicus specialis, dum viveret, quidem extitit, sepultusque in habitu Ordinis, anno 1529.* [***]

Octobris (*b*) 18 V. P. F. Nicolaus Le Roy, Vic., mon. confessarii et Guard. laudabiliter functus officiis, vita defungitur anno 1705.

(*c*) 1755.

Obitus Reneri de Bovinisti et Mariae uxoris eiusdem, qui dederunt eleemosinam bonam, ut inscriberentur libro mortuorum. [***]

An. 1620 (*d*) obiit 20 octobris honesta matrona Ioanna Jamotton, soror nostri confratris F. Henrici Jamotton, quae testamento legavit nobis centum florenos leodienses, ut oraretur pro anima ipsius.

C. — (17). [f. 47v] 17ª octob. anno Dni 1656 piissime munita Sacramentis, obiit honesta puella Hedvigis Rivius, vulgo Elhenn, Tertii Ordinis B. P. N. Francisci, quae quoad vixit fuit huius conventus specialis benefactrix, et eidem in morte 100 florenos brabanticos testamento legavit. Sepulta iacet in navi ecclesiae. Requiescat in pace.

Eod. die an. 1728 obiit F. Ioannes Peraux, laicus. [med. s. XVIIIi.]

21. octobr. anno 1762 obiit P. F. Arnoldus Dujardin [4], sac., praed., conf., olim Instructor.

D. — (18). *Luce.*

Obitus Fratris Petri de Cruce aurea, sacer. 1551. [***]

Anno 1656 inter Confratrum suffragia pie obdormivit in Domino Frater Ioannes Chrysostomus Gaujeur [5], laicus, [coaev. aetat.] 18 8bris. [mediante saec. XVIIIo.]

Obiit honorabilis vir Renerus Borman, et uxor eius, 18ª die mensis octobris, qui quidem magnas contulerunt conventui eleemosinas; specialiter dederunt conventui ante obitum eorum ducentos florenos hornenses et quinquaginta, anno Dni millesimo quingentesimo septimo. [***]

Eodem die an. 1776 obiit P. Guillelmus Loison, stationarius act., olim Philosoph. Lector.

(*a*) Inscriptus erat hic obitus per totum abrasus. — (*b*) Correctum in margine ex: *Nov.* iam lineola obducto. — (*c*) Sequebatur obitus iam illitus. — (*d*) Hucusque adiectum in margine ab eodem amanuensi.

---

[1] Ei coaevus, uti remur, floruit in Provincia P. Theodoricus Monachi; cfr. Dr. Friedlaender, *Nécrologe du Couvent des Frères Min. à Gand*, ap. *Bull. commiss. royale d'Hist.*, IV. série, t. I, 1875, ad 24. IX.

[2] Anno 1596, commensalis conventus « de Ierusalem », ad iurisdictionem admittitur a curia Leodiensi; cfr. *Leodium*, t. VII, p. 104.

[3] Vid. Loyens, *Recueil héraldique*, p. 348.

[4] Relatio status personalis conv. Leod. pro anno 1749 eum dicit ibidem informari; cfr. Ms. 271 Acad. Leod.

[5] Cfr. infra, fol. 55r. ad 7. XII. 1635.

E. — (19). Anno 1642 die 20 octobris obiit perillustris ac Rmus D. Walricus ab Hoensbrouch, baro d'Hoestham, Archidiaconus Hasbaniae, ac Praepositus Thuidiniensis, fautor ac benefactor singularis huius conventus.

An. 1669 19 oct. obiit F. Nicolaus Wadin, laicus.

1669 huc ex conventu Bollandiensi infirmus veniens, obiit 20 oct. F. Foelix Goffin, laicus.

Eodem die obiit honorabilis vir Dnus Theodorus de Xhencumont, et sepultus est in ecclesia prope portam claustri, an. 1772.

F. — (20). [f. 48r] *Anno Dni 1595 obiit dilectus Pater Fr. Martinus Cauchie, sacer., pred. et conf., qui ecclesiam, claustrum, valetudinarium et bibliothecam benefactorum liberalitate locupletavit.* [***]

Anno Dni 1571 obiit Mathias le Halbardier, qui dedit bonam eleemosinam conventui, ut ipse cum uxore sua Agnete et filia sua Anna ascriberetur libro mortuorum. [***] Quae quidem Anna Tertiaria sexcentos et amplius florenos brabanticos expendit in erectionem, constructionem et decorationem altaris Dominae nostrae Lauretanae. Nam et cortinas de rubro serico ipsa dedit. [circa med. saec. XVIIi.]

G. — (21). *Obiit dilectus Fr. Frater Ioannes Sitthert, iuvenis, in conventu nostro Middelburgensi, pro negotiis huius conventus 1515 missus.* [***]

Obitus dilecti nobis ac multum pacifici Patris F. Simeonis de Fresne, sacerdotis, praedicatoris ac confessarii, 21 8bris anno 1645.

Eodem die an. 1755 obiit F. Bartholomaeus Dereume, laicus[1].

A. — (22). 23 anno 1765 obiit apud pauperes Clarissas V. P. Ieronimus Jardinet[2], confessor actualis, olim pluries Guard., Vic. et iuvenum Instructor.

B. — (23). *Anno 1535 24ª octobris obitus honorabilis Dni Ioannis Bridzsteyn*[3] *divi Pauli Leodien. Canonici, qui post mortem nobis legavit decem aureos florenos.* [***]

[f. 48v] Anno 1679 24 octob. obiit V. P. Gamaliel du Chateau[4], vir pacificus et zelosus, olim Guard. et monialium confessarius, in Ordine et sacerdotio iubilarius.

Eod. die anno 1719 obiit V. A. P. Simon Bourguignon, S. Th. Lect. iub., pluries Guard. et Definitor, suae regulae maxime zelosus. [mediant. s. XVIIIi.]

C. — (24).

D. — (25).

E. — (26).

F. — (27). *Anno 1540 obitus devoti Patris Fratris Ioannis Dionysii, predicatoris et conf.* [***]

26 8bris 1769 obiit P. F. Bernardinus Utens, sac., praed., conf. in sacello Flandrorum.

---

[1] Anno 1749 operibus lignariis incumbebat Leodii; cfr. Ms. 271 Acad. Leod., f. 30r.

[2] Studiis incumbens, publice theses theologicas defendebat in conv. Verviétensi, ann. 1735; cfr. Arm. Weber, *Essai de Bibliographie Verviétaise,* Verviers 1899-1905, 3 voll. *(Publicat. de la Soc. Verviétoise d'archéol. et d'hist.)* n. 1139. — Presbyter ordinatus 1737. In Leod. familia officiis Vicarii (1752-55) et Guardiani (1758-61) functus est. TC.

[3] Cfr. supra fol. 7v. ad 6. II. 1511. Iuxta O. I. Thimister, *Hist. de la Collégiale de S. Paul,* Liége 1890, p. 623, Dominus Ioannes *Bruxstegenne* vita functus est an. 1528.

[4] Numeratur apud Ms. Doyen, p. II, inter meritissimos Leodienses Superiores locales (ante 1660).

[f. 49r] Anno Dni 1683 27 octob. obiit R. P. F. Ioannes Georlet[1], huius conventus actu Vicarius, pluries Instructoris, Vicarii et Guardiani perfunctus officiis, nec non ad Comitia Generalia semel Commissarius Provincialis.

Eod. die an. 1671 obiit F. Antonius Masson, diaconus. [med. s. XVIIIi.]

G. — (28). *Anno 1596 obiit* (peste et in coemiterio pestiferorum sepultus) (*a*) *Confrater noster Fr. Ioannes Zavalanus, sacerdos, et pro tempore hospitum minister.* [***]

Anno 1629 octobris 28a e vivis raptus est dilectus nobis Confrater Frater Antonius Souillart, subdiaconus...

Anno 1736 8bris 29 obiit F. Petrus Gurnaude[2], laicus.

Anno 1730 octobris 28a obiit piissima Domicella Maria Bleret, Tertiariarum Superior, Ordini nostro addictissima, quae ultra frequentes eleemosinas, in morte conventui legavit 200 imperiales.

A. — (29). Meriti non imparis commendanda venit Domicella Barbara Resimon[3], emerita Tertii Ordinis per plures annos Mater nobis benefica, quae remonstrantiam variis gemmis et omnia altaria ornamento serico rubro complete decoravit et ciborium parvum dono dedit. Obiit autem 18 ian. 1765. R. i. p.

B. — (30).

C. — (31) 8bris 31 an. 1708 obiit P. Tossanus Dubuisson, sac., praed., conf. [med. saec. XVIIIi.]

Eodem (V. P.) (*b*) Ludovicus Lejeune[4], sac., praed., conf.

[NOVEMBER].

[f. 49v] *November habet dies xxx Luna xxx.*

D. — (1). *Omnium Sanctorum.*

Obitus probi viri Ioannis de Viridi equo senioris, qui in vita sua auctoritate Apostolica huius conventus Pater spiritualis[5] *institutus octoque carolos in eleemosinam contulit, anno 1515 14 novembris.* [***]

Kalendis novembris an. 1597 obiit V. P. Frater Nicolaus Doncel, sacerd. et confessarius, atque utriusque idiomatis, gallici et flandrici, praedicator. [exeuntis s. XVIIi.]

(*a*) Parenthesi inclusa snpra lineam a posteriori manu addita. — (*b*) Hic aliqua verba abrasa, ubi scil. parenthesim adhibemus.

---

[1] Leodiensis, nepos Rev. Dni Roberti Georlet, Pastoris in Chênée, cuius obitum vid. fol. 7v. ad 6. II. 1670. Anno 1665 officio Vicarii fungebatur in conv. Florinensi; cfr. Mauclet, op. cit. p. 56.

[2] Natus in Petit-Rechain prope Verviers, in Ordine professus 2. V. 1717 in conv. Diekiriensi; cfr. RAD. p. 695 et 711.

[3] P. Adrianus Roegimont eiusdem, uti videtur, filius; cfr. fol. 20r, ad 30. IV. 1708.

[4] Natus in Lambermont prope Verviers, professionem emisit in conv. Couvinensi 25. X. 1736, aetatis anno 19. RAD. p. 714 et 718. Anno vero 1749 numeratur inter commensales conv. Leod. cum mentione: Dominicalista; cfr. Ms. 271 Acad. Leod., fol. 29r.

[5] Primus scil. pro conventu *de Ierusalem*.

Anno Dni 1614 ipso die Omnium Sanctorum obiit dilectus nobis in Christo Pr. Frater Hubertus Thibaut, sac., pred. et confessor, huius conventus portarius maxime sedulus [1]. [***]

Ipso die Omnium Sanctorum anno 1607 obiit Aegidia le Charlier. [***]

E. — (2). *Obitus Nicolaii Carbonarii, qui plures largitus est eleemosinas.* [***]

F. — (3). Anno Dni 1682 1ª novembris mortuus est P. F. Antonius Daneau [2], quondam Vicarius et Guardianus.

G. — (4). [f. 50r]

A. — (5). 5ª 9bris an. 1686 obiit V. P. Casimirus Dogné, sac., praed., conf., olim Vicarius. [med. s. XVIIIi.]

B. — (6).

C. — (7). Anno 1610 ipso die octavarum Omnium Sanctorum obiit Frater Petrus de Porta [3], sacerdos, pred. et conf., in hoc conventu professus, qui tum in hoc, tum alibi, fidelem terminarium egit. [***]

[f. 50v] Anno 1669 7ª novemb. obiit P. Petrus Comblein, sacerdos (*a*), iuvenis pro pietate et studiis magnae expectationis.

D. (8) *Obitus Fratris Lamberti de Maseyck [4], layci, et huius conventus viginti annis sartoris, quindecim vero extitit et portarius, anno 1530.* [***]

8 9bris; (*b*) eodem die 1669 obiit expertissimus medicus Doctor D. Iacobus Paradis, qui pluribus annis magna cum charitate Fratribus obsecutus est.

Inter 8am et 9am 9bris anni 1739 defungitur Bruxellis Celsissimus Princeps Anselmus Franciscus, Princeps De Turri et Taxis ac Sacri Rom. Imp. comes De Valsassines, baro D'Impden, toparcha De Gelinghen etc. mareschallus haereditarius Provinciae Hannoniae, Aurei velleris eques ac postarum Sacri Romani imperii etc., de Seraphico nostro Ordine optime meritus ac suffragiis nostris commendatissimus. R. i. p.

E. — (9). *Obitus dilecti Fratris nostri Eustatii de Longo campo, qui honestae vitae semper extitit fuitque primus Frater laycus qui hoc in loco defunctus est, anno Dni 1506 4ª novembris.* [***]

9 9bris an. 1686 obiit P. F. Martinus Francotte. [med. s. XVIIIo.]

Obitus honesti Dni, Dni Lamberti Vierlinck, ecclesiae scti Ioannis Evangelistae Canonici, qui legavit conventui 40 florenos bone monete, anno Dni 1521. [***]

F. — (10). *Anno Dni 1549 10ª novembris obitus Fratris Aegidii Fysen, layci professi, sartoris.* [***]

Eodem die 1587 obiit probus civis Ioannis Briet [5], sepultus ante altare Beate Mariae, qui cum in vita tum in morte largas exhibuit conventui eleemosinas. [***]

G. — (11). [f. 51r] *Martini episcopi.*

(*a*) Hocce verbum supra lineam ab eodem aman. adiectum. — (*b*) In margino addita manu scriptoris med. s. XVIIIi.

---

[1] Idem obitus succinctius immediate post ab amanuensi saec. XVIII repetitur.

[2] Circa annum 1670 de familia erat in conv. Vervietensi.

[3] Anno 1596 admittitur commensalis familiae Leodiensis ad praedicandum verbum Dei et confessiones fidelium audiendas; cfr. *Leodium*, t. VII, p. 104.

[4] Alterum *de Maseyck* coaevum vid. supra fol. 25r, ad 27. V. 1532.

[5] P. Ioachim Briet; cfr. fol. 31r, ad 4. VII. 1622.

1661 11ª novemb. obiit Gandavi R. A. P. Petrus Marchand[1], Provinciae nostrae Flandriae aliquando Minister Provincialis, totius Ordinis Seraphici Diffinitor, ac super Provincias Belgicas et annexas per 12 annos Commissarius Generalis et in Ordine iub., ex variis et doctissimis libris compositis celeberrimus ac memoria dignissimus.

Anno 1599 circa festum sancti Martini obiit honesta matrona Margareta ab Ora, alias de Viridi equo, cuius insigni beneficio habuit conventus sacrum ciborium argenteum pondo unciarum octoginta septem, ducatis duplis duodecim, totum deauratum, extra facturam elegantissimam; accessit calix unciarum viginti sex inauratus, cathena quoque aurea valoris centum octoginta et quindecim caroleorum, vestis etiam imaginis Deiparae ex holoserico figurato et alia nonnulla, que gratissimam sanctissimae foeminae renovant memoriam. [***]

Anno Dni 1676 novembris 12º obiit R. A. P. Matthias Hauzeur[2], Provinciae nostrae Flandriae quintum Minister Provincialis, reformationis promotor et fautor singularis, a doctrina et pietate ac fidei gloriosa contra haereticos propugnatione ubique nominatissimus.

A. — (12). *Anno Dni 1587 12ª novembris obiit Magister Franciscus de Meers, utriusque iuris licentiatus, qui testamento reliquit conventui centum florenos brabanticos, cuius anima requiescat in pace.* [***]

Ipso die anno 1706 obiit F. Antonius Lejeune, laicus.

Eodem die 1713 (*a*) P. Antonius Antoine, sac., praed., conf., iuv. Instructor.

B. — (13). [f. 51v] Anno Domini 1758 novembris 13ª obiit Verviae P. Thomas Collet[3], sac., praed., conf., huius conventus alumnus.

C. — (14). *Anno Dni 1581 novembris 14ª obiit Paschasia Grognet, uxor honesti civis Guilhelmi du Bois, alias la Barbe, sepulta in claustro; uxori suae iacet appositus predictus Guilhelmus, qui obiit anno 1592.* [***]

Eodem die anno 1738 obiit F. Paulus Motte, laicus in Ordine iubilarius.

Eodem die anno 1765 obiit F. Massaeus Dujardin (*b*), laicus, conventus Sougnegiensis alumnus.

D. — (15).

E. — (16). [f. 52r] 15ª (*c*) anno Dni 1679 obiit longa infirmitate exhaustus P. F. Coelestinus Hadin, sac., praed., conf.

Eodem die anno 1711 (*d*) obiit P. F. Iacobus Tonnart, olim Guardianus et monialium confessarius.

16ª (*d*) 9bris 1762 diem clausit extremum admodum Venerandus Pater Melchior Genin[4], S. Theologiae Lector iubilatus, Ex-Custos, huius conventus pro 2da vice Guardianus actualis.

(*a*) Correctum ab eodem amanuensi ex 1723. — (*b*) Nomen familiae alia manus supra lineam addidit. — (*c*) In margine. — (*d*) Correctum ex 1712.

[1] Huius incomparabilis viri, gloriae Ordinis Minorum in partibus belgicis, adnotationes tum biographicas tum bibliographicas vid. apud Thiery Rejalot, O. S. B., *Jacques Marchant de Couvin, sa vie et ses œuvres*, Namur 1908, Chap. I passim; Phol. Naessen, O. F. M., op. cit.; *Biogr. nationale;* BF pp. 216-228; (plura eiusdem manuscripta servantur in APB).

[2] Vid. *Biographie nationale;* Steph. Schoutens, O. F. M., op. cit., pp. 193 et s.; BF pp. 247-256; *Analectes pour servir...* t. XII, pp. 385 et ss.; Arm. Weber, op. cit., n. 1032.

[3] Natus in Verviers. — Ei coaevus P. Petrus Collet. TC. [4] Primum Guardianus Leodiensis 1755; iterum 1761. In Capit. ann. 1758 electus est Custos Provinciae. TC. et Ms. 271 Ac. Leod.

F. — (17). *Obiit anno Dni 1518 Venerandus quondam Pr. ac pie memorie Fr. Guilhelmus Sapidi*[1]*, Guardianus huius conventus, sub cuius Guardianatu dedicata fuit ecclesia nostra;* [***] 16 9bris. [med. saec. XVIII°.]

G. — (18). Anno Dni 1670 17 novemb. obiit dilectus nobis in Christo Pater Fr. Nicolaus Pachys, sacerdos.

Anno 1750 novembris 18a obiit R. A. P. Guillelmus Jodogne[2], in primariis Provinciae conventibus Guardiani, Custodis, ac Ministri Provincialis functus officiis, propter affabilem ac pacificam conversationem omnibus gratus.

Eodem die an. 1777 obiit F. Arnoldus Jolet[3], laicus, infirmarius charitativus.

A. — (19). [f. 52v] *Elizabeth.*

Decima nona novembris obiit venerabilis Pater, ac in medio loci capitularis conditus, Fr. Iohannes Regis[4]*, qui huius conventus bina vice extitit Gardianus, necnon Lector eximius; etiam suo tempore sedilia ecclesiae fuere conctructa; anno Dni 1557.* [***]

Eodem die anno 1776 obiit honorabilis Dnus Stephanus Dethier, pharmacopola nobis addictus, et in sarcophago sepultus est prope sedem concionatoriam.

B. — (20). Obitus V. P. F. Eustachii Mawet, sac., praed., confessarii, pluribus laboribus pro zelo animarum indefatiganter perfuncti, 20 9bris an. 1645 (*a*).

Obitus V. P. Fratris Guilliemi d'Arbe, sac., praed., confessarii.

20 9bris (*b*) 1669 apoplexia correptus in hoc conventu obiit V. A. P. Franciscus Sallengre[5], Guard. Viselensis pro secunda vice, qui in ecclesia Cathedrali Leodiensi et Namurcensi ac in plerisque famosioribus Provinciae nostrae cathedris summo cum auditorum concursu et applausu per plures annos concionatus est.

C. — (21). Eodem die an. 1677 obiit P. Ernestus Longuet, in docendis rusticis praesertim rudioribus verbo et exemplo indefessus; 20 9bris (*c*).

D. — (22). [f. 53r] 22 9bris an. 1744 obiit P. Antonius Flon, sac., praed., conf.

Anno 1625 (*d*) ipso S. Ceciliae obiit honesta matrona Agnes Aegidii[6], V. P. Aegidii Duron mater, ante suggestum praedicatorium, quem fecerat erigi, sepulta in habitu Ordinis, quae in testimonium suae affectionis in Ordinem et con-

---

(*a*) Haec ultima addita ab aman. med. saec. XVIII¹. — (*b*) In margine praeiecta a script. med. saec. XVIII¹. — (*c*) Haec addita ab aman. med. saec. XVIII¹. — (*d*) Ab eodem script. correctum ex 1615.

---

[1] Origine Leodiensis, uti videtur. Post Capit. habitum in Castro Theodorici, electione conventui relicta, designatur Guard. Leod.; quo in officio continuatur per Capit. Gandavense, an. 1507; cfr. Ms. 77 fol. 10r. — Dedicatio ecclesiae a Domino de la Marck 21. III. 1507, videsis supra fol. 8v, ad 16. II. 1528.

[2] Limburgensis patria (natus in pago Laveau), praefuit conventibus Bollandiensi (1704), Nivellensi (1709), Durbutensi (1716), Namurcensi (1719); in celebri ac famoso Capitulo Provinciali ann. 1722 Custos declaratur; tandem toti Provinciae Flandriae praeponitur in Cap. Nivellensi an. 1725. Obiit anno aetatis 68, profess. 48, sacerd. 40; cfr. Ms. Doyen, p. I, et TC.

[3] Anno 1749 sartor in eodem conv. Leod.; cfr. Ms. 271, fol. 30r.

[4] Guardianus Leodiensis bis electus, scil. in Capit. Brugensi ann. 1549, et in Nivellensi ann. 1555; cfr. Ms. 77, fol. 10v. Ipse frater, uti remur, Patris Bernardi Regis († 1563).

[5] Oriundus ex Avesnes. Superior meritissimus in Visé ecclesiam a fundamentis extrui curavit; cfr. Ms. Doyen, p. II.

[6] Maritus eius prior, Antonius Tona, cf. supra, fol. 15r. ad 26. III; alter vero Carolus Duron (ibid.).

ventum hunc plurima beneficia contulit, et inter caetera, ornamenta caerulei coloris holoserica, ac vestem b. Barbarae sericam coloris crocei.

E. — (23). 24 9bris 1695 obiit P. F. Bernardus Dardenne[1], sac., praed., conf. [med. saec. XVIIIº.]

Eodem die obiit mater duorum Confratrum, Domicella vidua Dni Chesneux[2], et in ecclesia nostra sepulta est ante altare S. Iosephi, anno 1769.

24 anno 1767 obiit Domicella Maria Catharina Waonry, coelebs, et in sepulchro paterno sepulta est.

F. — (24). *Anno dni 1506 obiit Fr. Ioannes Mandi*[3], *sacer., pred. et conf.* [***]

Vigesima quarta novembris obiit venerabilis P. Ioannes a Porta, sac., praed., conf., quondam huius conventus Vicarius et in Ordine iubilarius, 1625.

Anno Domini 1633 26ª novembris (*a*) obiit dilectus in Christo Frater F. Lambertus a Salice, diaconus, e conventu Namurcensi ad nos sanitatis causa divertens.

G. — (25). *Anno 1569 obiit Fr. Fredericus Leonardi*[4], *sacer. et conf.* [***]

A. — (26). [f. 53v] Anno 1654 26 novemb. (*b*) obiit V. P. F. Ioannes Hermanni[5], praed. et conf., in Ordine iubilarius, Leodii et Luxemburgi quondam Vicarius, chori cultor indefessus, ac propter pacificam suam conversationem omnibus amabilis. Requiescat in pace.

Anno 1657 eodem die 26 9bris (*c*) obiit honesta matrona Magdalena de Clairmont, vidua honorabilis viri Arnoldi le Wal, quae pro suo erga Ordinem nostrum affectu, conventui sexcentos florenos brabanticos testamento legavit; oretur pro ea.

Anno 1775 obiit eodem die P. Dionisius Paulus[6], sac., praed., conf.

B. — (27). Anno Dni 1733 mensis 9bris 27ª ex hac vita migravit honestus Dnus Ioannes Franciscus Marchal, qui pluribus annis huius conventus fuit sindicus. R. i. P.

Eodem die anno 1738 obiit Dns Paschalis Delahaut; sepultus est ante altare Virginis Hallensis[7].

C. — (28). *Obiit Fr. Petrus Minné, sacerdos, anno 1595.* [***]

Anno Dni 1680 29 novemb. obiit P. F. Hermannus Melotte, sac., praed., conf.

29 9bris an. 1726 obiit V. P. Henricus Southendael, sac., praed., conf., ex conventu Hassellensi[8]. [med. saec. XVIIIⁱ.]

Eodem die 1767 obiit V. P. F. Bonaventura Favier[9], Lect. em., olim Guardianus.

(*a*) Dies et mensis supra lin. ab eodem amau. adiecta sunt. — (*b*) Dies et mensis supra lin. ab eodem adiecta. — (*c*) Ab aman. med. saec. XXIII supra lin. addita.

---

[1] Filius Domini Leonardi Simar; vid. supra, fol. 39v, ad 27. VIII. 1659.

[2] *Bull. Instit. archéol. Liégeois*, t. XXV, p. 294.

[3] Vid. supra fol. 42r, ad 9. IX. 1518.

[4] 20. XI. 1586 obiit P. Servatius Leonardi, ibidem (i. e. ad Sambram) per multos annos Vicar. et Guard.; cfr. *Analectes...* t. X, 1873, p. 88.

[5] Enumeratur inter Leodienses admissos ad praedicandum et confessiones audiendas, anno 1596; cfr. *Leodium*, t. VII, p. 104; Ms. Doyen, p. II.

[6] Terminarius zelosus conv. Leodiensem inhabitabat anno 1749; cfr. Ms. 271, fol. 27v.

[7] Hocce in sepulchro familiae, alii *Delahaut* appositi sunt.

[8] Provinciae scil. Germaniae Inferioris.

[9] In Capit. 1743 eligitur Guardianus conv. Virtonensis, cum titulo Lectoris emeriti.

Anno Dni 1720 30 novembris obiit P. F. Nicolaus Dardenne senior, olim Vicarius et monialium confessarius.

D. — (29). [f. 54r] In vigilia Andreae anno 1615 obiit ac ante altare maius inhumatus est honorandus Dns Lambertus Goreux, syndicus huius domus, qui ob singularia beneficia hinc et inde elargita pater et benefactor huius Provinciae merito est vocandus, cuius anima requiescat in pace. [***]

30 9bris (*a*) anno Domini 1659 obiit honesta ac devota filia Ioanna Delvaux, Tertiaria, quae testamento suo bonam conventui reliquit eleemosynam, ut oretur pro anima eius.

E. — (30). *Obitus Rev*^{li} *Pris. Fratris Michaelis Brongnart*[1] (*b*), *Provinciae Flandriae Ministri primi, antea vero Ministri Franciae Parisiensis Commissarii, in plerisque locis annis 22*^{bus} *Guardianus, tandem plenus dierum in conventu Gandensi vita functus, inhumatus est sub lampade chori, 28*^{a} *novembris anno 1525.* [***]

[DECEMBER].

[f. 54v] *December habet dies xxxi Luna xxx* (*c*).

F. — (1). 1^{a} Xbris anno 1744 obiit P. F. Henricus Mouilhet, sac., praed., conf., olim Vic. et Inst. [med. saec. XVIII^{i}.]

G. — (2). Anno Dni 1781 4ta Xbris obiit adm. R. P. F. Hubertus Lambkin[2],

(*a*) In margine additum a scriptore med. saec. XVIII. — (*b*) Additur verbum mutilum *flan*, sed lineis obductum est. — (*c*) Hic titulus, oblivione primarii amanuensis omissus, additus est post inscriptum obitum sequentem anni 1744.

[1] Pauca lubet excerpere de documentis manuscriptis hucusque ineditis, quae adiumento erunt conficiendae biographiae tanti Patris Provinciae nostrae. Ms. *Acta diurna... conventus Brugensis:* « Anno 1525 (30. XI) obitus Michaelis Broignart, qui conventibus S. Audomari, Namurcensi, Athensi et de Nanceo in guardianatus officio 30 et eo amplius annis zelose et strenue praefuit, Sororum quoque Ste Clarae conventuum Insulensis et Barriducis confessor extiterat devotus, et tandem Commissarius et Custos effectus in huius almae nostrae Provinciae Flandriae primum Provincialem Ministrum in hoc Brugensi Capitulo est electus, quo fungens officio diem clausit extremum in conventu nostro Gandensi, omni commendatione dignissimus ob ipsius, quem in religionem habuit, fervidum zelum ». — Vid. *Obituaire des Fr. Min. de Gand,* ed. Dr. Friedlaender, op. c. ad 30. XI. — Ex duobus codicibus Musaei Namurcensis: In Capit. Prov. Franciae, Gandavi, 1505. 24. VI. P. Michael Broignart ex Guard. Namurcensi Definitor eligitur (Ms. 166, fol. 209v); in Congreg., Leodii (de Ierusalem) 1511. 22. VII, ex Guardiano in Nanceyo iterum Definitor (it. fol. 217r); in Congreg. Ypris 1514, 25. VI. ex Guard. S. Audomari, Definitor (it. fol. 219v); in Congr. Rothomagi, 1516. 11. V. ex Guard. Namurcensi (ipse et Discretus conventus pro hocce Capitulo) Definitor (it. fol. 236r); in Congreg., Dunkerkae, 1519. 17. VII, ex Guard. Namurcensi (iterum et discretus fuit) Definitor (it. fol. 236r); In Congreg. Provinciae Franciae Parisiensis, Avesnis, 1520, 22. IV. instituitur Custos Flandriae. (Ms. 142, f. 90v.). — In Capit. Burgensi, 1523. 4. X. primus eligitur Min. Provincialis Flandriae, ex Guardiano Namurcensi; sed, cum in Capit. Generali Burgensi, eiusdem anni, Min. Generalis definitorium non nominavit pro nova Provincia nostra, scrupulum natum est inter Fratres circa validitatem electionis Ministri. Ideoque post renuntiationem, de novo electus Michael Broignart in 2° Capit. Provinciali, Gandavi, 1524; cfr. Ms. Doyen, p. I.

[2] Oriundus ex Le Sart. In Ordine Lectoris officio incipit fungi Cinaci anno 1740. Sacram Theologiam praelegit Patribus Augustinianis monasterii Flonensis (dioces. Leod.) per 5 annos

Lector emeritus, pluries Guardianus, Diffinitor, monialium confessarius, Provinciae et Nationis Secretarius; qua Custos Custodum Generalibus Valentiae interfuit Comitiis, et post Commissarius Provincialis designatus in Provinciae patrem assumptus est. Requiescat in pace.

Anno 1750 decembris 5ª obiit V. P. Ioannes Franciscus Coëmans[1], iubilarius, pluries Guardianus.

Anno 1777 sepulta est in ecclesia Maria Matthieu, coelebs.

A. — (5). Anno 1610 5ª decembris obiit dilectus nobis F. Iacobus Sacré, laicus, pannifex. [***]

Anno 1721 5ª decembris obiit P. F. Iacobus Debaty, sac., praed., conf.

Anno 1630 ipso die sanctae Barbarae[2] obiit F. Guillemus de Vaux, sacerdos, praedicator et confessor.

Anno 1760 eodem die obiit P. F. Franciscus Puissant[3], sac., praed., conf., stationarius.

B. — (4). [f. 55r] Anno Dni 1681 die 6ª decembris obiit in Dno in hoc conventu Rmus P. F. Bartholomaeus Dastroy[4], Lector iubilatus, olim Provincialis, et super Provincias Germano-Belgicas Commissarius Generalis, vir ob egregias animi dotes, ingeniique claritatem ad omnia quasi natus, et orbi christiano notus per varios libros, quibus haereticos confutavit, et ad pietatem sectandam animos fidelium incitavit. Dixerimus satis quod ubi per septem annos Traiecti Ser^{mi} Principis missionarii munere functus, cunctis fuerit gratus, demptis haereticis, et omnibus desideratissimus.

C. — (5). *Obiit V^{dus} Pr. Fr. Henricus de Warnant, sac., pred., et conf., huius conventus aliquando Vicarius et iuvenum Instructor diligens,* [***] 5ª Xbris. [saec. med. XVIII^{i}.]

D. — (6). Anno Dni 1635 7 decembris obiit honestus civis Petrus Gageux, conventus benefactor, pater F. Ioannis Chrysostomi Gageux, laici.

E. — (7). [f. 55v] Decembris 7 anni 1616 in conventu Luxemburgensi obiit V. P. Fr. Mathias Sylvius[5], alias Labarbe, eiusdem conventus secundum, Leodiensis

---

(1743-48). Conventui nostro *de Ierusalem* bis praeerat in officio Guardiani (1758, 1764). In Capit. 1761 Definitor et Secretarius Provinciae designatur; tandem 1767 Custos Provinciae eligitur cum residentia Leodii; cfr. TC. et Kaisin, op. cit. I, p. 87. — Capit. Generale Valentiae habitum an. 1768.

[1] Filius Domini scabini Couvinensis. Praefuit conventibus Durbutensi, Waremmiensi et Couvinensi. TC. [2] Quae sancta Patrona ecclesiae conventualis. [3] Natus Caroloregii circa an. 1725; professionem Ordinis emisit 22. IV. 1743 in conv. Couvinensi; cfr. RAD. pp. 712 et 716.

[4] Vid. Ms. Doyen, p. 1; P. Steph. Schoutens, op. cit., p. 207. — Quoad disputationes Frat. Min. cum haereticis in partibus Traiectensibus et alibi hoc tempore cf. Marcellino da Civezza, *Le Missioni Francescane*, vol. II, Firenze 1892, 224-29; 359-65 et Ms. *Conclusiones Capitulares S. Lamberti*, ad ann. 1657 etc. (Archiv. de l'Etat, Liége). — Obviam habuimus authographum P. D'Astroy, quo certificat publicam abiurationem erroris ill. Domini Comitis Caroli Rhingraffe. (Leodii, 25. I. 1660). Cfr. pro copiosa bibliographia eiusdem doctissimi theologi BF. pp. 274-283. Insuper auctor est chronologiae manuscriptae servatae in Biblioth. regia: *Chronique ou histoire véritable de l'origine, institution et progrès de la Congrégation des Soeurs regulières proche de Sainte Vérone les Liége*, editae apud *Annales pour servir...* t. XIII, pp. 129-189.

[5] Leodiensis origine. Praeponitur conventui *de Ierusalem* in Capit. 1598, 1601 et 1607 Ms. 77, fol. 11r; Guardianus vero Luxemburgensis existit ann. 1614; cfr. RAD p. 193. — Obiit non 7ª, sed 9ª XII. Ms. 77 l. c.

vero nostri tertium Guardianus, quondam Provinciae Diffinitor, necnon conventuum Leodiensis et Namurcensis sacrae Theologiae Lector, atque ob eximiam in predicando doctrinam ac facundiam tum alibi tum in ecclesia Cathedrali Leodiensi per 15 circiter annos ecclesiastes celeberrimus. [***]

Eodem die anno 1659 pie in Domino obdormivit P. F. Matthias Jalhea, sacerdos, praed. et confessarius.

F. — (8). Anno Domini 1648 decembris 8 obitus V^{di} Patris F. Urbani Van Hulle [1], qui e Provincia S. Ioseph in comitatu Flandriae Leodium missus ad inserviendum stationi Flandricae, omnibus Flandris ob pacificam et exemplarem conversationem gratissimus fuit.

Eodem die anno 1655 obiit V. P. Martinus Rivo, in Ordine iubilarius, qui quoad vixit fuit in concionibus assiduus et sui status plurimum zelosus.

G. — (9). *Obitus venerabilis viri Nicolai de Preal, villici Villariensis iuxta Hoyum, qui in vita sua Fratres nostros recepit hospitio ac in morte viginti florenos brabanticos legavit conventui nostro, anno 1571 mensis decembris 7^{a}.* [***]

Obiit et sepultus est in habitu Ordinis apud nos et in Fratrem receptus venerabilis Dns Magister Stephanus Pelletier, ecclesiae sancti Lamberti Leodiensis Canonicus, qui pluries bonas dedit eleemosinas conventui, anno 1510. [***]

9 Xbris (*a*) eodem die anno 1650 obiit P. F. Nicolaus Francque, sac., praed. et conf., qui maxime fuit charitativus in visitandis infirmis et confessionibus excipiendis specialiter pauperum.

[f. 56r] Anno Dni 1749 (*b*) 9^{a} decembris obiit F. Ioannes Tonnart, laicus.

Eodem die anno 1746 obiit F. Didacus Bastin, laicus.

A. — (10). Anno Dni 1639 decembris 10 obiit, ac in choro nostro sepultus est, honorabilis civis Guilielmus Rulingen, celebs octogenarius, qui moriens conventui bonam eleemosynam legavit.

B. — (11). 11 anno 1707 obiit P. Remaclus Graffart [2], sac., praed., conf., olim Vicarius.

C. — (12). 12 obiit F. Aegidius Smelten, laicus, an. 1661.

Eodem die 1735 in monasterio Roberti montis inter adstantium Fratrum preces hernia defunctus est F. Paulus Kourts [3], laicus, conventus Luxemburgensis alumnus, in architectura expertissimus; sepultus est in claustris huius conventus. R. i. p.

D. — (13). [f. 56v] *Anno Dni 1578 decembris 13 obiit Fr. Herculis du Fay, sacer., pred. et confessor.* [***] ac Condrusii terminarius. [exeuntis saec. XVII^{i}.]

(*a*) In margine adiectum ab aman. med. saec. XVIII. — (*b*) Correctum ex 1631. Duo manus hunc exaravere obitum.

---

[1] Saeculo natus circa ann. 1609, Ordini vero seraphico 1628, ad primam iurisdictionem in sua Provincia comitatus Flandriae admissus in Cap. 6. V. 1637. — Hucusque P. Phol. Naessen, op. cit., quem latebat necrologia nostra Leodiensis.

[2] Familia *Graffart* Vervietensis, ex qua plures apud nos ibidem inhumati; vid. Renier, op. cit., p. 90 et passim. — Fuit aliquando commensalis in conv. Vervietensi.

[3] Natione Bavarus; professionem in Ordine emisit 16. VI. 1710 in conv. Diekiriensi, annos natus circiter 30; cfr. BAD pp. 695, 711, 327. — « Architectus fuit insignis et sculptor », uti ait Ms. Doyen, p. II. Desideratur apud P. Steph. Schoutens, O. F. M., *Kunstschilders Beeldhouwers en Bouwkundigen der Minderbroedersorde in Belgie,* Antwerpen 1903.

*

Eadem die anno 1681 obiit V. P. Hilarius D' Engis, in Ordine iubilarius, vir bonus et pacificus.

Eodem die anno 1712 obiit F. Martinus Braconnier, laicus. [med. saec. XVIII°.]

E. — (14). Obitus F. Foillani Ruthy [1], sacerdotis et predicatoris, anno 1619, suo tempore in hoc conventu magistri iuvenum.

Anno Dni 1698 14 obiit F. P. Benedictus Raick (*a*), sac., apoplexia quadriennali probatus.

Anno Dni 1699 16 decembris obiit F. P. Andreas Souvet [2], sac., praed., conf.

Anno Dni 1758 decembris 14ª obiit F. Michael Deigné, laicus, in Ordine iub.

F. — (15). 15 decembris an. 1730 obiit F. Franciscus Lafleur, sac., S. Th. et conv. Luxemb. alumnus. [med. saec. XVIII[i].]

G. — (16).

A. — (17). [f. 57r] *Anno Dni 1560 decembris 17 obiit Frater Iacobus a Fraxino, sacerdos.* [***]

B. — (18). Obitus R[ndi] Domini Melchioris Cox, Canonici et Cantoris in ecclesia Collegiata Sanctae Crucis, qui conventui legavit bonam eleemosinam, an. 1619.

C. — (19). 18 decembris anno 1707 obiit in hoc conventu F. Pacificus Lefer, laicus, officio infirmarii per 54 annos singulari cum charitate functus.

Eodem die anno 1708 obiit F. Perpetuus Purnode, laicus.

Eodem die anno 1760 obiit P. F. Renerus Bouillon [3], sac., praed., conf., olim Instructor.

D. — (20).

E. — (21). [f. 57v] *Anno 1590 Fr. Anselmus Bultel, sacerdos et pred.* [***]

20 decembris 1740 obiit F. Nicolaus Le Jeune, questor panis sedulus et devotus.

Eodem die V. P. Iosephus Le Soin [4], in Ordine iub., Guard., Vic., mon. conf.

F. — (22). 21 decembris 1690 obitus P. F. Eustachii Abri, sac., praed., conf. [med. s. XVIII[i].]

Altera die Sancti Thome obiit Fr. Ioannes a Nivella, laicus et professus ac braxator, anno 1569. [***]

Eodem die anno 1680 obiit V. P. F. Balthasar Polleur, sacerdos ac in Ordine iubilarius.

25 anno 1689 obiit P. Leonardus Dardenne, sac., praed., conf. [med. s. XVIII[i].]

24 decembris 1790 paralisi ictus obiit A. R. P. Pater Christophorus Fassin, Lect. emeritus et actualis Min. Provincialis. R. i. P.

(*a*) Nomen familiae supra lineam additum eodem ab amanuensi.

[1] Ad iurisdictionem in dioecesi Leodiensi admissus anno 1596; cfr. *Leodium,* t. VII, p. 104.

[2] Cfr. infra fol. 58r, ad 30. XII. 1699.

[3] Anno 1749 alumnus et terminarius zelosus conventus Leod. cfr. Ms. 271, fol. 30r.

[4] Natus in Verviers; plures ex eiusdem parentibus apud nos ibidem sepultos invenies apud Renier, op. cit., p. 96 et passim. — Habitum Ordinis induit 1710 ad Dickieriam; professus vero 19. VII. 1711 in conv. Uffingensi. RAD. 493 ss. Series vitae: Anno 1733 Guardianus exstat in Couvinio; in Capit. 27. VII. 1734 praeponitur conventui Leod.; ann. 1743 designatur confessarius Recollectinarum Leod.; post Capit. 1755 invenitur iterum in conv. Couvinensi; TC. — Contexuit chronologiam Prov. Flandriae, quam pro maiori parte edidit cl. Grob, RAD. pp. 89-106.

G. — (23). *Obitus providi viri Ioannis de Pica, qui in vita huius conventus extitit benefactor, anno 1545 penultima decembris, qui legavit conventui non minus trecentis florenis leod.* [***]

A. — (24). *In Vigilia Nativitatis Dni obitus Fratris Ioannis Solle, predicatoris et conf. atquè Tongrorum terminarii, anno Dni 1554.* [***]

B. — (25). [f. 58r] Ipsa die Nativitatis Dni nostri Iesu Christi obiit Fr. Ioannes Minet, laicus, huius conventus braxator, 1625.

Ipsa die Nativitatis Domini obiit Margarita, uxor charissima Dni Iacobi Paradis medici Doctoris domestici, quae per 30 annos pro solatio Religiosorum infirmorum erga maritum semper sollicita fuit; easdem preces pro se praefatus maritus, amoris uxorii haeres et superstes, rogat.

26 anno 1771 obiit P. Rochus Gilon [1], sac., praed., conf.

C. — (26). Obiit anno 1625 27ª decembris honesta matrona Anna Fœuarge, relicta quondam honesti viri et civis Leodiensis Guillelmi Goba, quae in vita multas contulit eleemosinas, morte autem adveniente, in testamento suo legavit conventui centum florenos brabanticos, ut huic libro adscriberetur; oretur pro eis. Requiescant in pace, amen. [ante med. saec. XVIIº.]

25 obiit P. F. Lambertus del Chiffe, sac., praed., conf., 1667.

27 anno 1709 obiit P. Ioannes Lewache, sac., praed., conf.

28 anno 1742 obiit P. V. Bernardinus Charlier, sac., praed., conf. in sacello Flandrorum (*a*).

D. — (27). *Obitus Fratris Bonaventure de Diest, praedicatoris et conf. et librorum ligatoris, anno 1527.* [***]

Eodem die anno 1772 obit Dnus Franciscus (*b*) Libert, cœlebs, et ante primum confessionale a parte Epistolae sepultus est.

26 decemb. 1778 obiit N. Pareye, faberferrarius plateae nostrae, et in claustro sepultus est.

30 decembris 1699 obiit V. P. F. Richardus de Mortier, in Ord. iubilarius.

30 decembris 1699 obiit F. P. Andreas Souvet, sac., praed., conf., triennali infirmitate probatus (*c*).

E. — (28). [f. 58v] *Obiit Rmus atque illustrissimus Dnus D. Gerardus a*(*d*) *Graesbeeck* [2], *S. R. E. Cardinalis, Leodiorum sacri prophanique iuris Princeps optime meritus, et familiae nostrae addictissimus, qui divino suo ingenio et familiari in rebus agendis prudentia multas tempestates, que difficillimis Belgii temporibus Leodiensi Reip. impendere videbantur, ita compressit, ut patriae parens iure appellari possit; anno 1580.* [***]

Eodem die 28 decembris(*e*) anno 1675 obiit R. A. P. Franciscus de Traux [3], alias Provinciae nostrae Flandriae Minister Provincialis, ob innatam sibi benignita-

(*a*) Sequitur in Codice manu med. saec. XVIIIº: ***28 anno 1675 obiit R. A. P. F. Franciscus Detraux exprovincialis etc. verte folium,*** ubi revera necrol. invenitur; cf. fol. 58v. — (*b*) Correctum ex inlegibili nomine. — (*c*) Per totum hic obitus linea obductus exstat, cum sit repetitio: v. fol. 57v. — (*d*) Mentis distractione *a* in fine et initio lineae repetit. — (*e*) Dies et mensis addita supra lineam ab aman. med. s. XVIIIi.

[1] Sacerdotio initiatus anno 1767.

[2] Vid. *Bull. de l'Instit. archéol Liégeois,* Indicem (I-XXX) ad nomen: *Gérard.*

[3] Erat oppido Castiletensi ad ripam Sabis oriundus. Absens Provinciae praeponitur in Capit. ann. 1670; obiit Namurci, aetatis suae anno 61, professionis 38, sacerdotii 33. Vid. P. Steph. Schoutens, op. cit. 224.

tem, prudentiam, et pietatem ac Religionis zelum omnibus, tam saecularibus quam Religiosis, magnatibus pariter et eorum subditis, gratissimus. Adeo humilis, ut cum in hoc conventu Guardianum ageret ad introducendam collectam carnium et abolendam pecuniarum, quae per saeculares fiebat, ostiatim mendicare non erubuerit.

29 decembris obiit Dnus Antonius Delahaut, adolescens; sepultus est ante altare Virginis Hallensis.

F. — (29). *Anno 1585 die 30 decembris obitus Fratris Ioannis Facompir, sacerdotis.* [***]

Eodem die anno 1677 obiit P. F. Everardus Brasseur [1], sacerdos, a pluribus Provinciae nostrae conventibus portarius vigilantissimus et pacificus.

G. — (30). 31 anno Dni 1745 (*a*) obiit P. F. Bertrandus Loli [2], sac., praed., conf. [med. saec. XVIII[i].]

Eodem die anno 1752 obiit F. Christophorus Meusch, clericus.

A. — (31).

(*a*) Annus ab eodem aman. supra lin. additus est.

[1] Floruit in Provincia coaevus Philippus Brasseur, in Capit. 1643 Guardianus Athensis electus.

[2] Verviae oriundus; sacerdotio initiatus anno 1695. TC.

ADDENDA.

P. 322 lineis 2ae et 3ae interponas:

Eodem die obiit 1728 frater Ludovicus Marnette, laicus.

P. 323 inter lin. 6m et 7m adicias:

Eodem die 1727 acuta febri a nobis sublatus est R. A. P. Cyrillus Lorent, Minister Ex-Provincialis almae nostrae Provinciae, qui multum laboravit pro aedificatione et decoratione novae ecclesiae nostrae, ob innatam benignitatem ac religionis zelum omnibus gratissimus.

P. 355 inter lin. 6m et 7m addas:

5 augusti anno 1713 obiit V. P. F. Vincentius Despaa, olim Sac. Theol. Lector et Guardianus.

CORRIGENDA.

Pag. 315, l. 7	legitur	*de Kaine*	legatur	Dukaine.
» 316, l. 12	»	1651	»	1641.
» 217, n. 2	»	Dellrouck	»	Delbrouck.
» 320, n. 4	»	Capin	»	Carpin.
» 327, l. 25	»	1702	»	1722.
» 328, l. 15	»	1665	»	1655.
» 328, l. 23	»	1745	»	1748.
» 331, l. 11	»	1683	»	1682.
» 331, l. 18	»	1772	»	1771.
» 332, l. 10	»	1649	»	1694.
» 322 l. 17	»	1502	»	1592.
» 335, l. 11	»	Booez	»	Bovez.
» 336, l. 9	»	1680	»	1670.
» 337, l. 1	»	Rogimont	»	Regimont.
» 338, l. 6	»	4a maji	»	5a maji.
» 340, l. 5	»	1745	»	1748.
» 346, l. 21	»	27	»	21.
» 354, l. 7	»	1710	»	1770.
» 357, l. 25	»	1585	»	1583.
» 363, l. 27	»	Berardi	»	Gerardi.
» 364, notulis 8. 9. 1 etc. praeponendi sunt numeri 1. 2. ... 7.				
» 365, l. 11	legitur	*Calaert*	legatur	*Lalaert.*
» 367, l. 13	»	Rustique	»	Rusticque.

INDEX NECROLOGII

CONVENTUS LEODIENSIS

I. NOMINA FRATRUM MINORUM

ET AUCTORUM ETC. IN ADNOTATIONIBUS ALLEGATORUM.

Cl. = Clericus; Fr. = Frater; L. = Laicus; P. = Pater.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

R

S

T

U

V

W

Z

II. NOMINA ALIARUM PERSONARUM.

III. INDEX LOCORUM.

Provinciae conventuum nominibus saepius occurrentibus omnes paginas indicare, nobis superfluum visum est. — Item omisimus adnotationes geographicas adiicere, cum, praeter franciscana et quidem notissima, omnia locorum nomina ad patriam belgicam pertinent. — Ob diversam orthographiam, vernacula et moderna lingua ordinarie utimur.

V.

NECROLOGIUM

FRATRUM MINORUM DE OBSERVANTIA

PROVINCIAE S. P. FRANCISCI RAGUSII

EDIDIT NOTISQUE ILLUSTRAVIT

P. BENVENUTUS RODE O. F. M.

PRAEFATIO EDITORIS.

Quatuor sunt extensores huius Necrologii: Dolci P. Sebastianus, qui lingua latina per 32 folia a n. 1° usque ad 738 conscripsit; Marković P. Ambrosius, qui item latino idiomate utens 44 foliis a n. 739 ad 850 usque insudavit; Kuzmić P. Evangelista, qui a n. 851 pervenit per 26 folia ad n. 898, et Candidus P. Mariotti, qui ut P. Evangelista inhaesit italicae linguae et a n. 899 usque ad 909 per 7 folia Necrologium hoc conclusit. Ab unoquoque istorum Necrologium nitido nunc, quandoque obnubilato, minimo vel grandiusculo charactere extensum est; quod pariter habet cm. 28×19, pergamena contectum et charta; ruvida folia apparent, quae in usu veniebant ad finem saeculi XVIII. Asservatur vero in Archivo conventus S. Francisci Ragusii.

Nihil addere ad ea quae in hoc Necrologio narrantur, existimavi. Fateor tamen me voluisse in notis inserere synopsim quarumdam litterarum ex *Lettere e Commissioni di Levante e di Ponente*, quae in Archivo Gubernii antiquae Reipublicae Ragusinae inveniuntur, spe confisus, has Necrologio huic, novitatis gratia, aliquid profuturas. Nonnihil praelibare de istis *Lettere e Commissioni* mihi fas sit.

Ab initio praecipue vocantur et sunt *Lettere e Commissioni di Levante*, quia Ragusii relationes versabantur cum provinciis balcanicis, cum Italia et Hungaria, Pontificibus et civitatibus adriatici litoris Italiae. — Temporis decursu mutua officia cum Italia in dies creverunt, crevitque auctoritas consiliorum, speciatim quoad commercium Reipublicae, quod Mediterraneum digressum est et Alpes superavit. Hinc necesse fuit litterarum etiam commercia in duas partes dividere: proindeque ea quae Italiam respiciebant sub *Lettere e Commissioni di Levante* veniunt; alia vero *Lettere e Commissioni di Ponente* audiunt. *Lettere e Commissioni di Levante* ergo, quae quoquo modo Orientem respiciunt, initium sumunt a 22 iunii 1359, quo anno Respublica Ragusina a Venetorum dominio libera effecta est, protectionique Regis Hungariae se dicavit, et producuntur ad annum 1802, chartacea volumina 108 complectentes. *Lettere e Commissioni di Ponente*, quae ad Occidentales Europae provincias diriguntur, ab anno 1566 initium sumunt et per 155 volumina ad annum 1802 usque decurrunt.

In his Litteris plures inveniuntur litterae ad Pontifices, Cardinales, Reges, Fratres Minores, missae, commissiones Fratribus datae, instructiones, res eventusque varios quoad Fratres declarantes, praesertim olim Ragusinae provinciae et ditionis. Hic Fratres nostri laudibus extolluntur ob vitae sanctimoniam, morum integritatem, verbi Dei praedicationem, scientiae theologicae praestantiam, ob functa optime munera et legationes, qui et officiis et beneficiis a Republica locupletantur. Nonnulli e contra acribus verbis vituperantur, aliquando singulorum scandala et facinora patefiunt et subtili artificio aperiuntur defectus: at semper hunc in finem, ut istiusmodi e coenobiis Ragusini Dominii arceantur et huc integerrimae vitae Fratres inducantur. Haec omnia aliaque, quamvis breviter conscripta, in allatis videri poterunt. Docu-

menta integra hic afferre, nec locus videtur, nec prudentia docet; et labor improbus foret, taediumque aliquando [1].

In notis, prouti hodiedum usus et ratio fert, cognomina, saltem aliquantulum moderni styli diversitatem praeseferentia, croatice componere studui.

Fateor nihil ex nostris scriptoribus retulisse, ne, cum mihi mens non sit historiam texere horum locorum, videar fines praetergredi huius Necrologii. Si quid nihilominus desideratur, inveniri potest in auctoribus eorumque libris, quos hic in elenchi specie appono: quamvis aliquando opera citaverim Wadding, Farlati, Fabianich, prout ad manus mihi parabantur. — Ex Dolci, *Monumenta historica Provinciae Ragusinae* nihil citandum putavi; nam sufficit, ut videbitur, haec ad hos annos pervolvere; et quae errata et quae conveniunt, facile quisque introspiciet.

Memoranda haec opera sunt ad illustrandam historiam praecipue Provinciae Ragusinae [2]:

Sebastianus Dolci, O. F. M., *Monumenta historica Provinciae Rhacusinae O. F. M. S. P. N. Francisci.* Neapoli 1746. — Eiusdem omnia quae citantur in ipsius necrologia, sub. n. 738.

Fabianich P. Donato, O. F. M., *Storia dei Frati Minori dai primordi della loro istituzione in Dalmazia e Bosnia fino ai giorni nostri.* Zara 1863-64; 2 voll. in 8°.

Eusebius Fermendžin, O. F. M., *Acta Bosnae potissimum ecclesiastica cum insertis documentorum regestis (925-1752)* (ap. *Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium,* t. XXIII). Zagabriae 1892.

Monumenta spectantia historiam Slavorum merid., t. I-XXXI. Zagabriae 1868-1908.

Monumenta Ragusina, ibid. X. XIII, XXVII-XXIX (t. I-V). Ibid. 1879-1897.

Scriptores, ibid. XIV, XXV, XXVI, XXX (I et II) XXXI (t. I-V). Ibid. 1885-1908.

Smičiklas, *Codex diplomaticus regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae.* Zagabriae 1904-1908; (t. II-VI) et bibliographiam eis praefixam: v. g. V, 1907, p. V-VII; VI, 1908, V-II.

Valentinelli G., *Specimen bibliographicum de Dalmatia et agro Labeatium.* Venetiis 1842.

Idem, *Bibliografia Dalmata* etc. Venezia 1845.

Notizenblatt... für oesterr. Geschichte. Wien 1852; II, 15-6, 28-32; 1855, III, 1-6, 25-6.

D. Farlatus et I. Coletti, *Illyricum Sacrum.* 8 voll. Venetiis 1751-1819; vol. VI, 1800.

Gelcich J., *Diplomatarium Hungaro-Ragusanum Accad. Scient.* Budapest 1887.

Pisani P., *Num Ragusini ab omni iure Veneto a saec. X usque ad saec. XIV immunes fuerint.* Lutetiae Parisiorum 1897.

Engel, *Geschichte des Freistaates Ragusa.* Wien 1807.

Gliubich, *Dizionario degli uomini illustri della Dalmazia.* Vienna 1856.

Andreas Dandulus, *Chronicum Venetum* cum Raphaini Caresini continuatione ab an. 1342: apud Muratori, *Scriptores rerum italicarum,* t. XII.

---

[1] Haec tamen pedetentim prodeunt in *Miscellanea Francescana di Lettere, di Arti, diretta dal Sac. Don Michele Faloci Pulignani.* Foligno, vol. XIII sqq.

[2] Hi auctores, etsi non omnes (quorumdam enim opus omnino impossibile est manu revolvere, cum desit mihi maiori ex parte) in Notis ad Necrologium hic illic citantur saltem summatim, prout memoria, resque sinunt.

Sabellicus, *Historia rerum Venetiarum*. Venetiis 1487 (italice: 1505).
Tuberonis Cervarii (1455-1527) Abbatis Melitensis, *Commentaria de temporibus suis*. Francofurti 1605.
Pietro de Luccari, *Copioso ristretto degli annali di Racusa*. Venetia 1605.
Iunio de Resti, *Storia di Ragusa*. Ven. 1727.
P. Serafino Razzi, *Storia di Raugia*. Lucca 1695; ristampata con introduzione ed appendice dal Prof. G. Gelcich. Ragusa 1903.
P. Mauro Orbini, Abbate di Meleda, *Il Regno degli Slavi, hoggi corrottamente detti Schiavoni*. Pesaro 1601.
P. Appendini, *Notizie storiche sulla letteratura ecc. di Ragusa*. Ragusa 1803.
P. Cusmich, O. F. M., *Cenni storici sui Minori Osservanti di Ragusa*. Trieste 1864.
Smičiklas, *Povjest hrvatska*. Zagreb 1882; 2 voll.
Zlatović O. Stipan, *Franovci države presvet. Odkupitelja i hrvatski puk u Dalmaciji*. Zagreb 1888.
Batinić fra Mijo Vjenceslav, *Djelovanje Franjevaca u Bosni i Hercegovini za prvih šest viekova njihova boravka*. Zagreb 1881.
Cfr. praeterea AFH I, 255-7; 505-14, auctoresque ibi citatos.

NONNULLA DE PROVINCIA RHACUSINA EIUSQUE CONVENTIBUS [1]

Anno 1212 S. P. N. Franciscus cum Asculo Piceni Syriam adnavigaret ad meliorem frugem Mahumeticam impietatem reducturus, Deo sic disponente et vento reflante, Ragusium appulit; sicque Rhacusinus Senatus illum videre et sanctam eius conversationem experiri meruit, quam a longe alii desiderantes venerabantur; mansitque Rhacusii, donec Anconam rediit, in quodam pauperculo cubiculo, vulgo Stragnaz (Stranjac) medio inter ecclesiam S. Stephani, S. Margaritae et PP. Iesuitarum. Idem Rhacusii miraculum patravit; nobilem enim quemdam puerum in loco S. Martini Gravosio (Gruž) tempore vindemiarum torculo confractum ac mortuum ad vitam revocavit.

Anno 1219, Religionis autem 12, primo asseclae pauperculi Francisci Rhacusium venerunt, quos eorum Pater Patriarcha adsignavit ad instantiam Rhacusini Senatus, qui semper charismata meliora fuit aemulatus, optans summopere in sua ditione habere, si non Franciscum, saltem eius sectatores, utpote viros religiosos, non aliud nisi Iesum Christum Crucifixum et salutem animarum quaerentes; qui Fratres quoque se receperunt in supradictum pauperculum cubiculum a S. P. Francisco habitatum, donec Conventum aedificaverunt. — Ab hoc ergo anno potest dici quod Conventus rhac. originem habuit, ex quo conventibus aliis coalescentibus Custodia efformata est iam a primis nostri Instituti primordiis, sub Dalmatiae (immo potius Sclavoniae) Provinciali, cuius nomen Rhac. primo occurrit 1256 [2].

An. 1400 facta est distributio Religionis in Provincias et Vicarias, in qua inter coeteras nominatur Provincia Dalmatiae continens sub se octo Custodias, quarum principalis erat, continens sub se octo coenobia, videlicet Rhacusii a quo nomen

[1] De his conventibus cf. Gonzaga, *De origine Seraph. Religionis*, Romae 1587, 483-4; Venetiis 1603, 552-6.

[2] Cf. AFH, l. c.

Custodiae, Duratii, Dulcinii, Cathari, Scutari, Antibari, Daxae et Curzolae. Vicariae Bosnae septem coenobia, inter quae Stagni, Novi Castri, Umblae et Slani.

An. 1430 decreto Senatus Rhacusini PP. Conventuales dimissi fuerunt a Rhacusino conventu et soli Observantes remanserunt.

An. 1435 Eugenius IV suis litteris Daxae conventum immediato regimini Patris Ministri Generalis subiecit.

Anno 1447, sedente Pontifice Nicolao V, separata fuit Provincia Hungariae a Bosnensibus, et conventus Rhacusini status et Dalmatiae sub cura Vicarii Generalis positi, quibus gubernandis ab eodem Generali destinabatur Vicarius ad tempus.

An. 1453, S. Iacobus de Marchia a Superiore Generali pro tertia vice in Bosnam Commissarius Visitator cum potestatis plenitudine destinatur ad componendos Dalmatinos et Bosnenses circa coenobia Rhacusina, qui auctoritate Pontificia coenobia Rhacusinum et Daxense Bosnensibus adiudicavit.

An. 1464, Rhacusini Fratres, nunc sub Bosnensibus nunc Dalmatinis, stabilierunt se media debita adhibituros ad per se standum sub patrocinio sui naturalis Provincialis; pro qua re Pontifici Pio II humillime supplicarunt, adiuvante ipso Fr. Mariano Resti patritio rhacusino, eiusdem Pontificis Capellano. Pontifex quidem benigne annuit, quatuor coenobia Slani, Umblae, Stagni et Canalium a Bosnensibus separari, eademque Rhacusino et Daxensi uniri independenter a Bosnensibus et Dalmatinis; attamen Bosnenses et Dalmatae iterum se in unam Provinciam unierunt sub nomine Bosnae-Dalmatiae, ut sic et tertio Rhacusini unirentur. Et revera, P. Generalis in Dalmatiam convolans, Capitulo Pasmani convocato, Rhacusinos Bosnensibus Dalmatisque subiecit.

An. 1468, Rhacusini FF. e Capitulo Generali Mantuae Romam petierunt ad Paulum II, qui ipsis petita benigne concessit, suisque litteris iussit P. Generalem Vicarium Rhacusinos sub sua cura recipere, eosque a Bosnensibus et Dalmatis separare.

An. 1469, in Capitulo Generali ob mortem Commissarii Generalis celebrato in conventu Insulae Bisentinae Lacus Vulsenii, denuo Bosnenses a Dalmatinis separantur, et Rhacusaei Dalmatis uniuntur.

An. 1474, Fr. Sylvester de Zamagna, patritius rhacusinus, in Vicarium Provincialem utriusque gentis fuit electus: quod Veneti aegre ferentes, legem dederunt ut Rhacusini Fratres toto Veneto pellerentur Dominio. Ad haec componenda P. Generalis Venetias se contulit, et Rhacusinos a Dalmatis separavit, quam separationem Generale Capitulum Neapolitanum confirmavit.

An. 1478 tandem opera Fr. Marini de Bona, patritii rhac., Doctoris Parisiensis et Sixti IV Capellani, tota et totalis separatio Rhacusinorum a Dalmatis decreta fuit die 10 aprilis. Ad magis atque magis hanc separationem stabiliendam, operam dederunt Rhacusini Fratres, ut conventus in Statu Rhacusino multiplicarentur, ut vel sic numerosiores effecti possent in Provinciam erigi, ipsamque divisionem in perpetuum absque ulla spe novae unionis stabilem et firmam reddere; sicque illico post separationem cum benefactorum eleemosynis, aedificaverunt conventum in Insula Media et Epidauri, utpote locis aptioribus, eoque praecipue Insulae Mediae, quae tunc temporis divitiis abundabat. Constructis supradictis duobus coenobiis, Fratres rhacusini significaverunt F. Marino de Bona, Pontificio Capellano, qui

supplices preces porrexit Pontifici, ut novem conventus in rhacusino Dominio exsistentes in peculiarem Provinciam coalescerent. Pontifex petitis benigne annuit, datis suis litteris ad capitulares Fratres congregatos in Generalibus Comitiis Alverniae, in quo Generali Congressu omnium votis Rhacusinis conventibus iura Provinciae concessa fuerunt, die 4 iunii 1484 sub Sixto IV anno eius ultimo, religionis vero 277, a separatione totali a Dalmatis anno sexto. Constituta Provincia per Fratres nationales aliquando regebatur, sed Senatus plerumque, vel quia nationales non se bene gererent, aut contra eius iussum eligerentur Ministri non omni ex parte sibi accepti, aliquando ab Ordinis Rectoribus supremis exteros Superiores requirebat: at, his postea dimissis, pro nationalibus ad munera Provinciae restituendis iterum efflagitabat. Anno 1517 vero, sicut et Dalmata, Rhacusina Provincia declarata est. Ultimo Generale Def. decreto 15 iunii 1899 iterum hanc Provinciam Dalmatae S. Hieronymi iunxit, utraque una usque nunc perseverat.

I. — **Conventus Rhacusii** [1].

Anno 1235, religionis autem 28, primum conventum in Rhacusino Dominio supradicti Fratres aedificaverunt, piorum eleemosynis, D. Thomae sacrum, in suburbio civitatis, non procul a porta septentrionali in loco vulgo *Iamine*. Sed an. 1317 supradictus conventus D. Thomae funditus erutus fuit a Senatu rhacusino, et alter maioris et pulchrioris molis intra moenia civitatis exstructus, S. P. Francisco dicatus: haec autem auctoritate Pontificia et pro conservatione civitatis acta fuerunt. Nam Stephanus Coecus dictus, Uroš Rasciae rex, pro alienatione Insulae Lagustanae bellum cum Rhacusaeis fecit ab an. 1315 usque ad a. 1317; sed, capta meliori informatione, pacificatur cum eisdem. Quo tempore iniquissimi quatuor fratres Michael, Dobrovoi, Raico et Branco, filii Branivoi cum aliis Argatis non solum comitatum Chelmi, Stamnum et Punctam proprii iuris fecerunt, verum et civitati Rhacusinae insidiantes, suburbia devastabant et in supradictum conventum S. Thomae se recipiebant. At Deo et S. Francisco vindice, sicuti vixerunt, ita et miserrime perierunt: Michael et Dobrovoi in Chelmo interfecti, Branco Cathari suspensus et Braico Rhacusii in carcere ex inedia obiit. Conventus S. Francisci ad Portas Pile, ecclesiaque in *Stradone* (via frequentior, amplior et praecipua civitatis) prospicit; estque ecclesia sat ampla, insignes possidens reliquias: magnum, perpulchrumque claustrum, opus saec. XV. Bibliotheca insignis ob manuscripta et litteraturae slavicae imprimis thesauros frequentatur a studiorum cultoribus. — Possidet hic conventus pharmacopaeam, et candelarum officinam. Estque hic Studium Theologicum Provinciae.

II. — **Conventus Stamni** [2].

In sinu intimo peninsulae Rathaneae, quae ad meridiem patet et continenti iungitur isthmo, conventum cum parvo sacello S. Nicolao sacro circa an. 1260 aedificavit cum aliis quamplurimis in Epiro et Illyrico pia et devota foemina natione Galla, nomine Helena, uxor Stephani Rasciae Regis, pro monachis Basilianis. Anno 1352 Fr. Andreas de Sardinia et Fr. Ioannes de Anglia e Bossina Stamnum venerunt

[1] Cf. Wadding, *Annales*², an. 1317 n. 58. Farlati, p. 96 et 123. Fabianich, vol. I, p. 24; II, p. 184.
[2] Stamnum = Ston. — Wadding, 1347 n. 35. Farlati, p. 131 et 332.

ad expurgandos eius cives ab haeresi Patarena. An. sequenti 1333 Stamnum, seu Stagnum, cum tota peninsula Rathanaea in dominium rhacusini Senatus pervenit, qui supradictos Fratres in apostolico ministerio confirmavit. An. 1347, Monachi Basiliani a Senatu rhacusino de Stagno dimissi fuerunt, eorumque conventus S. Nicolai dictis Fratribus excolendus traditur. An. 1349 Fratres ex novo conventum et ecclesiam S. Nicolao sacram piorum eleemosynis aedificaverunt, destructo veteri conventu Basilianorum, cuius vestigia etiamnum perspiciuntur in viridario hodierni conventus ad muros civitatis. Ecclesia consecrata fuit a. 1383 a Fr. Andrea Ord. Praed., Archiep. Rhac. Sed conventus saec. XVIII, Religiosis destitutus, usque ad an. 1895 derelictus permanserat. An. vero 1897 exuviae Fr. Andreae et Ioannis denuo Stamno restitutae; Rhacusii enim ab an. 1853 quieverant.

III. — Conventus Daxae [1].

An. 1291 Daxae scopulum cum omnibus bonis sui iuris testatus est Fratribus Minoribus nobilis vir Savinus de Ghetaldi. Quo tempore Observantini Fratres Daxae incolebant capellam S. Sabino sacram, quam post mortem Savini Fratres cum conventu ampliaverunt an. 1370 ex piorum eleemosynis et ex redditibus testatis. Fratres vero in memoriam tam amantissimi benefactoris eius domum in cellam Provincialium converterunt, tumulumque in quo corpora eius et coniugis Draxae, graece Agayp, iacent, in medio ampliatae ecclesiae incluserunt, quod primum penes portam ad ingressum ecclesiae erat. In qua ecclesia etiam conspiciebatur miraculosa Christi imago Rhacusinis, ob crebra quae contulerat deprecantibus beneficia, omnino veneranda. Varia in scopulo sacella, loca sacra Ierusalem mysteriaque vitae et passionis D. N. I. C. repraesentantia, conspiciebantur: sed in primis memoriae dignum erat sacellum iuxta formam exemplarque Sepulchri D. N. fabrefactum. — Insula haec iacet inter Calamottam (insulam item prope Rhacusium) et Gravosium, oleis et viretis circumornata et milliarii unius ambitum concludens: habet speciem collis, nam in medio est altior, declinat vero usque ad litus. Ad unum a Gravosio lapidem considet.

IV. — Conventus Umblae [2].

Procul Rhacusio, circa ad quartum ab ipso lapidem, ad occidentem, scatet ex alti montis radicibus tanta aquae copia, quae flumen quasi conflat navibus quoque transvehendis opportunum per duo milliaria usque ad mare. Ad scatebras fere huius fluminis, ad occidentem, an. 1393 conventus Visitationis B. M. Fratres Vicariae Bosnae humillime sibi domicilium posuerunt, contemplationi et mentis tranquillitati opportunum. Mox P. Fr. Sylvester Galjazović circa an. 1582 hoc humile domicilium destruxit et aliud magnae amplitudinis aedificare curavit; quod P. Franciscus Radoljević anno 1585 perfecte complevit. Sed et hoc coenobium, praecipue claustrum, tempore terraemotus (1667) magna damna perpessum est.

V. — Conventus Slani [3].

Ad maris oram, in intimo Slani sinu inter pulcherrimos Adriatici maris adnumerando, a. 1399 conventus S. Hieronymo, Illyricae nationis lumini atque orna-

[1] Farlati, p. 140. Wadding, 1435 n. 78.

[2] Umbla = Rijeka Dubrovačka = Ombla. — Wadding, 1393 n. 2. Farlati, 146. Fabianich, II, p. 125. [3] Wadding, 1399 n. 51. Farlati, p. 146. Fabianich, II, p. 215.

mento, consecratus, aedificatus fuit a Fratribus Vicariae Bosnae eleemosynis Rhacusinorum ex redditibus Bastiarum Deceni de Lisaz (Lisac). Hinc non longe distabant christiani quidam, Popovani appellati, olim comitatus Chelmi, Turcharum imperio subiecti, quibus duo Religiosi huius conventus verbum Dei exponebant et omnia Sacramenta administrabant, cum facultate etiam quoad conficiendum SS. Chrisma, a S. Sede concessa sicuti Bosnensibus in Bosna et Fratribus conventuum Stagni, Umblae et Canalium. Ecclesiam hanc satis magnam et alta turri instructam familia de Gradi a. 1420 sumptibus suis perfecit.

VI. — **Conventus Canalium (Pridvorje)** [1].

Quamvis an. 1417 Fr. Antonius Reatinus, O. F. M., Archiepiscopus rhacusinus, huic coenobio primum lapidem posuisset, an. 1429 S. Blasii conventus originem habuit. Die enim 15 iulii h. a. a Senatu Rhacusino data fuit Fratribus Minoribus Vicariae Bosnae ecclesia S. Georgii in Popovichio cum facultate inibi conventum pro ipsis construendi, ut in *Libro viridi* cap. 241. Anno supradicto die 29 octobris ab eodem Senatu permutatus fuit conventus S. Georgii in commodiorem S. Martini de Pridvorje, ut in eodem *L. viridi* cap. 242, quam aediculam S. Martini Fratres permutaverunt in ecclesiam S. Blasii, ipsam simul cum conventu aedificantes ex proventibus Bastiarum de Popovichi et Uskoplje, quas duas decenas integras in secunda divisione Contratae Canalium Senatus ecclesiae S. Blasii Canalium dono dedit et pie conservavit. Coenobium tamen pluries vastatum et ecclesia flammis devota, fidelium largitionibus pulchrius restaurata sunt. Canalium terra, est vallis satis ampla quae ab Epidauro (Ragusavecchia) ad Cathari sinum (Bocche di Cattaro) protenditur, intra duos montium ordines; ubi autem planior et latior est, hic conventus iacet.

VII. — **Conventus Sabiuncelli** [2].

Anno 1469 huc imago B. M. V. in tabula depicta Trstenicae (Trstenik) miraculose apparuit, fuitque ab incolis illius loci inventa; et quia illico coepit prodigiis et miraculis coruscare, ideo Fratres rhacusini piorum eleemosynis coenobium et ecclesiam aedificaverunt gloriosae Virg. Mariae in coelum assumptae sacram, in amoenissimo Rathanaeae peninsulae situ, in praerupti et excelsi montis declivio 150 metris supra mare, unde in urbem et insulam Corcyram Nigram et Melitam, et mare scopulis consitum et subiectum pagum Orebić prospectus latissime patet, an. 1470, ab Episcopo Nigro Corcyrensi et Stagnensi Nicolao Niconichio (Nikonić) 17 maii 1554 consecratam.

VIII. — **Conventus Epidauri** [3].

Epidaurum a Rhacusio ad septimum sistit lapidem. Urbs vetustissima portum habet perpulchrum; ad maris litus conventus noster an. 1484 aedificatus fuit, anno 1490 per Franciscum Gozze, patritium rhac., instauratus et ampliatus, in cuius ecclesia

[1] Canalium = iz Konavala. — Wadding, 1426 n. 12. Farlati, p. 157. Fabianich, II, 219.

[2] Sabiuncellum = Pelješac. — Wadding, 1470 n. 16. Fabianich, II, 221.

[3] Epidaurum = Cavtat = Ragusavecchia. — Farlati, 189. Fabianich, II, 225.

tumulatus iacet ante aram maiorem. Coenobium hoc maxima damna pertulit a Russis, Montenegrinis et a Neapoleonicis militibus; ideo coenobitis destitutum, anno tantum 1857 Fratrum cura et Imperatricis Annae Carolinae munificentia restitutum fuit. Ecclesia autem vetustate et humiditate pene confecta, an. 1909 summa largitate clarissimae Dominae Mariae vid. Bogišić restaurata est et a Domino Bukovac, celebri pictore, monumento suae artis perinsigni decorata.

IX. — Conventus Insulae Mediae [1].

Hoc ipsi nomen, quia inter Calamottam et Iupanam sita est, vocatur croatice *Lopud*, inter Elaphitas pulchrior, amoenior atque amplior. Ad maris litus, super saxea mole coenobium pulchrum commodumque hortis et malis assyriicis circumdatum an. 1483 sub nomine Nativitatis B. M. V. Minoritae aedificarunt. Sed coenobium religiosis destituitur ab initio ferme saec. XIX.

X. — Conventus Kunae [2].

Anno 1681 a populo Rathanaeo ex poenitentia sibi imposita a Summo Pontifice in media peninsula Rathanaea, magno Kunae ad 420 metra supra mare, in planitie montibus undequaque interclusa Sacellum B. M. Virginis Lauretanae aedificatum fuit; quod sacellum progressu temporis ex confluentibus undique eleemosynis in magnam ecclesiam et elegantis formae ampliatum est. Huius ecclesiae, quam solemni ritu sacravit die 7 iunii 1714 Episcopus Stagnensis Franciscus Volanti, data Fratribus possessio fuit die 14 iunii 1707 ab illmo et rmo Domino Fr. Vincentio Lupi a Canalibus, Epo Stagnensi, ut patet ex eius adtributionis litteris datis Stagni die 30 aug. 1705. Statimque iacta sunt fundamenta coenobii, quod ob eleemosynarum inopiam post quadraginta annos constructum fuit.

[1] Farlati, 188. Fabianich, II, 222.

[2] Fabianich, II, 226.

NECROLOGIUM

FRATRUM MINORUM DE OBSERVANTIA

PROVINCIAE S. P. FRANCISCI RAGUSII

> *Primam esse Historiae legem: Ne quid falsi dicere audeat; deinde ne quid veri non audeat.* M. TULL. CIC., I de Orat.

> *Praecipuum munus Annalium, reor, ne virtutes sileantur; utque pravis dictis factisque ex posteritate et infamia metus sit.* TACITUS, lib. III Annal.

F. SEBASTIANUS DOLCI A RAGUSIO LECTORI S. P. D.

Cum Divini Numinis ope *Monumenta historica* Provinciae nostrae 1746 Neapolitanis typis ediderim, postulat meum studium in eiusdem Provinciae commoda, ut quoque nostrorum defunctorum Fratrum Catalogum, graeca voce *Necrologium*, emendem ab iis, quibus passim scatet, erroribus. Tres quidem huiusmodi *Tabulae* circumferuntur. Primae eae sunt, quae paucis abhinc annis italice coscriptae, ante matutinam comestionem legi consuevere; atque utinam numquam essent; nam in ipsis tot prochronismi quot ferme dies, quin et plurium Fratrum nomina ex ingenio adinventa atque apposita; ne scilicet ulli diei suus deesset defunctus Frater. Alterae sunt, quas A. R. P. Vitalis Andriasius ad annum 1649, in hoc Ragusino conventu artium tunc Lector, ex tribus collegit Catalogis: uno A. R. P. Bernardini Gozzei, altero R. P. Felicis a Ragusio, tertio R. P. Illuminati item a Ragusio. Necrologio hoc in praesentiarum utimur; ipsum quippe Provinciales Ministri, nunc propria, nunc aliena prosequi manu numquam desiere. Tertiae tandem *Tabulae* illae sunt, quas A. R. P. Hyacinthus Tvarkovich, postmodum Stagnensis Episcopus, circa annum 1690 exaravit. Cum enim ipse in Andriasiano Necrologio plures omissos Fratres animadvertisset, non solum eidem varias notas (ut videmus) addidit, sed etiam nova methodo alterum confecit; Sacerdotibus, Clericis, Laicis et Episcopis nostris in quattuor Catalogos distributis. Tabulae huiusmodi item supersunt, et easdem possidet illmus rmus dnus d. Sigismundus de Tudisio Mercanensis et Tribunensis Episcopus. Utrumque hoc opus suis non vacat tam erroribus quam prochronismis; quin in utroque usque ad annum 1585 chronologica nota nulla sed nomina tantum nostrorum defunctorum descripta. Itaque operae pretium est, ut utrique lucem aliquam addam; tam ex praedictis meis *Monumentis,* quam ex *Annalibus* a me interim lectis. Neque ideo sua laus postremis his duobus scriptoribus deneganda; nam in summa Annalium nostrorum inopia, et

post Archivium flammis in terraemotu absumptum, uterque mihi suo labore maxime profuit. Nil facilius postea, quam in re historica falli aliquando, et caecutire. Ego ipse in supra memoratis meis *Monumentis* non in unum impegi errorem; quos tamen omnes hisce in Tabulis emendabo. Enim vero indubia est ea divini Psaltis sententia [1]: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.* Adinveni fortuito singrapham quamdam cuiusdam Clerici nostri circa annum 1510 defuncti, et haec mihi ad elucubrandum hoc Necrologium facem praetulit non modicam. Caeterum ob hanc praesertim caussam laborem istum aggredior; ut nostrorum defunctorum texens Catalogum, me item, et quidem cito (nam sexagesimum aetatis meae ago annum), reminiscar moriturum; otiumque et desidium, quae iuvenis, Deo dante, semper evitare studui, Ipso adiuvante, etiam senex evitem.

Dabam in conventu D. Francisci Ragusii die 29 septembris 1758.

IN DEI NOMINE. AMEN.

Incipit Necrologium Fratrum Provinciae Minoritico-Ragusinae.

1. — A. R. P. Sixtus a Brixia, Minister Provincialis Dalmatiae et conventus D. Thomae, qui in suburbio vulgo *alle Pille* erat, ad annum 1255 fundator; adfuit Arengerio Ragusino Archiepiscopo anathema in nimium nuptialem luxum pronuncianti; ast ubinam requieverit, ignoramus [2].

2. — R. P. Bernardinus Gozzeus, ragusinus patricius, subscripsit testamentum, quo nobilis vir Sabinus Ghetaldius una cum coniuge Drasgia, graece «Agayp», Daxae Scopulum cum reliquis bonis Ordini nostro legavit anno 1291; et ibidem sepultus requiescit [3].

3. — Venerabilis Servus Dei Pacificus a Ragusio, laicus, ad hos annos floruit; eiusque meminit etiam Andriasius in sui Praefatione Necrologii. Praeter imaginem, Beatorum aureola insignitam, nullum aliud superest ipsius monumentum [4]; et huiusmodi imaginem in maiori dormitorio depictam, abeunte Ministro Provinciali ad Provincialia Comitia, hoc ipso anno 1758, non absque strepitu servavimus; iusserat enim ipse, ut muri conventus dealbificarentur. Interiit sic altera imago D. Evangelistae a Perusio.

4. — Illmus et rmus D. F. Nicolaus a Ragusio, Tribuniensis Episcopus, obiit Ragusii anno 1555 [5].

---

[1] Ps. 18, 3.

[2] Quod P. Sixtus fuisset fundator conventus S. Thomae, asserit hic P. Dolci; num revera fuerit, nihil certi, quamvis idem affirmet in suis *Monumentis,* p. 14, citans *Annales Ragusinos.* Cf. de caetero AFH I, fasc. IV, p. 509.

[3] Gozze. — Cf. Farlati, *Illyricum Sacrum,* V, p. 119 etc. ubi et testamentum de Ghetaldi. Wadding, 1370 n. 22. Fabianich, I, 75 et 85.

[4] Necrologium P. Tvarković, quod mutilum prae oculis habeo, adiungit: «talem vitam duxit, ut eum aliqui non erubuerint appellare Beatum». — Statimque post Pacificum in Andriasii N. nominatur P. Raphael a Iadera (Zara, Zadar), qui «libros chori, quibus in festivitatibus utimur, conscripsit; qui et Ragusii quievit: horum ossa et opera memoriam faciunt, et alios Paradisus. Hi vero qui sequuntur ab a. D. 1447 usque in praesentem obierunt».

[5] Fuit Episcopus iam anno 1326, et, ut P. Mattei scribit (in suis MSS. dono datis Bibliothecae Conventus nostri Rhacusii et quae a plurimis excerpta, exscripta et multa manu revoluta

5. — R. P. Ioannes Bodazza, ragusinus patricius; cum Umblensis Guardianus esset, ab Senatu nuncius missus est ad Iadertinos cives anno 1404; et post annos aliquot Ragusii obiit [1].

6. — R. P. Laurentius Menze, ragusinus patricius, eodem anno 1404 nuncium Ragusinum egit, tam apud Sigismundum Hungariae, quam apud Ladislaum Neapolis Regem; nec multo post decessit Ragusii [2].

7. — R. P. Simon ab Umbla memoratur in *Libro Rogatorum* de anno 1424; et Umblae requievit [3].

sunt. Cfr. Gliubich, *Dizionario*, p. 2da), mortuus est post diem 12 maii 1326. Idem dicit, quod P. Dolci in *Mon.* § 9, p. 21, illum ex Ragusio fuisse affirmat, sed dubium; « non so però, ait Mattei, se con fondamento certo ». Fuisse tamen Fratrem Minorem, idem Mattei concedit, citans verba testamenti ipsius Episcopi: « Ego quidem F. Nicolaus de Ordine Minorum divina Providentia et apostolica gratia Epus Tribuniensis ». Est Trebinje (Trebigne) in Herzegovina, Rhacusio distans sexdecim milliaribus, quo saepe episcopi Tribunienses aufugere coacti sunt ob perturbationes politicas, odiaque regum schismaticorum Bosnae et Patharenorum. Huc quoque Nicolaus noster se recepit, benigne a Republica Ragusina exceptus, et cum ob inopiam vix vitam ducere potuisset, Respublica an. 1322 dono dedit eidem et successoribus parvas insulas Mercanae, Bobarae, S. Petri, et deinceps Molontae, quae inveniuntur in Adriatico Mari non longe a Ragusio, sed nunc nullis incoluntur habitantibus propeque incultae sunt. Exinde Respublica Episcopos nominandi privilegio ditata est; Episcopi vero Tribunienses et Mercanenses pariter titulo condecorati sunt. — Haec hausi e quodam manuscripto. Cf. Farlati, op. cit., VI, p 293. Eubel, *Hierarchia*, I, 523. Farlati eum ad episcopatum accessisse anno 1322, scribit, obiisse vero an. 1326.

[1] Non *Ioannes* (lapsus calami) sed *Marinus:* cf. Dolci, *Mon. Hist.* § 10-11. Dicit Dolci anno 1404, sed rectius dicendum 1403 ex *Lettere e Commissioni di Levante 1403-10,* fol. 140-42. Anno enim isto, mensis aug. 1°, Marino commissum fuerat ut Iaderam pergeret ad Ladislaum Regem Neapolis, Archiepiscopum Colocensem, Detrichum, caeterosque barones et proceres Hungariae, expositurus dolorem Ragusinae Reipublicae ob Regni tribulationes, declarans Ragusinos nolle Bosniae regibus subiectos iri, cum decrevissent nullo modo ab Hungariae Corona discedere. — Rector et Consilium Rag. Marino suadent ut Voyvodae Hervoiae patefaciat insultus regis baronumque Bosniae, eamdem sententiam de non recedendo a Corona Hungariae repetens. Quem Hervoiam deprecetur ut pro Republica agat et ut Regi Ladislao ipsum qua nuntium comitetur. Cf. Gelcich, p. 117sq n. 91, et p. 123 n. 93, necnon p. 727. — Quoad regnum, adventum Iaderam etc., Ladislai et Hervoiae, praeter alios cf. Smičiklas, *Povjest hrvatska, dio prvi,* p. 467sq. Zagreb, *Naklada Matice hrvatske,* 1882. *Chroniche di Ragusa* opera di Giunio Resti Senatore di Ragusa, edita a Sperato Nodilo, Zagabriae 1893, p 202. Engel, *Povjest Dubrovačke Republike preveo Stojanović,* Dubrovnik, Pasarić, 1903, p. 67 sq. — Fabianich, op. cit., I, p. 178.

[2] Liceat transcribere ex libro Reformationum, quae leguntur de Laurentio insimul cum Marino. *1402-1403. Reformaciones consilii rogatorum civitatis Ragusii:* « Die XXVIIII iulii, Ball. XXXIII. De deliberando super arrengatis pro adventu regis Ladizlavi ad partes Dalmacie Captum per XXIII. — De mittendo ladram nostram ambassiatam propter adventum regis Ladizlavi illuc applicantis. Captum per XXII. — De non mittendo aliquem nobilem nostrum ad dictam ambassiatam. Captum per XXVI. — De mittendo ad dictam ambassiatam personam religiosam. Captum per XXXI. — De dando libertatem domino Rectori et suo minori Consilio rogandi Fratrem Marinum de Bodazia, quod placeat ei acceptare ire ad dictam ambassiatam; quam si acceptaverit, sit in Dei nomine. Et in casu, quod se excusabit non posse ire ad dictam ambassiatam, quod tunc rogetur Frater Laurencius de Menciis guardianus, quod vadat ad dictam ambassiatam. Et si acceptaverit, vel non acceptaverit, eorum responsum reportetur presenti Concilio Rogatorum. Captum per XXXI. — Cf. Gelcich, p. 727. Dolci, *Mon. Hist.* § 10.

[3] Hic quoque in litteris Fr. Marino directis nominatur hisce verbis: « Literas vestras per fratrem Simeonem vardianum Umblae recepimus, deinde per aliquos dies postea per Fratrem

8. — Beatus Pater Andreas de Sardinia, dono linguarum et sanitatum conspicuus; post profligatam in Bosnae Regno una cum B. Ioanne ab Anglia Manichaeorum et Patharenorum haeresim, circa annum 1430 Stagnum cum eodem Ioanne se recepit: ibique ad diem 9 aprilis suam exuit mortalitatem [1].

9. — Beatus Pater Iohannes ab Anglia, dono linguarum et miraculorum item insignis, praedicti B. Andreae de Sardinia in reducendis ad meliorem frugem Bosnensibus adiutor et comes; in eodem Stagnensi coenobio post annum 1430 ad superos evolavit die 8 iunii. Ibidem colitur una cum dicto D. Andraea laterali ecclesiae nostrae muro interclusus.

10. — R. P. Nicolaus Bunda, ragusinus patricius, ex *Libro Rogatorum* anni 1420, Stanensis coenobii coaedificator; et ex Waddingo ad annum 1441 [2] Eugenii IV in Dalmatia, Bosna et Hungaria nuncius; tandem obiit Ragusii, et a P. Andriasio n. 149 commemoratur [3].

11. — R. P. Petrus Bogovich [4] a Ragusio, adeo insignem opem praestitit Marino Contareno Catharensi Episcopo in ea administranda Ecclesia, vicinisque schismaticis in officio continendis, ut Eugenius IV in Saccensem [5] ipsum nominaverit Episcopum anno 1436; sed vir humillimus, invicte huiusmodi dignitate recusata, post nonnullos annos nos inter Ragusii requievit.

12. — F. Fridericus a Freinflekar, vir Princeps ex patre Friderico, matre Iumgarde ab Ippelbaum. Mortua Adhelaide a Lengenario coniuge, ex qua filios filiasque susceperat, abdicata Friderici Caesaris aula, in Daxensi coenobio laici vestem assumpsit. In scriniis eiusdem familiae (quae ex Ioanne filio est procreata, Electores duos, unum Moguntinum, alterum Trevirensem, Romano dedit Imperio) servari Testamentum et nonnullas piissimas Epistolas, quibus Ordo ab se susceptus commendatur, referunt Waddingus et Haroldus, ad annum 1455 [6]. Daxae requievit.

13. — R. P. Matthaeus a Ragusio, teste Waddingo ad annum 1458 [7], Clementis VI sacellanus fuit: et circa hos annos in Domino requievit.

14. — Illmus et rmus dnus Fr. Alexander a Ragusio, D. Ioannis a Capistrano in Hungaria socius, eidem morienti adfuit. Ad Scardonensem postea Episcopatum evectus est; eamque regebat Ecclesiam ad annum 1462, uti constat ex *Epistola* P. Ioannis a Tagliacotio ad D. Iacobum Picenatem scripta et ab Wadingo relata [8].

Giuchum de Mlaschugna alias eciam literas recepimus, et quas literas ac ea, quae dicti Fratres horetenus representarunt, intelleximus diligenter » *etc.* 1403 sept. 4. (*Lettere e Comm. di Levante 1403-1410*, f. 48) V. O. 91. Cfr. Gelcich, p. 124. Haec sufficiant innuisse; nam quae in Marino datis litteris habentur, quid in illis per Simeonem et Giuchum allatis relatum fuisset, non pronuntiatur. Quis vero fuerit Fr. Giuchus et ubi Mlaschugna etiam mihi incompertum.

[1] Fabianich, I, 115 et 126. [2] Ad an. 1441 n. 31. [3] Bunda = Bonda: cf. Dolci, *Mon. Hist.*, § 11. Fabianich, I, 184. Necrologium, de quo supra, n. 152 affert Bunda et dicit eum Ministrum Provincialem fuisse. [4] Bogović. [5] Ubinam gentium haec fuerit Ecclesia, mihi incompertum est. Nisi pro *Saccensi* Svaciensis Ecclesia intelligatur. Cfr. *Appendix* in fine.

[6] Corrige *1456:* Wadding, n. 145; Haroldus, *Epitome Annalium* ann. II, p. 270 n. 49.

[7] Lege *1358*, uti ex Clementis VI pontificatu innuitur: Wadding, 1358 n. 7; cf. *Supplementum*, sub eodem anno, n. 1.

[8] Wadding, 1456 n. 87. En Epistolae locus: « Praedixit (S. Ioannes a Capistrano) quendam suum socium a Familia separandum, et ad Episcopatus dignitatem assumendum. Iste fuit Alexander

15. — Illmus et rmus dnus Fr. Petrus de Zamagnis, ragusinus patricius; circa annum 1458 a Matthia Hungarorum rege Episcopatu insignitus, illis in partibus obiit [1].

16. — R. P. Paulus Vlarich a Ragusio, anno 1457 a Callisto III pro incrementis Bullae Cruciatae una cum P. Mariano de Senis missus est in Hungariam, Bosnam et Serviam. Praeclare, teste Waddingo, suo defunctus munere, Ragusii tandem decessit; et ab Andriasio n. 7 commemoratur [2].

17. — A. R. P. Philippus a Ragusio, Bosnensis, hinc etiam nostrae (iungebantur enim) Provincialis Vicarius. Commemoratur non solum ab Waddingo, sed etiam in litteris Callixti III, ab eodem relatis, quibuscum iste Pontifex commendat ipsi Iunium de Gradis ragusinum patricium, nuncium suum, a quodam Turcone Stancies in vincula coniectum. Datae hae litterae sunt 21 aprilis 1457 [3].

---

a Ragusio, qui licet tunc ab hoc proposito esset alienus, factus est et nunc etiam est Episcopus Scardonensis ». Epistola scripta est « ex Florentia MCCCCLXI, die X februarii ». Eubel, *Hierarchia* II, 255, cum inter Scardonenses Episcopos non admittit, sed tantum in notis a Gams recensitum indicat, sub annis 1463-75. — Razzi-Gelcich, *La storia di Ragusa* cit., p. 101. Farlati, IV, 23-24, qui narrat, quod sub Iacobo II Ep. Scard. Alexander quidam O. F. M. in Eccl. Scard. invaserat post mortem Ep. Felicis: sed post Iacobum, ipse suffectus est.

[1] Zamagna. — Cf. Fabianich, II; 193. Gliubich, 318. Dolci, *Mon.*, § 26. Iuxta P. Cerva O. P. obiit Petrus ann. 1480: fuitque bibliothecae regis Matthiae Corvini custos et director, quam ditavit pretiosioribus monumentis in patria et alibi inventis: quamquam, quoad hanc sententiam, ita iudicium fert P. F. Appendini in *Notizie istorico-critiche di Ragusa:* « Se non erro, egli incominciò dal far raccogliere quanto vi era di più bello e raro nella sua patria, la quale amata e protetta dal re Mattia non potè non secondare le di lui studiose ricerche. Dissi, se non erro; poichè rilevando dalle antiche cronache, che prima del 1400 due re slavi avevano regalato al Senato un gran numero di libri e codici accresciuto con nuovi acquisti fatti dai negozianti ragusei nelle provincie del greco impero, e non ritrovando presso alcuno scrittore, qual cosa ne accadesse, non mi sembra il congetturare *(sic)* che passassero in Buda per adornare quella nascente biblioteca. Qualunque cosa ne sia, il gran Matthia, la di cui corte era simile ad un' adunanza di letterati, volle onorare la dottrina, la virtù e i fedeli servizi prestatigli da Pietro con nominarlo vescovo non so di qual Chiesa nell' Ungheria. Il Cerva scrive, ch' egli morì verso il 1480 prima di essersi consecrato, e il Dolci lo fa nominare vescovo di Stagno ».

[2] Vlarić. — Wadding, 1457 n. 18. — Cum de fratre Mariano de Senis hic sermo sit, non abs re esse puto synopsim aliquot litterarum a Dominio Reipublicae Ragusinae ipsi vel in causa ipsius conscriptarum referre, desumptarum ex *Lettere e Commissioni di Levante, 1454-1460.* Anno 1456, oct. 29 (p. 140) Dominium scribit Fr. Mariano Cathari sistenti, quod nullum litteris ipsius responsum dedisset, eo quod pestis huc illucque grassaretur; sed nunc, morbo ad finem vergente, respondet; et illi indicitur ut Ragusium veniat praedicandae Cruciatae gratia. — Anno 1457 (p. 122) Cardinali Sancti Angeli laudes Fr. Mariani scribit qua praedicatoris Cruciatae, qui proficisci cupit ad Hungaros contra Turchas evangelizaturus. Hinc Marianus Cardinali iterum atque iterum commendatur. — Eodem anno, martii 17 (p. 129) Respublica Rag. Episcopum Waradiensem adducere conatur ut persuadeat Regi Hungariae quod pecuniae a Mariano collectae et deputatae pro classe maritima, convertantur in expeditionem terrestrem contra Turchas. — Et hoc idem Regi Hungariae (p. 128) eodem die. — Cf. Gelcich, p. 594, n. 344, 349. Wadding, 1457 nn. 13 sqq., 1459 nn. 7 sqq. Farlati, VI, p. 167. Fabianich, I, 204.

[3] Cf. Wadding, 1457 n. 46, 1462 n. 73. Fabianich II. 192. Dolci, *Mon.* § 20. Fermendžin, *Acta Bosnae,* pag. 229.

18. — R. P. Franciscus de Cruce, ragusinus patritius; sub praedicto Philippo Custos Custodiae Cethinae fuit; ut n. 6 a P. Andriasio commemoratur. Teste eodem, decessit Ragusii [1].

19. — R. P. Marcus Antonius a Ragusio, egregius scotista; hinc dictus ab Andriasio, nomine ad id temporis adhuc non invento, Lector Iubilatus: requiescit Ragusii. Ad annum 1460 eumdem floruisse, certo constat: † 1467.

20. — R. P. Marinus Simonis de Restis, ragusinus patricius, Pio II apprime charus fuit; nam ab ipso ad tempora D. Ioannis Capistranensis [2] in Hungaria cognitus; hinc in suum sacellanum postea adscitus et regulari beneficio S. Andreae in Pelago (nunc iuris Monachorum Melitensium) donatus. Commemorat eumdem Waddingus ad annum 1465, et illmus Tvarkovich in *notis* Andriasiani Necrologii [3].

21. — R. P. Marianus (neque de Bona, nec de Bosna, ut vetusta aiunt nostra Necrologia) sed de Bondualibus, civis ragusinus; mortua uxore, duobusque ex ea susceptis filiis, nos inter Minorita factus, ad lauream Doctoratus obtinendam

[1] Tvarković, n. 6: « P. Franciscus della Croce, sacerdos, obiit in Bosna. Fuit enim anno 1457 Custos Custodiae Cethinae sub Callixto III, Pontif. eius anno III°. Hic fuit vir magni ponderis, quem Callixtus III anno 1457 misit nuncium pro foedere cum Turcis ad maris adriatici partes. Ita Haroldus ». Qui tamen de huius nunciatura hoc anno nil habet; cf. sub an. 1462 n. 12. Wadding, 1462 n. 73.

[2] Quatuor a Dominio Rag. missae sunt epistolae eiusdem tenoris, anni 1431, sept. 11 (p. 32, 34), ad Summum Pontificem Eugenium IV, ad Cardinalem Albanensem de Ursini, ad Generalem Fr. Gulielmum de Casale et ad ipsum tandem Fr. Ioannem de Capistrano, in quibus Dom. Rag. nullis parcens iurgiis contra Fratres Provinciae Dalmatiae, laudat Fratrem Angelum de Ariete Vicarium missum Conventus Ragusini, et nunc munere Inquisitoris Venetiarum decoratum; rogat ut eumdem in officio Vicariatus confirment, vel qua talis Fr. Ioannes Capistranus instituatur; hinc scribit eidem ut et ipse ad hoc agat vel ipse qua talis venire non recuset. — Alia scripta fuit eidem S. Ioanni qua Generali Vicario 1450, apr. 16 (p. 35, *An. 1448-1488*), qua commendatur Fr. Christophorus de Pyrrhano ut verbi Dei praedicator excellens; rogatur ut hic Frater Ragusium redeat, hac etiam de causa ut educationi septem novitiorum hic incumbat. — In epistola 1450, iunii 5 (p. 35, *Anni 1448-1488*) Archiepiscopo Rag. Iacobo Venerio Rector et Consilium grates rependunt eo quod obtinuerit ut Monasterium Monialium S. Clarae Ragusii sub iurisdictione Fratrum de Observantia vivat, Conventualibus dimissis. Nec curet quod Fr. Ioannes de Capistrano recuset ipsarum Monialium curam admittere, nisi renuntient omnibus bonis et possessionibus, cum factu omnino impossibile sit. — Tandem in *Consilio Rogatorum Reipublicae Ragusinae (1459-1461)* die 11 feb. 1460 pro illius canonizatione actum est. En verba: « Libertatem Domino Rectori et suo minori Consilio scribendi ad serenissimum Dominum nostrum regem Hungariae, exhortando eius maiestatem, quod velit literis suis intercedere apud summum Pontificem pro canonizzacione felicis memorie Fratris Iohannis de Capistrano. *Cassum.* — De faciendo tres, qui ordinatam portent presenti Consilio dictam literam, *Pro 24, contra 7, inc. O.* — Cf. Gelcich, p. 747. Fermendžin, *Acta Bosnae* cit., p. 302: « Ante: Die XXI Aprilis MCCCCXLVI. Prima pars est de dando libertatem S. Rectori et suo Minori Consilio scribendi litteram unam Fratri Ioanni Capistrano regratiatoriam pro Fratre Sylvestro, quem nobis missit ».

[3] Wadding, 1463 n. 124. In Tvarković n. 1. « A. R. P. Marianus de Resti vir insignis in virtutibus, fuit socius B. Ioannis a Capistrano in Ungaria, et anno 1463 Pii II, anno eius V°, capellanus institutus; qui litteras apostolicas impetravit, ut Rhagusini a Dalmatis separarentur 1464: vide Haroldum. † Dalmatiae et Ragusii ante stabilem separationem anno 1474: vide Haroldum in hoc anno ». Cf. Dolci, *Mon.* § 22.

Parisios perrexit; ibique etiam S. Theologiae Professor fuit. Eum Sixti IV postea sacellanum fuisse, memorat Wadingus ad annum 1472 [1].

22. — A. R. P. Silvester de Zamagnis, ragusinus patricius, religiosissimus devotosissimusque a Gonzaga [2] appellatus; Provinciae Dalmatiae, cui iungebamur, Provincialis Vicarius; at tamquam alienigena expulsus a Veneta parte, ragusinis tantum praefuit conventibus: eiusque in nos protractum imperium a Capitulo Generali Neapolitano, praesente D. Iacobo Picenate, anno 1475 peracto. Ponitur tam a P. Andriasio, quam ab illmo Tvarkovich n. 1, et eumdem obiisse anno 1476, ex narratis ab Waddingo ad hunc annum, quisquis coniiciet [3].

23. — V. P. Georgius de Bosna, ut refert Razzius in *Ragusinis Annalibus*, anno 1482 advenit Ragusium, deferens brachium S. Ioannis Baptistae ad Florentinam Rempublicam. Interim in morbum incidit, ex quo quamquam convaluerit, in posterum tamen inter nos vixit, atque etiam requievit [4].

---

[1] Tvarković n. 25: A. R. P. Marianus Bona Doctor Sorbonensis, vita et virtute optimus, praeerat alios exemplo, sed praecipue humilitate, quae coronat omnia, patriam decoravit: nam Sixti IV fuit capellanus et ab eo maximis privilegiis et gratiis effectus, de quo Wadd. ad h. a. Cf. Dolci, *Monumenta* § 26, ubi vocatur Marianus de Bondenalibus. Wadding, 1474 n. 14. Fabianich, II, 192. Gliubich, *Dizionario*, p. 49. Dolci, *Fasti Letterarii*, p 39 n. 155.

[2] Ubinam Gonzaga eum ita appellet, invenire nequivimus.

[3] Cf. Wadding, 1474 n. 18. Fabianich, I, 229. Razzi-Gelcich, p. 113. Dolci, *Mon.* § 27. Marinus de Reatis et Silvester de Zamagnis a Tvarković unico n. 1 includuntur.

[4] Quoad brachii S. Ioannis Baptistae restitutionem Florentinae civitati, in *Lett. e Comm. di Levante* ad annum *1405-1567*, p. 127, inveni: 1°) Breve innocentii Pp. VIII, quo iubet ut Resp. Rag. restituat Florentinis brachium quod Fr. Georgius tulerat e Bosna « Spectat ad nos *etc.* Datum Rome apud S. Petrum sub annulo piscatoris die X iulii MCCCCLXXXX, pontificatus nostri anno sexto »; 2°) Rector et Consilium Rag. Pontifici respondent die 25 aug. 1490, (p. 128) circa brachium S. I. Baptistae a Fratre Georgio Bosnensi Ragusium delatum, quod et Ragusii locus pro servandis Sanctorum reliquiis satis aptus inveniatur; devotio enim erga Sanctos apud Ragusinos maxima est, et nulla ipsos inter et Florentinos habenda discordiarum ratio; 3°) Anno 1491 maii mense (p. 129) Prioribus Florentinorum Ragusienses respondent se nullatenus tradere velle brachium S. I. B. quod Fr. Georgius bosnensis tulerat. — Haec epistola videtur responsiva illi, quae legitur apud Fermendžin, *Acta Bosnae*, p. 302 n. 1186 (1491, maii 10), ubi Priores libertatis et populi Florentini supplicant Baizetho sultano, ut velit sua auctoritate permovere Rempublicam Ragus., quatenus brachium S. Ioannis Bapt. sinistrum, quod Fr. Georgius tulerat, eidem civitati Florentinae tradat (Doc. in bibliothecae archivo Fr. Min. Rag. Cod. MSS. n. 204 (371), p 145). — Et hinc in libro *Consilii Rogatorum (1489-1492) Reipublicae Rachusinae*, die 18 augusti 1491 statutum est: « Prima pars est de confirmando conclusionem per duos ex consiliariis minoris Consilii, videlicet ser Martolum Stephani de Zamagno et ser Ioannem Sigismundi de Georgio cum Georgio Dragisich, qui alias dono dedit Dominio nostro manum, que dicitur esse Sancti Ioannis Baptiste; videlicet de dando sibi singulo anno ducatos triginta, quousque superstes erit. Et cum hoc quod singulo anno in memoriam, quando celebrabitur processio S. Ioannis, dicta manus processionaliter portari debeat et cum dicta manu fieri transitus per ecclesiam S. Francisci intrando per unam portam et exeundo per aliam. Et si unquam Fr. Georgius aliquid tentabit contra Dominium nostrum, perdat omne beneficium ». Cf. *Annales Ragusini anonymi*, Zagabriae 1883, p. 73, ubi dicitur brachium (*man destra*) allatum fuisse anno 1482. Item ibidem cf. p. 267, et Razzi, p. 107. Farlati, VI, p. 191 sq. — Razzi, p. 107 scribit... « Fra Giorgio, il quale recava seco il braccio sinistro di San Giovanni Battista, con intenzione di portarlo a Firenze e di cavarne qualche gran mancia e donativo... ». Sed eximius vir J. Gelcich in notula Razzii verba ita redar-

24. — Beatus P. Evangelista a Perusio, ex nobili Baliorum familia, fuit Provinciae Seraphicae Provincialis Vicarius, deinde Commissarius Romanae Curiae, ac tandem Generalis Observantium Vicarius. Iussu Innocentii VIII lites Caesenatum et Interamnensium feliciter diremit; sanctitate autem ita excelluit, ut cum ei in nostra hac ecclesia parentaremus, moverint sua thuribula Angeli illi, quos D. Iacobus Picenus[1] ad latera Crucifixi collocarat. Evolavit ad superos die 5 augusti

---

guit: « Non con l'intenzione... di cavar qualche mancia, ma per incarico avuto. Firenze protestò, ricorse al Papa, ma invano. Invocò l'intervento della Sublime Porta, la quale mandò a Ragusa un Pascià a verificar la bisogna. E costui sentenziò che se i Fiorentini volevano aver ossa di Cristiani, mandassero a pigliarsene al campo di Kossovo. Accennava alla strage fattane dai Turchi nella giornata del 1389. Intervento umiliantissimo per entrambi, ed assai amara la sentenza che suonava insulto alla Cristianità ».

[1] Etiam pro S. Iacobo Picenate aliqua facientia in *Lett. e Comm. di Levante* (*1431-1435* p. 71) habentur: 1°) Pontifici Eugenio IV, 30 ian. 1432, laudatur Fr. Iacobus Antonii de Montebrandono, cuius praedicatione et conversatione civitas Rag. multa bona assecuta est: sed cum idem ad haereticas et schismaticas nationes iter paret, Pontificem rogant Rector et Consilium ut Iacobo concedat litteras commendatitias. — 2°) Eodem anno, mensis nov. 19, Senatus Rag. scribit Fr. Iacobo de Montebrandono praedicatori famosissimo supplices litteras, ut quantocius Ragusium properet, cum institutus ipse fuerit Vicarius et Commissarius Ragusini conventus. — 3°) 23 nov. 1435 Dominium Guillelmo de Casali O. M. Generali Ministro maximas agit gratias ob missum ab eo Vicarium et italos Fratres ad Conventum Ragusinum, Fratremque Iacobum de Marchia qua Bosnae Vicarium. Sed timent Rector et Consilium, ne Fratres itali, cum grave sit illis transfretare, graviusque idioma addiscere, omnia derelinquant, et maneant pristini Fratres vitae non quidem laudabilis. Ideoque rogant ut saltem sex Fratres ex Vicaria Bosnae, quos Fr. Iacobus, Ragusii Vicarius, et Iacobus de Marchia duxerint eligendos, esse possint Ragusii. Referunt in ditione Ragusina quatuor esse conventus Vicariae Bosnae, e quibus Fratres cum Ragusium se conferant pro eleemosynis colligendis, indigne habentur et e Conventu expelluntur. Dignetur idcirco Rmus providere (*1435-1440,* p. 2). — 4°) Anno 1436, ianuarii 29 (p. 8, an. *1435-1440*) Communitas Ragusina scribit Fr. Iacobo de Marchia, Vicario Bosnae, ut operam apud Generalem Ordinis det, quatenus Fratres quatuor Conventuum in ditione Rag. existentium possint eleemosynas Ragusii quaeritare et interea temporis permanere et cohabitare in conventu S. Francisci eiusdem civitatis, ne exoriantur scandala. — 5°) Apud P. Generalem Guillelmum de Casali Dominium defendit Fr. Dominicum de Cisterna, Vicarium conventus Ragusini, accusatum quasi in Fratres Bosnenses et praecipue in Fr. Iacobum de Marchia inepte et moleste se tulisset. Hoc a fr. Dominico nullatenus factum, Dominium contendit, imo eumdem bene egisse asserit in munere Vicariatus sui. Dolet quod revocetur, et ut remaneat in officio efflagitat, aut ut in eodem conventu sistat, qua unus de familia (1439 ian. 8, *An. 1435-1440,* pag. 118). — 6°) Eidem Generali accusatur Fr. Lucas, Vic. conv. S. Francisci, quia binos Fratres a S. Iacobo Bosnae Vicario Ragus. missos noluit excipere, imo eos male habuit et e conventu depulit (1436, nov. 3, *An. 1435-1440,* p. 50). — 7°) Dominium luget, in epistola ad Fr. Iacobum, ob mortem Regis Hungariae (Ladislai): hostis enim Crucis in Rag. Remp. magis ac magis insolescet. Fr. Iacobus preces pro Republica fundat (1458 (?) febr. 7, *An. 1454-1460,* p. 122). Cf. Gelcich, p. 604 n. 356. — 8°) Alia adest Dominii epistola Vicario Generali et Definitoribus Ordinis Neapoli congregatis, sub die 29 apr. 1512, qua petit ut unus ex excellentibus praedicatoribus destinetur in proxima quadragesima praedicaturus, mentione facta praecipua b. Iacobi Piceni qui Neapoli requiescit et dum viveret Ragusii verbum Dei annuntiavit, et Fr. Seraphini Regiensis, qui Ragusiensibus bona praedicandi arte optime satisfecit (*An. 1511-1519,* p. 17). Cf. Wadding, 1476 nn. 17 sqq. Fabianich, I, 194.

1494; et in nostro Capitulo non ignobili conditus sarcophago (unica tamen superstes manus, quae integra et candidissima) in Domino requiescit.

25. — Fr. Antonius, laicus Italus, requievit inter annum 1504 et annum 1509.

26. — Fr. Bernardinus, laicus Italus, item.

27. — Fr. Lucas, laicus, pariter.

28. — Fr. Elias de Puncta, item. Hic requiescit Ragusii, teste Andriasio ad num. 234.

29. — Fr. Paulus Contrich [1], laicus, pariter inter dictos annos.

30. — Fr. Martinus de Bosna, laicus item. Commemoratur ab Andriasio sepultus Stagni; idque n. 65.

31. — Fr. Baptista de Caboga, clericus, ragusinus patricius, pariter.

32. — Fr. Lucas de Breno, clericus, item; qui obdormivit Ragusii, ut testatur Andriasius ad num. 166.

33. — Fr. Isidorus Pozza, clericus, ragusinus patricius, pariter requiescit Ragusii, iuxta dictum Andriasium n. 127.

34. — A. R. P. Bernardinus Gozze, dictus Gerich [2], ragusinus patricius, et tertius noster Vicarius Provincialis ad annum 1490; ibidem obdormivit.

35. — R. P. Gratianus de Bona, ragusinus patricius, item; et nominatur ab Andriasio n. 110.

36. — V. P. Franciscus de Scimirovich [3], concionator, pariter; et ipsum memorat Andriasius n. 59.

37. — V. P. Andreas de Restis, ragusinus patricius, item; et ab Andriasio n. 3 collocatur.

38. — V. P. Ludovicus Gozze, patricius ragusinus, intra eosdem annos obiit Ragusii, positus ab Andriasio n. 93.

39. — V. P. Iustinus Dracolich [4], theologus et celebris concionator, supradictis est accensendus, licet ab Andriasio ponatur sub n. 137.

40. — V. P. Ludovicus Pozza pariter. Quia optima praeditus indole, appellabatur fráter Brataz [5]; et Andriasius eum requievisse Tergesti, narrat sub n. 160.

41. — V. P. Laurotaedus, natione Graecus, inter praedictos est.

42. — V. P. Christophorus Salecich [6], pariter.

43. — V. P. Andreas Tedorich, item.

44. — V. P. Ioannes Pisan, concionator, claudit numerum defunctorum a dicto anno 1504 usque ad annum 1509; et ab Andriasio memoratur n. 72.

45. — Fr. Donatus Batidorovich, clericus optimae spei, circa annum 1510 defunctus est Ragusii. Reperi in quodam nostrae Bibliothecae vetustissimo codice

---

[1] Kontrić. [2] Gjerić.

[3] Simirović. Tvarković « de Soimiris » — « 1486, die 16 madii, conventus S. Bernardini apud Claras. Facta est commissio Fratri Francisco de Soimiris in forma consueta, ut recedat visitaturus loca Bosnensium, que scilicet sub directione est infidelium Thurcorum, si commode et sine periculo id poterit, et deferat in scriptis ad capitulum Generale, si que invenerit merito deferenda, cum licentia ducendi aliquem ex Fratribus illis, ut clarius et melius possint suas dicere necessitates, Capitulo Generali. Factaque est obedientia veniendi ad Capitulum Generale, si non esset electus per Discretos Vicarie Ragusine vel non esset Vicarius». (Tab. vatic. cod. mss. armar 2. nr. 23. fol. 119) Fermendžin, *Acta Bosnae*, p. 298 n. 1176.

[4] Drakolić. [5] *Bratac*, illyrice: cugino, italice = consobrinus. [6] Zalečić.

haec ab ipso obsignatą; nempe, quod nostro Ordini nomen dedit die 15 martii anni 1504 sub Vicario Provinciali P. Seraphino de Zamagnis; quod successit huic P. Angelus Gozze; ac tandem quod praedicti Laici, Clerici et Sacerdotes interim ex hac vita migravere. Eiusdem syngrapham huic meo Necrologio appositam quam maxime commendo; prochronismorum enim utriusque antiqui Necrologii nostri locupletissimum ipsa est documentum.

46. — A. R. P. Seraphinus de Zamagnis, ragusinus patricius, vir ea doctrina et pietate praeditus, ut post nostram a Dalmatis secessionem in primum nostrae Provinciae Vicarium anno 1484 fuerit electus; bisque iterum, nempe ad annos 1493 et 1502, ad idem officium promotus. Defuncto inter nos B. Evangelista a Perusio, Generali nostro Vicario, ipse usque ad decimam septimam Observantium Congregationem habitam Aquilae die 4 iunii anno 1495 in eius locum successit ex dispositione Bullae Eugenianae, ut adnotat Waddingus in *Annalibus* [1]; in dicta vero Congregatione Definitor Generalis est renunciatus. Decessit piissime in conventu Daxae circa annum 1515; et memoratur ab Andriasio n. 5. Aelius Lampridius nobili eum laudavit Epigrammate; miratus, ut ipse ait, *sine labe cadaver* [2].

47. — A. R. P. Antonius Gozzeus dictus Regna, ragusinus patricius, secundus fuit nostrae Provinciae Vicarius ad annum 1487; anno autem 1498 in Guardianum Hierosolymitanum electus [3], ea sacra loca summa cum laude gubernavit. Decessit Ragusii post annum 1515; et de ipso agit illmus Tvarkovich in *Notis* Andriasii n. 49 [4].

48. — R. P. Antonius Cerva, ragusinus patricius, pro Christi fide occubuit Martyr in Barbaria. Omnia ipsum nostra Necrologia commemorant, sed absque anno; ex Chartula tamen supradicti Fr. Donati indubium, quod ad annum 1505 Daxensis fuerit Guardianus; neque sanguinem fuderit ante annum 1510 [5].

49. — A. R. P. Andraeas Gozze, ragusinus patricius, quintus nostrae Provinciae Vicarius, ad annum 1496 requievit Ragusii.

50. — R. P. Valentinus de Bona, ragusinus patricius, subtilis scotista, concionator egregius, necnon a secretis supradicto Guardiano Hierosolymitano fuit. Eum in Terra Sancta decessisse, ad tempora supradicti Fr. Donati, falso nuncio relatum est; nam rediit incolumis, obiitque Ragusii post annum 1514, ab Andriasio positus n. 131.

---

[1] Wadding, 1494 n. 1.

[2] Cf. quoad totam hanc rem *B. Bernardini Aquilani Chronica fratrum minorum observantiae* a P. Lemmens edita, Romae 1902, p. 96 sqq; necnon Fermendžin, *Acta Bosnae* cit., p. 207 sqq. Dolci, *Mon.* § 30. Wadding, ad hos annos.

[3] *Chronologia historico-legalis,* I, 147. Golubovich, *Serie Cronologica dei Rmi Superiori di Terra Santa,* Gerusalemme 1898, p. 38.

[4] Cf. Dolci, *Mon.*, § 32. Ex serie Provincialium apparet ipsum fuisse Provincialem secundo 1502-1505. Sed eius iam tempore, senatus Rag. Archiepiscopo suo scripserat ut apud Pontificem agat, quatenus in capitulo Provinciali eligatur unus ex Fratribus Provinciae Ragusinae, qui gubernet in spiritualibus Moniales monasterii SS. Apostolorum, et de eadem re scriptum fuit et Fr. Hieronymo de Tornaciis et P. Francisco Zeno, ut videre est in *Lett. e Comm. di Levante.* Commendat quoque Dominium Rhac. Fr. Thadaeo de Urciis, Brixiensis provinciae Vicario, Fratres Albertum et Nicolaum, O. F. M., cives ragusinos, Brixiam proficiscentes ut studiis incumbant.

[5] Cf. Dolci, *Mon.* 4 (corrigendus); et Fabianich, II, 191. Tvarković n. 137, ubi cum dixisset quod « in Barbaria fuit pro Christo martyrizatus » adiunxit: « gaudium sit tibi semper ».

51. — R. P. Ioan. Antonius de Zamagnis, ragusinus patricius, Daxensis Guardianus fuit ad annum 1504, Ragusinus vero ad annum 1506; et ad annum 1508, ex Chartula supradicti Fr. Donati. Obiit Ragusii circa annum 1514; estque in Andriasio sub n. 92.

52. — A. R. P. Angelus Gozze, ragusinus patricius et theologus perinsignis, ex eodem Donato Vicarius Provinciae fuit primum anno 1508; deinde anno 1514, ex illmo Tvarkovich; hinc ob Leonis X celebrem Bullam datam anno 1516, vulgo *Bullam Unionis* [1] ipse primus Ministri Provincialis titulum inter nos indeptus est. Obsignatur ab Andriasio n. 75, et requievit post dictos annos Ragusii [2].

53. — A. R. P. Augustinus Gozzeus, ragusinus patricius, ex Chartula supradicti Donati, in Vicarium Provincialem anno 1508 electus est. Egregius concionator fuit; eumque Ragusii requiescere docet Andriasius n. 108.

54. — A. R. P. Paulus de Pozza, ragusinus patricius, vir summe prudens atque industrius; hinc Vicarius Provinciae primo electus anno 1499; deinde in Ragusinum Guardianum renuntiatus anno 1509 (uti constat ex Chartula Fr. Donati), ac tandem iterum, nempe anno 1511, in Vicarium Provinciae assumptus est. Requiescit Ragusii.

55. — V. P. Gratianus Marcovich [3], a Fratribus dictus Kadí; ex supradicto Donato, fuit Guardianus Stagnensis ad annum 1508. Obdormivit Ragusii, teste Andriasio.

56. — Illmus et revmus dnus Fr. Georgius Dobretich (hinc Georgium Benignum semet dixit) in Bosna natus est; et a puero Ragusii educatus, nosque inter Minorita factus, vulgo Ragusanus appellabatur. Italiam studiorum causa perrexit postea, profecitque adeo, ut ob insignia in rem litterariam merita eum nobilis Salviatorum familia proprio cognomine et stemmate condecoraverit. Edidit *Quaestiones de Natura Angelica*, nostrae dicatas Reipublicae; volumen magnum *De Dialectica*; *Vexillum Christianae Victoriae; de Assumptione B. Virginis; Apologiam pro Ioanne Reuchlino super Lib. Thalmud*; itemque alteram *pro B. Hieronymo Savonarola Ordinis Praedicatorum*, quae in coenobio D. Marci Florentiae servatur inedita. Ex Episcopatu Calliensi sub Urbinatensi Archiepiscopo ad Archiepiscopatum Nazarenum in Apulia a Leone X, cuius fuerat in liberalibus disciplinis magister, translatus est; et Concilio Lateranensi V interim interfuit. Eius consensu Canusina Ecclesia a Nazarena fuit divulsa; obiitque anno 1520 in civitate Baruli, in qua Nazarenorum Archiepiscoporum palatium, et in ipsius aula nostri Georgii elogium [4].

---

[1] Corrige *1517: Ite vos in vineam meam,* sub d. 29 maii 1517: Wadding ad annum, n. 23.

[2] Invenio in Gelcich, *Diplomatarium,* p 684 n. 440, ad annum 1523, dec. 8, quemdam Angelum Fratrem (de Goze) nuncium fuisse apud Ludovicum regem Hungariae: quod confirmatur ex *Libro Consilii Rogatorum reipublicae Ragusanae 1523-1525,* ubi post multa decreta 25 sept. 1523 capta, die 28 sept. dicitur: « De stando ad partem captam pro religioso mittendo in Hungariam ad regiam maiestatem. Per 24 contro 11. Eleccio persone religiose, mittende loco Fratris Gabrielis infirmi » (et hic erat de O. F. M. et de familia de Lucharis): « Frater Angelus de Goze. Per 19 contra 14, inc. 2. Id ib. p. 845. Die vero 8 dec. 1523 Rex Ludovicus nunciat Ragusinis censum accepisse 3000 ducatorum et excusationem per Fr. Angelum (de Goze) factam « quominus vel hunc censum tot annis persolvere, vel addere aliquid subsidii extraordinarii potueritis »... Cui Angelo responsum ad ipsos datum et modus propositus certiorem regem reddendi de novitatibus *(Lett. e Comm.)*.

[3] Marković

[4] Dobretić — Cf. Dolci, *Mon.* § 32. Hic Dolci in *Fasti Letterarii Ragusini,* p. 24 alia scripsisse edocet. Gliubich vero, ibidem, haec commemorat: *Defensio* Francisci Mariae Feltrii seu

57. — A. R. P. Octavius Biancobarba, Mediolanensis, ex Commissario Provinciae, eiusdem Minister ad annum 1517; demum Ragusii obiit; positus ab Andriasio n. 52.

58. — A. R. P. Michael Angelus, Venetus, item ex Commissario Minister ad annum 1525, pariter Ragusii decessit; signatus ab Andriasio n. 102.

59. — A. R. P. Nicolaus Giurascevich [1], celebris concionator, circa hos annos in Bosna obiit, Commissarium Visitatorem ibidem agens; et n. 4 ab Andriasio commemoratur.

60. — A. R. P. Franciscus a Vicentia, ex Commissario Provinciae in Ministrum assumptus anno 1520; expleto Provincialatu, non post multos annos obiit in sua patria, habetque in eo claustro epitaphium.

Deberent hic 25 Fratres adnotari, qui, teste Razzio in Ragusinis Annalibus *inter annum 1526 et annum 1527 peste interempti sunt. Extat lapis ad fores Capituli in huiusce cladis monumentum; sed nullibi eorumdem Fratrum nomina obsignantur. Arbitror tamen plerosque in eorum numero esse, qui recitabuntur inferius, nulla epocha tam a P. Andriasio quam ab illmo Trarkovich descripti* [2].

61. — A. R. P. Benedictus Gondula, ragusinus patricius, ad annum 1529 tantum in Ministrum Provincialem assumptus est; licet ex supradicto Fr. Donato, ad annum 1509 Ragusinus fuerit Guardianus. Id ob exteros Commissarios [3] ad huiusmodi

Roborei Urbini Ducis, *Tractatus* de rebus moralibus atque ad civile regimen pertinentibus, *Contemplationes* christianae, *Epistola* ad Petri Palatini opus de arcanis Catholicae veritatis. Fabianich, II, 241. Gliubich, 28: Sbaralea, *Supplementum*, 303[1] sq., 320-2[2].

[1] Gjurašević

[2] Cf. Razzi-Gelcich, p. 121. *Annales Ragusini Anonymi*, p. 102 et 280. — Engel, Stojanović, *Poviest Dubrovačke Republike*, Dubrovnik 1903, p. 89. Ab istis disseritur de peste.

[3] Quoad istos Commissarios, notandum est, quod iam an. 1428 Generali Fr. Antonio de Massa contra Fratres dalmatinos in Rhacusino et Daxensi conventibus inhabitantes scriptum fuit: deinceps aliis Ministris Generalibus contra ipsos quoque Rhacusinos. Ex quo fere semper Vicarii (Guardiani) ex Italia huc mittebantur. Respublica interea et ab istis abalienata, Republicanos Fratres qua vicarios habere contendit. Provincia Rhacusina constituta post a Dalmatis Bossinensibusque separationem, Provinciales ex Rhacusina ditione erant: sed et his Reipublicae invisis, a Romana Curia ex Italia (prout in votis erat Reipublicae) instituti sunt Commissarii, qui munere Provincialium ornabantur et fungebantur. Et ne verba tantum sint, praetereaque nihil, cito documenta quae ad rem faciunt. 1541, maii 12 (*Levante, an. 1538-1542*, p. 232), Bernardus Brinciola mittitur Mantuam ad Capitulum Generale, cui accuset Fr. Franciscum Saxorenam Provincialem a. 1528 de bonis nonnullis divenditis et petat ne in futurum quisquam nisi nobilis Rhacusinus ad Provincialis munus evehatur. Quod contra fecit Matthaeus Celinle neapolitanus, Commissarius huc missus, sub cuius praesidentia Vocales Provincialem crearunt Fr. Basilium de Demetri, popularem, et guardianum Stagni Fr. Seraphinum de Zamagna. Idcirco Dominium Basilium ad triennium exulare iussit. At Commissarius tunc Fr. Blasio de Gradi, Fr. Michaeli Antonio de Gozze, Fr. Sabino de Ghetaldi et fr. Nicolao de Crieva (Cerva) infra decem dies illum sequi in Dalmatiam praecepit, ut se defenderent: hos enim in causa esse expulsionis Fr. Basilii putabat. Dominium autem illos retinuit utpote, innocentes, in se ipsorum defensionem assumens, falsamque asserens quaerelam P. Commissarii, qui se in agendo libertate Rhacusii privatum fuisse aiebat. Exoret Brinciola Generalem ut Commissarium reprehendat, quatuor citatos Fratres excuset et revocare faciat litteras, quibus illos iterum citavit, necnon novum Commissarium instituat qui denuo hanc recognoscat causam. His actis, litteras petat, quibus Provincialis et Guardianus Stagnensis, confessoresque Monialium ex nobilibus esse debeant. Praeterea Rmus mittat unum ex Patribus Marchiae, qui cum caeteris ex S. Francisci conventu regat Provinciam reliquo tempore huius triennii. Quod si haec Generalis concedere renuerit, Romam

munus interim electos. Expleto Ministeriatu, decessit Ragusii; et memoratur ab Andriasio n. 115.

62. — A. R. P. Franciscus a Ragusio, a Comitiis Generalibus Parmae habitis anno 1526 noster appellatur praeteritus Minister; proinde ad hoc munus electus fuit ad annum 1525. Tempore praedictorum Comitiorum exul erat, eo quia legi

---

proficiscatur, remque Pontifici aperiat, ab ipsoque omnia adipisci satagat. Quod mense sept. 16 (ibid. p. 249) scribitur Generali Ministro. Anno 1567, ut ex litteris Summo Pontifici datis de die 23 aug. 1569 (*Ponente, 1566-1570,* n. 1, f. 258, p. 125) eruitur, Generalis Rhacusium advenerat et omnibus compositis, Provincialem italum cum aliis ex Italia hic constituerat. Sed P. Commissarius, Fr. Augustinus a S. Bonifacio, Fratres quosdam expulsos secum duxit et delegatos constituit. Scandalum! Ideo mittuntur S.S. Fr. Lucas et Fr. Marcus de Bossina. At Commissarios illos citavit Corcyrae Nigrae et Iaderae, quasi Dominio revelassent secreta Religiosae Provinciae. Falsum! Pontifex eos exaudiat et Rhacusium remittat. — 1570, martii 2 (*Ponente, 1566-1570,* n. 1, f. 258, p. 148). Iterum Dominium Pontificem exorat, ut cum hucusque qua Provincialem misisset p. Fr. Bonaventuram ab Urceis Novis, alium, expleto augusti mense triennio, Generalis mittat. — Eodemque die ad eumdem finem Dominium scribit Francisco Gondulae ut agat apud Generalem quod mittat loco Bonaventurae ab Urceis Novis, alium, scilicet Fr. Sebastianum Battezzio vel Battellio item ab Urceis Novis, qui Rhacusii guardianatum gessit sex vel octo mensibus, vel ex his quatuor, nempe Ioanne Riminensi, qui Candiae Minister fuit, Fratre Thoma de Soiano, Fr. Ioanne Baptista a Bergomo, Fr. Pacifici a Pruminengo unum (Ibid. n. 1, f. 258, p. 147). Et idem scribit eodem die Generali Aloysio de Puteo (ib. p. 161). Ambae hae litterae repetitae inveniuntur 23 martii 1570. Anno vero 1573 iunii 17 (*Ponente, 1571-1575,* n. 30) Pontifici Senatus scribit quod quia a Pio V, iuxta Senatus preces, Guardianus Provincialisque concessi fuerint Itali, et nunc Fratres cupiant suos, super hoc audiat Franciscum de Gondola, cui eodem die scriptum est mentis esse Senatus ut ulterius provinciales ex Italia sint. Et in eadem sententia scriptum est P. Bonaventurae a Chiavari, Commissario Generali Fratrum S. Francisci, 7 apr. 1578 (ib. *1575-1580,* p. 115). Commissario Generali Fratrum Observantium Fr. Antonio Genestreto, commemoratis Ministris exteris, preces porrigit ut Guardianum quoque et Vicarium mittat. — Idem repetitur 22 martii 1580 Generali, et quod Senatus hoc fecit ob evidentissimas causas et per quam necessarias rationes (ib. p. 227). Et Generalis iterum deprecatur ut Ministrum, Guardianum et Vicarium exteros mittat (ib. n. 3. p. 48. oct. 20 1580) praecipue P. Marinum. Quod repetitur Cardinali de Medici (ib. p. 50). Cui idem dicitur 29 maii 1581 (ib. p. 90) et ulterius Generali (ibid). Cui deinceps quaerelas miscent eo quod non miserit dictos patres, sed respondisset quod « dovremmo contentarne che il loro governo fusse piu tosto in mano de frati della provincia che in quella de forastieri » 22 oct. 1581 (ib. p. 115). De qua re, mutatis mutandis, scriptum est et Cardinali Farnensi et Francisco Gondola, 28 ian. 1583 (ib. p. 203-4) Certius Dominium reddit Generalem de adventu ministri, Guardiani et Vicarii, 26 maii 1582 (ib. *1580-1585,* n. 3, p. 158). Cardinali Arrigoni 1606, iulii 24 (*Ponente, 1605-1607,* n. 8) mentio fit P. Dionysii a Turre qua ministri etc. Cf. ad n. 344, 353 et 365. — Dein, 1640, nov. 26 (*Ponente, 1637-1645,* n. 17) Card. Barberini et Commissario Generali Petroque de Benessa, iterum proponitur in Ministrum ad triennium unus ex Italis reformatis. Et Benessae denuo ad hoc scriptum est 1641, feb. 8 (ibid.). Etsi 20 ian. 1669 Cardinali Barberino Dominium scribat, quod male sentiat aliquem interfuisse apud Generalem ne ad visitandum provinciam deputetur Frater exterus, tamen eidem grates habentur eo quod ad Provincialatum suis curis promotus fuit Fr. Marinus Maria Marinello: 1669, iunii 4 (*Ponente, 1668-9,* n. 27). — Anno 1683 dec. 16, Cardinali Cybo et Generali Ord. preces exhibentur ut in Commissarium quoque non amplius ex exteris sed ex nationalibus eligatur aliquis, ne impensae augeantur et cum nationales charitate fraternaque unione nunc tandem sint omnibus gaudio et aedificationi maximae. Attamen et an. 1765, aug. 17 (ibid. *1765,* n. 82, p. 57) scribens P. Iosepho M. de Vedano Commiss. Generali, petit ut per sexennium Provincia regatur a duobus successive exteris

latae ab Senatu, ut non nisi nobiles eligerentur in Guardianos, parere recusavit. Male, et ab Andriasio, n. 186, et ab illmo Tvarkovich Mercanensis Episcopus appellatur: aguntur ipsi eo errore, quia in Catalogum Episcoporum Concilii Tridentini irrepsit; ibi enim Franciscum Ragusaeum pro Iacobo de Luccaris (Franciscano Praesule et Ragusaeo) librariorum incuria posuit. Franciscus, de quo agimus, Ragusium rediit, ibique ab Andriasio defunctus dicitur.

63. — R. P. Marinus Gagliazovich[1]. A nemine ex nostris Scriptoribus nominatur; nomino ego solus ipsum, nam laudatur ob opus, cui titulus *De homine ad Religionem instituendo*, in suis carminibus a Nicolao Nalio ragusino poeta, qui floruit ad hos annos[2].

64. — A. R. P. Ioannes de Gondula, vir summe pius, linguaque italica apprime fuit eruditus; ne ipsum ragusini patricii titulo duntaxat appellemus. Peregit Terrae Sanctae peregrinationem, in eadem quinquennio commoratus est, quin et Bethlehemitici conventus Guardianus fuit. Suae Peregrinationis Historiam Ita-

---

Ministris. Pontifici etiam ad opus scribitur 1766, aug. 6 (ib. 1766, n. 84 (2) p. 41). De qua re P. Iosephus de Vedano informatur et scribitur quod Benedictus Stay Pontificem ad hoc adiit (ib. p. 42). Ideo Benedicto munus hoc committitur (ibid. p. 43). Cui iterum scribitur circa requisita in Provinciali duobusque Definitoribus huc mittendis: 17 dec. 1766 (ib. p. 114). Tandem eidem scribitur quod advenerunt Provincialis, Custos et Definitor: 15 iun. 1767 (ibid. 1767, n. 85, p. 62). Hinc adhuc an. 1768, ian. 14 (ib. 1768 n. 86 (1) p. 2). Generali Ioanni de Molina Matriti commendationis litterae dantur in laudem P. Iosephi Felicis a Mondolfo Provincialis. — 1769 iulii 10 (ib. *1769*, n. 89 (2) p. 11). Stay dicitur quod Papa vel alius eligat novum Provincialem: praesentet memoriale, ubi invenitur fragmentum Brevis Clementis XIII et ita continuetur « usque ad novos ordines Sanctitatis Sue » et meminiscat quod repetita iuvant. Et semper idem eidem 1769, sept. 10, 1770, feb. 28, apr. 21 (ib. p. 49, n. 90, p. 9, p. 34) cui tandem scribitur quod novi Superiores advenerunt, 18 iul. 1770 (ib. p. 75). — Nec finis! Benedicto Stay nuntiatur, quod obtineat ut in futurum nationales eligantur, 13 apr. 1772 - et e. a. 21 iul. apud Generalem pro nationali insistitur (ib. p. 75-76). Stay vero committitur 18 dec. 1772 (ibid. p. 75) ut nomine Fratrum rhacusinorum Pontifici memoriale praesentet in laudem ultimi Provincialis P. Francisci Ignatii Anconitani.

[1] Galjazović.

[2] Gliubich asserit, illum vixisse circa an. 1540. Dolci vero in *Fasti Letterarii* (p. 41, n° 166) dicit, quod, « alias *Brugnola* cognominabatur: et ob librum illyrice elucubratum *de Recta hominis ad pietatem institutione*, a Nicolao Nalio versibus fuit hic laudatus:

Fra Marin od Reda Franceska Svetoga,
Koga nam Kuća dá Gagliaza viernoga:
On Pisma sva slozi da Boga proslavi,
A u nam uzmoži plam Božje ljubavi ».

Quos ipse Dolci vertit:

Ordinis ille tui, sancte o Francisce, Marinus,
Et quem fida domus genuit Gagliazea; scripsit
Aeterni tantum quae laudem Numinis augent,
Et sacri in nobis accendunt flamen amoris.

Nale Ragusii circa 1500 ortum habuit; obiit 1585. Scripsit: *Dialogo sulla sfera del mondo, diviso in cinque giornate*, italice, Venetiis 1579, apud Bariletto (Zilettum). Iussus a Gregorio XIII sententiam circa methodum ab Aloysio Lilio propositam quoad Calendarii reformationem dicere, hanc exposuit Commentariolo, quod Romam misit et propter quod laudes Clavii aliorumque matheseos doctorum promeruit. Poeta illyricus eximius. Ita Dolci, *Fasti Letterarii* p. 49, n° 205. Gliubich, p. 223. Cf. Fabianich, II, 195. Gliubich. p. 137.

lice conscriptam dicavit fratri suo Nicolino de Gondula, sub die XV martii an. 1526; et adhuc superest ipsa in Bibliotheca RR. Societatis Iesu, etsi manuscripta. Minister Provincialis renuntiatus est anno 1552; et ab Andriasio n. 185 nominatur. Obiit Ragusii insolita funeris pompa elatus; nam frater suus, a quo summe diligebatur, 60 accensis parentavit intorticiis [1]. Obiit a. 1565.

65. — A. R. P. Antonius Tudrovich, concionator eximius et peritissimus musicus, Provinciae Pater, quin et Ordinis (si fides Andriasio ad num. 196). Obiit Ragusii anno 1566, cum actu esset Minister.

66. — A. R. P. Paulus Sorgo, ragusinus patricius, vir doctissimus et Lector Iubilatus eximius, ob sui secessum in Daxensem Scopulum et ibi extructa Terrae Sanctae monumenta ab Aelio Lampridio [2] Epigrammate commendatur, pie decessit Daxae, et memoratur ab Andriasio n. 152.

67. — Illmus et rmus dnus Fr. Ambrosius de Ragusio, bis iam Minister Provinciae, deinde Antibarensis Episcopus fuit, totius Rassiae Primas; et Serviae et Bulgariae Visitator Apostolicus. Inter alias praeclare res gestas, Ioannem Iugovich Ciprovatii parochum, qui publice uxorem duxerat, sub Pio IV anno 1565 ad meliorem reduxit frugem, salutaribus poenis populo iniunctis ob sacramenta ab huiusmodi sacerdote recepta. Obiit Ragusii anno 1568 [3].

68. — A. R. P. Bernardinus Gozzeus, ragusinus patricius, vir apprime religiosus, bis Minister Provincialis fuit; et circa annum 1568 Ragusii decessit, a P. Andriasio n. 125 commemoratus. Martyrologii veteris ipse conscriptor ad annum 1541, itemque dictus Gerich.

69. — A. R. P. Ioannes Gozzeus, ragusinus patricius, concionator generalis, s. Theologiae Lector Iubilatus; et ad annum 1558 Minister Provincialis, pie decessit Ragusii ad annum 1569; positus ab Andriasio n. 156.

70. — A. R. P. Emanuel Slatarich [4] summus musicus fuit, et ad annum 1556 Minister Provincialis. Obiit Ragusii anno 1570; et memoratur ab Andriasio n. 150.

71. — A. R. P. Silvester Gagliazovich, celeberrimus concionator apostolicus, et Provinciae Minister ad annum 1559, veterem Umblensem conventum omnino destruxit; novumque magnificentius forsan, qua par erat, aedificavit, ac ibidem tandem requievit circa annum 1575; n. 188 ponitur ab Andriasio.

72. — A. R. P. Franciscus Lucrecich, theologus et concionator praestantissimus, pluribus ideo a Provincia honestatus dignitatibus, at Minister Provin-

---

[1] Cf. Wadding, 1565 n. 126. Gliubich, p. 160. Dolci, *Fasti Lett.* p. 33 n. 131. Fabianich, II, 193.

[2] Aelii Cervini Lampridii meminit P. Dolci, *Fasti Litterarii Ragusini,* p. 1. Gliubich, *Dizionario,* p. 82 haec, praeter alia, Palladii verba citat (in *De situ orae illyrici*): « Cum haec proderem, ibi erat Aelius Cervinus poeta eminentissimus, cui si priscis temporibus nasci contigisset, quando more hominum comparatum est, ut veteres scriptores novis semper anteponantur, ipse profecto cum antiquis vatibus passim legeretur: tanta est eius in rebus, quas decantat, eruditio, et ea carminis sublimitas ». Ragusii natus 1460, obiit 1520. — Dolendum est quod carmina, et praesertim Epigramma ab Aelio in laudem P. Pauli compositum mihi desint, sicut et alia Fratrem Sorgo illustrantia, auctoresque illum commendantes ad manus non sunt.

[3] Cf. Wadding, 1565 n. 7 (XX, 4 sq., edit. Ad Claras Aquas 1899), ubi documento comprobatur « Ambrosium non Ragusio, sed insula Cherso oriundum et in Archiepiscopum assumptum die 9 ianuarii anni 1579 ».

[4] Zlatarić.

cialis semel renuntiatus, postremum hoc munus invicte recusavit. Obiit Ragusii anno 1574 [1].

75. — Illmus et rmus dnus Fr. Iacobus de Luccaris, ragusinus patricius, Iuris Canonici peritissimus fuit; et, teste illmo Tvarkovich in *Notis* Necrologii Andriasiani n. 195, in Libris Decretalium Daxensis Bibliothecae plures eius *postillas* habemus. Errat tamen idem Tvarkovich, dum asserit, eum iuvenem ex hac vita migravisse; nam bis Ministri Provincialis munus gessit; et secunda vice ad annum 1555. Anno vero 1562 in Tribunen. et Mercanen. Episcopum electus, sub Pio IV Tridentino interfuit Concilio; et tandem anno 1575 in Domino requievit Ragusii [2].

---

[1] Lukrečić. — 1562, 9 augusti (*Ann. 1562-1565*, p. 12). Dominium declarat Generali O. F. M. Fr. Iacobum de Luchari, Ministrum Prov. Rag., Fr. Franciscum Lucretium, Guardianum Conv. S. Franc., Fr. Iustinum Viticulum et Fr. Blasium ab Insula Media, citatos ad praesentiam eiusdem, innocentes esse a culpa illis adiudicata; et quia scandalum simul et detrimentum maximum ob eorum absentiam civibus impenderat, Dominium testatur illis dedisse consilium Ragusii permanendi, partes iusque eorum sese Generali exhibiturum. Protestatur se hoc non fecisse ad Generalis iurisdictionem impediendam, sed potius adiuvandi causa. Expostulat ulterius, ut, si aliquando Fratres huius Prov. visitatione correctioneque indigeant, ipse adveniat Generalis vel alius discretus et prudens, qui haec aliaque peragat. — Et eodem sensu Dominium scripsit augusti 9 1562 (p. 13) D. Ludovico Beccatello, Archiepiscopo Ragusino, significans quatuor laudatos in causa non esse expulsionis extra Dominium, utpote pacis perturbatorum: Fratrum, scilicet, Marini Brugnoli, Antonii Theodori et Francisci de Radaglio. Archiepiscopus ideo operam navet ut Rmus Generalis votis Dominii satisfaciat, cui opus est pace et quiete. — In causa corumdem quatuor, ut supra, scriptum a Dominio est 14 ianuarii 1563 (p. 58) Generali Ministro O. F. M. S. F. de Observantia, Francisco Zeno, declarans idem repetitum fuisse P. Angelo Petrivolo a Firmo, instando ne ipse Commissarius causam istorum velit recognoscere antequam Generalis aut ipse huc adveniat, aut de omnibus informationem accipiat, aut ipsi Commissario ius tribuat causam cognoscendi, quin Fratres ipsi Romam adire iubeantur. Responsum Generalis adhuc desideratur. Tamen, Commissarius laudatur, qui sermonem ad populum habuit, ex quo omnes consolatione repleti sunt. Ideo Dominium efflagitat ut idem Fr. Angelus in adventu et ventura quadragesima ad munus concionandi Ragusii deputetur. — Cf. Farlati, VI, p. 306.

[2] Domino Card. de Carpi conqueritur Dominium Rag. in litteris datis primis aprilis diebus an. 1563 (*An. 1562-1565*, n. 27, p. 76) eo quod ipse Carpi electioni factae Fr. Iacobi de Luccaris in Episcopum Tribuniensem et Mercanensem toto animo obstitisset ob obortam quaestionem, de qua supra n. 72. Contra Commissarios a Generali O. F. M. missos acerbis verbis invehitur, qui, ut asseritur, malam dederunt Cardinali et Generali Ordinis significationem. Causa Fr. Iacobi defenditur et ut promotionem istius bona pace suscipiat, Card. rogatur. — Eodem die (n. 27, p. 77) idem Dominium renovat Card. Aracoeli, deprecaturque ut ipse adversum Card. de Carpi animum in Fr. Iacobum emoliat, quatenus episcopali dignitate honestari possit. — (p. 78) Card. Borromaeo, favorem protectionemque eius appellans. — Similiter et Cardinali Farnesio (p. 78). — Ad haec, Rector et Consilium eodem die, mense et anno (p. 79) scribunt Domino Ioanni Baptistae Amaltheo, gratias agentes pro peractis in favorem causae Fr. Iacobi apud de Carpi. Epistolarum copiam mittunt ad Card. Borromaeum atque ad Generalem O. F. M., rogantque ne ullam praetermittat occasionem, modumque ut animum de Carpi emulceat. — Iterumque 26 maii 1563 (p. 93) Dominium eidem grates persolvit pro actis dictisque in causa Fr. Iacobi apud Card. de Carpi, speratque omnia bene cessura iuxta ipsius Cardinalis promissa. Totis viribus agat, ne Fratres in posterum in rebus ad Moniales Conventus S. Clarae spectantibus interius se immisceant; et, si vox vera est, studeat, ut Generalis e carcere solvat Fr. Iacobum eiusque socium, omnesque calumnias in illum disseminatas ex de Carpi animo auferat, ope Cardinalium Farnesii, Aracoeli et Borromaei. De dignitate, ad quam ipse Amaltheus evectus fuit, nempe Secretarii Apostolici, Dominium cum

Atque his tantum epocham obsignare non absque summo labore ego potui; nam exceptis tribus aut quatuor, nemini ipsa ab utroque noštro obsignatur Necrologio usque ad annum 1582. Referamus nunc eos, qui ante dictum annum 1582 procul dubio defuncti sunt, licet annus eorumdem obitus ignoretur.

74. — R. P. Emanuel a Ragusio, celebris theologus, requiescit Ragusii.

75. — F. Silvester Pozza, ragusinus patricius, et ob humilitatem laicus, obdormivit Ragusii.

76. — F. Cosmas, laicus, obiit in Turcicis partibus.

77. — V. P. Sixtus a Ragusio obiit Ragusii.

78. — V. P. Simon de Ragusio, chori moderator, quievit Ragusii[1].

79. — Fr. Sanctes de Bosna, clericus, decessit Ragusii.

80. — F. Gaspar de Bosna, laicus, obiit Ragusii[2].

81. — V. P. Gabriel de Bona, ragusinus patricius, obdormivit Ragusii.

82. — V. P. Cornelius Iurovich[3] de Bosna quievit Ragusii.

83. — V. P. Hilarius de Canalibus obiit Venetiis.

84. — V. P. Benedictus de Cotrulli obdormivit Hierosolymis.

85. — Fr. Donatus de Canalibus, laicus, sacrista, quievit Ragusii.

86. — Fr. Aegidius de Canalibus, laicus, summe senex obiit Ragusii.

87. — V. P. Elias Hungarus decessit Ragusii.

88. — V. P. Marcus Benessa, ragusinus patricius, obiit Ragusii.

89. — F. Andreas de Canalibus, clericus, decessit Ragusii.

90. — V. P. Marcus Costobich[4] obiit Ragusii.

91. — V. P. Daniel de Canalibus requievit in patria.

92. — V. P. Albertus Menze, ragusinus patricius et concionator, obiit Ragusii.

93. — V. P. Clemens de Canalibus quievit Ragusii.

94. — V. P. Hieronymus de Popovo decessit Stagni.

95. — V. P. Franciscus Hungarus obiit Stagni.

---

ipso gratulatur. — 26 iunii 1563 (p. 104) Dominium Pontifici supplices preces exhibet, ut Fr. Iacobus e carcere incolumis fiat, Anconae prius, dein Maceratae mancipatus, et ut illius promotionem confirmet. — Eodemque die (p. 106) Archiepiscopus Rag. Beccatellus preces Dominii accipit, quibus exoratur ut et ipse operam det, qua Fr. Iacobus e carcere liberetur, episcopatum obtineat. — Tandem 14 augusti 1563 (p. 117) Rector Consiliumque Pontifici Summo grates rependunt eo quod confirmasset Fr. Iacobum in episcopum Tribuniensem; rogant ne dictis P. Generalis credat, qui persequi non cessat Fratres *zoccolanti*, sed potius credat dictis Amalthei nomine Dominii loquentis. — Cf. Wadding, 1563 n. 14 et *Regestum* sub eod. anno n. 37 (XIX, 479), et 1575 n. 149 (XXI), quo anno obiit, aetatis suae 63. Farlati, VI, p. 306. Cf. Gliubich, p. 185. Fabianich, II, 194. Farlati (ibidem) scribit: « Carolus Cardinalis Borromaeus litteras testes dedit utriusque Episcopatus Iacobo collati:... Maffaeus Episcopus Theatinus vices gerens Cardin. Sabelli Vicarii generalis in Basilica Lateranensi... consecrationem episcopalem impertiit... mortuus an. 1565 (*non ergo 1575!*). — Post Iacobum, quamquam a Dolci nec nominetur, inserendus esset Fr. Carolus Beleo a Ragusio, qui, ut cl. I. Gelcich et Gliubich asserunt, obiit anno 1580. Razzi-Gelcich, p. 250, dicit fuisse Carolum auctorem plurium latinorum italicorumque philosophiae et litteraturae operum. Gliubich vero, p. 26, Beleum scripsisse et edidisse: *De secundarum intentionum natura. — Tract. de multipl. sensu S. Script. — Carmina varia — Dialogo sulla Gerusalemme del Tasso.*

[1] Tvarković n. 12: « iacet Andriae in Apulia ».

[2] Tvarković n. 14: « iacet Daxae ». [3] Jurović. [4] Kostobić.

96. — V. P. Petrus a Varadino decessit Ragusii.
97. — Fr. Massaeus a Popovo, laicus, obiit Ragusii[1].
98. — Fr. Damianus a Puncta, laicus religiosissimus, decessit Ragusii.
99. — Fr. Thomas de Sophia, clericus, quievit Ragusii.
100. — V. P. Bernardus Bona, ragusinus patricius, obiit Ragusii.
101. — V. P. Lucas de Bosna, post reditum a Terra S. quievit Ragusii[2].
102. — R. P. Matthaeus Butchi[3] a Ragusio, concionator, Lector et Provinciae Pater, obdormivit Ragusii.
103. — R. P. Timotheus Sorgo, ragusinus patricius et celebris theologus, requievit Ragusii.
104. — Fr. Silvester de Puncta, laicus zelo et charitate insignis, Daxae obdormivit.
105. — V. P. Francicus Galovich a Ragusio obiit Ragusii.
106. — V. P. Petrus ab Apulia decessit Ragusii.
107. — V. P. Raphael Fiocich[4], pluribus ornatus dotibus, obiit Ragusii.
108. — R. P. Thaddaeus a Catharo, s. Theologiae insignis Lector, decessit Ragusii.
109. — V. P. Andraeas Bicich de Ragusio, vir religiosissimus, obiit Ragusii.
110. — V. P. Ioannes ab Insula Media, ibi requiescit.
111. — V. P. Dionysius de Canalibus obiit Ragusii.
112. — V. P. Ludovicus de Ragusio, musices peritissimus, decessit Ragusii.
113. — V. P. Thomas de Slano obiit Ragusii.
114. — V. P. Nicolaus Cerva, ragusinus patricius, quievit Ragusii.
115. — V. P. Christophorus Menze, ragusinus patricius, obiit Ragusii.
116. — V. P. Laurentius de Canalibus requievit Stagni.
117. — V. P. Christophorus de Slano obiit ibidem.
118. — Fr. Ioannes de Canalibus, laicus, decessit in Croatia.
119. — Fr. Laurentius de Popovo, laicus, obiit Venetiis.
120. — V. P. Antonius Chosumier, Stagnensis, decessit Stagni.
121. — V. P. Hieremias a Puncta, Stagni obiit.
122. — V. P. Honorius de Ragusio obiit Mediolani.
123. — V. P. Franciscus de Canalibus quievit Ragusii.
124. — R. P. Franciscus Fifich, conspicuus Provinciae Pater, requievit Ragusii.
125. — V. P. Paulus Givovich[5] decessit Ragusii.
126. — Fr. Lazarus de Canalibus, laicus, obiit Ragusii.
127. — Fr. Nicolaus Delisti, clericus, obiit piissime Ragusii.
128. — V. P. Matthaeus a Ragusio quievit Ragusii.
129. — Fr. Marcus Antonius a Ragusio, clericus, obiit Ragusii.
130. — V. P. Thomas de Gasko quievit Ragusii.
131. — R. P. Bonaventura de Stagno, concionator et Provinciae Pater, obiit Ragusii.

---

[1] In Tvarković n. 35 « Matthaeus ».
[2] In Tvarković n. 40 « obiit in Cypro ». [3] Butći. [4] Fiočić. [5] Gjivović.

132. — V. P. Paulus Petrovich a Pharia decessit Ragusii.
133. — Fr. Cyprianus ab Umbla, laicus, senio confectus est Ragusii.
134. — R. P. Clemens a Ragusio, Provinciae Pater, obiit Ragusii.
135. — V. P. Hieronymus de Nevesigne decessit Ragusii.
136. — A. P. Iustinus de Canalibus, Provinciae Pater, in patria requievit.
137. — V. P. Marinus Plescivar obdormivit Ragusii.
138. — V. P. Bonaventura de Saguro decessit Ragusii.
139. — V. P. Dominicus de Ragusio requievit Ragusii.
140. — Fr. Sabinus de Brozze obiit Ragusii.
141. — V. P. Iacobus Scotus sepultus est Ragusii.
142. — V. P. Gregorius Scargne quiescit Ragusii.
143. — V. P. Angelus Mile obiit Stagni.
144. — Fr. Stephanus de Moscovia, laicus, obiit in Bosna.
145. — Fr. Ioannes de Sabiuncello, laicus, obiit Ragusii.
146. — Fr. Sabinus de Puncta, laicus, valde senex decessit Ragusii.
147. — V. P. Augustinus de Ragusio obiit Ragusii.
148. — R. P. Dionysius Maxibradich[1], Provinciae Pater, decessit Ragusii.
149. — V. P. Iacobus Naliescovich[2] requievit Ragusii.
150. — V. P. Damianus a Ragusio obiit Ragusii.
151. — Fr. Petrus de Popovo, clericus, quiescit Ragusii.
152. — R. P. Rodulphus de Ragusio, Lector argutissimus, obiit Ragusii.
153. — V. P. Maurus ab Epidauro decessit Ragusii.
154. — V. P. Aloysius Zarnich[3] a Ragusio obiit Bononiae.
155. — V. P. Innocentius a Ragusio obiit Ragusii.
156. — V. P. Gabriel de Bosna quievit Slani.
157. — V. P. Camilus Boiskovich decessit Ragusii.
158. — V. P. Massaeus ab Insula Media obiit ibidem Guardianus.
159. — V. P. Gregorius de Caboga, ragusinus patricius, virque religiosissimus, obdormivit Ragusii.
160. — V. P. Ludovicus Giurcovich[4] est in ecclesia Canalium.
161. — V. P. Laurentius de Pera quiescit in nostra Ragusina ecclesia.
162. — P. Iacobus Figlio a Ragusio iacet in Horto Ragusino.
163. — Fr. Damianus a Ragusio, clericus, obiit studens in Provincia Ianuae.
164. — V. P. Georgius Daconich[5] a Slano decessit Ragusii.
165. — R. P. Cherubinus Luccari, ragusinus patricius et Provinciae Pater, requiescit Ragusii.
166. — R. P. Dominicus Bucchia, ragusinus patricius et Provinciae Pater, obdormivit Ragusii.
167. — V. P. Blasius de Crisaldis decessit Ragusii.
168. — V. P. Blasius Bonacapa obiit Ragusii.
169. — V. P. Petrus ab Insula Media obiit Andriae.
170. — R. P. Bernardinus Bona, ragusinus patricius et Provinciae Pater, decessit Ragusii.

[1] Mašibradić. [2] Naliesković. [3] Karnić. [4] Gjurković. [5] Dakonić.

171. — V. P. Petrus Baccarich[1] obiit Sermonetae.

172. — V. P. Cyprianus Firenza est in ecclesia Canalium.

173. — V. P. Daniel a Canalibus quiescit Stagni.

174. — A. P. Valerius Darxich, poeta, Lector et concionator Generalis, in vinea laborans evangelica obiit Venetiis.

175. — V. P. Ambrosius Bona, ragusinus patricius, obiit Ragusii.

176. — R. P. Raphael Batidorovich[2], concionator et Provinciae Pater, obiit Ragusii.

177. — V. P. Seraphinus Gozzeus, ragusinus patricius, decessit Ragusii.

178. — V. P. Thaddaeus a Ragusio, organi et cantus magister, quiescit Ragusii.

179. — V. P. Evangelista a Ragusio obiit Ragusii.

180. — V. P. Gabriel Luccari, ragusinus patricius, decessit Ragusii.

181. — V. P. Aloysius de Ragusio, obiit Neapoli.

182. — Fr. Lucas de Ragusio, clericus, obiit Ragusii.

183. — Fr. Baptista Menze, ragusinus patricius, clericus piissimus, obiit Ragusii.

184. — V. P. Michael de Terranova obiit Insulae Mediae.

185. — V. P. Ludovicus de Caboga, ragusinus patricius, obiit Ragusii.

186. — Fr. Alexius de Canalibus, laicus, obiit Slani.

187. — Fr. Ioseph de Puncta, laicus, obiit in Croatia.

188. — Fr. Marcus de Umbla, laicus, obiit Ragusii.

189. — Fr. Iuniperus de Slano, laicus, obiit Slani.

190. — V. P. Petrus de Insula Media obiit Stagni,

191. — V. P. Antonius de Popovo quievit Ragusii.

192. — V. P. Victorius de Terranova obiit Brixiae.

193. — V. P. Franciscus Glavigna[3] decessit Ragusii.

194. — P. Raphael Ledianovich iacet in Horto.

195. — R. P. Albertus Bobali, ragusinus patricius, concionator et theologus eximius, quievit Ragusii.

196. — V. P. Franciscus Zarncevich, concionator et Lector, obiit Ragusii.

197. — R. P. Bonaventura Benessa, ragusinus patricius, Lector et concionator, Provinciae Pater, obiit Manfredoniae.

198. — V. P. Raphael Bobanni obiit Ragusii.

199. — V. P. Benedictus de Popovo decessit Ragusii.

200. — Fr. Baptista Tadiscovic[4], clericus, quiescit Ragusii.

201. — V. P. Seraphinus Bona, ragusinus patricius, obiit studens Parisiis.

202. — Fr. Rufinus a Ragusio, clericus, obiit Mantuae.

203. — V. P. Bonagratia de Palmotta, ragusinus patricius, occubuit in mari.

204. — V. P. Bonifacius de Komolaz[5] occubuit in mari.

205. — V. P. Iacobus Gozzeus, ragusinus patricius, obiit studens in Sicilia.

206. — Fr. Cornelius a Canalibus, laicus pauperrimus, obiit Ragusii.

---

[1] Bakarić. [2] Batidorović. [3] Glavinja. [4] Tadisković. [5] Komolac.

207. — V. P. Iulianus de Stagno in mari occubuit.
208. — Fr. Franciscus Stulli, clericus, in mari occubuit.
209. — V. P. Cherubinus de Jupana, diu sacrista, obiit Ragusii.
210. — Fr. Bonaventura de Ragusio, clericus, decessit Neapoli.
211. — V. P. Innocentius Bencovich[1] decessit Ragusii.
212. — V. P. Hieronymus Gozzeus, ragusinus patricius, obiit Ragusii.
213. — V. P. Valerius Scimunich[2] decessit Ragusii.
214. — V. P. Augustinus de Pozza, ragusinus patricius, obiit Ragusii.
215. — V. P. Martinus Vesca decessit Ragusii.
216. — Fr. Donatus Bagsich a Ragusio, clericus, obiit Ragusii.
217. — Fr. Fabius a Ragusio, clericus, obiit studens Venetiis.
218. — V. P. Ioannes a Ragusio, excellens astronomus, decessit Ragusii.
219. — R. P. Hieronymus Butchi, concionator et theologus eruditissimus, obiit Ragusii.
220. — V. P. Sixtus de Bosna decessit Ragusii.
221. — V. P. Timotheus de Terranova, historiarum studiosissimus, requievit Ragusii.
222. — R. P. Raphael Tamparizza[3], concionator apostolicus, vir eruditissimus et Provinciae Pater, decessit Ragusii.
223. — R. P. Hieronymus Zamagna, ragusinus patricius, s. Theologiae Lector, Provinciae Pater, decessit Ragusii.
224. — V. P. Blasius Gradi, ragusinus patricius, obiit Ragusii.
225. — R. P. Gabriel Tamparizza, Lector, concionator, Pater Provinciae et caesareae musices Viennae moderator, Viennae requievit[4].
226. — V. P. Marinus Ragnina, ragusinus patricius, summae vir charitatis, obiit Ragusii.
227. — V. P. Illuminatus de Bosna, cantor egregius, decessit Ragusii.
228. — V. P. Benedictus a Ragusio, obiit in Turcicis partibus.
229. — V. P. Clemens Vinturich[5], musicus excellentissimus, obiit Ragusii.
230. — Fr. Stanislaus de Puncta, laicus, obiit Ragusii.
231. — V. P. Marcus a Ragusio, eximius cantor, obiit Ragusii anno 1582.
Atque haec ferme prima Epocha est, quae in antiquis nostris legitur Necrologiis.
232. — Fr. Modestus de Puncta, laicus, obiit Stagni anno 1582.
233. — V. P. Iustinus de Viticula alias Losizza[6] obiit Ragusii anno 1583.
234. — V. P. Marcus de Stano obiit Stani anno 1583.
235. — Illmus et rmus dnus Fr. Bonifacius Crassa[7] sive a Stephanis, ex Insula Media, s. Theol. Lector Generalis; cum Custos Provinciae esset, electus est in Guardianum Hierosolymitanum in Salmanticensibus Comitiis[8]. Ipse interim Ssmum D. N. I. Christi Sepulcrum marmore interclusit; et de eo non modicam particulam

---

[1] Benković. [2] Simunić. [3] Tamparica. [4] Gliubich dicit illum « buon poeta illirico » p. 296. Fabianich, II, 194: † 1595. [5] Vinturić. [6] Lozica.

[7] Qui et Drakolica: cf. Fabianich, I, 272; II. 222, Gliubich, *Dizionario*, p. 98.

[8] Golubovich, *Serie Cronologica* cit., pp. 52 sq et 54 sq., ubi Bonifacius Custos T. S. electus probatur anno 1551 et in Salmanticensibus Comitiis (1553) confirmatus, quo in officio fuit usque ad an. 1560; iterumque Custos T. S. creatus est an. 1563. — Eius liber *De perenni cultu T. S.* prodiit denuo Venetiis 1875, ubi p. IX-XX eius vita.

attulit Ragusium, quae ab ipsomet excellentissimae nostrae Reipublicae dono data [1], die octava Paschatis ad nostram ecclesiam solemni defertur supplicatione. Ad Stagnensem Episcopatum evectus est anno 1564; postquam Concionatoris Apostolici titulum promeruit, et inter Synodi Tridentinae Theologos fuit. Chrysostomo Calvino, Ragusino Archiepiscopo, *De Ortu Clericorum in Ecclesia* anno 1568 dicavit opus; et anno 1572 Gregorio XIII *De perenni cultu Terrae Sanctae, eiusque fructuosa peregrinatione* alterum. A Pio V ad Philippum Hispaniarum Regem pro Terrae S. negotiis Nuncius missus est; et deinde in Hungaria Visitator Apostolicus institutus. Tandem cum zeli caussa Stagni pertulisset plurima, pedum pulvere excusso, profugit Themesvarium, urbem suae Visitationi concreditam; ibique anno 1584 suam exuit mortalitatem [2].

[1] Hae sunt litterae, quibus dona Reipublicae comitabatur: « Per quam magnifico atque illmo « Ragusiensi Dominio suus servus indignus Bonifacius salutem in Domino I. C. pacifico Dei Filio atque « de Domo Dei coelestem benedictionem. Multis hinc inde adstringor, illustrissime Senatus, obse- « quium aliquod Vobis impendere, a quibus me innumera beneficia recepisse certum est; immo « me ipsum profecto magnae censurae obnoxium adiudicarem, nisi saltem ad Anthidoram (ut ita « dicam) continuis benefactoribus me gratum exhiberem. Quibus cessantibus, quae non cessant « ipso et iure naturali, immo uniuscuiusque iuris dispositione multimodis Patriae semper obligati « sumus, quas causas atque rationes iamiam mecum ipse conferens vix iusta excusatione tarditatem « meam excusare valeo. Quam enim divina gratia huius Sacri Montis Syon guardianus et totius « Terrae Sanctae Apostolicus fuerim (licet imparibus meritis) Commissarius constitutus, multa San- « ctuaria, multaeque pretiosae Reliquiae ad manus meas devenerunt, alia quidem iure ordinario, « alia etiam ex nimia indagatione atque curiosa investigatione, quibus iam, Deo dante, plures Ec- « clesias Christianorum ditavi, maxime ecclesiam BB. Petri et Pauli Apostolorum apud Romam, « atque etiam ecclesiam S. Marci Venetiarum cum aliis, eo semper zelo ductus, quo christianam « decet religionem, et sine praeiudicio horum sacrorum locorum. Ultimo tamen eodem immo ar- « dentiori zelo ductus et vestram iam erga praedicta puram agnoscens sinceritatem, Serenitati « Vestrae aliqua mandare decrevi, quae si non citius re ipsa (aliqua existente causa) mente tamen « mea primitiva fuerunt. Mando igitur Vobis, illmi dni, partem *Columnae* ad quam Xtus in Pre- « torio Pilati ligatus et flagellatus fuit, quaeque Sanguine eius sacro uncta et linita fuit, et prae « foribus ecclesiae maioris huius sacri Montis Syon tempore D. Ieronymi quandoque ostendebatur « eodem sacro sanguine madefacta. Mando et partem *Lapidis* ex vera illa rupe abscissam, in qua « praecavata Xtus Dnus sepultus fuit, novum quidem et mirabile dictu, a tempore enim Magni « Constantini Imp. et S. Elenae matris eius, lapis ille magnus marmoreo muro semper vallatus « fuit, ita ut inaccessibilis esset omnino: his autem nostris temporibus a fundamentis SSmum istud « Sepulchrum reaedificans, ipsum vivum lapidem necessario detegimus. Accipe igitur, Venerande « Senatus, has quascumque exiles meritisque tuis ac beneficiis impares, quas tamen potui gratia- « rum actiones, quas quidem humiliter deprecamur, ut in ecclesia maiori congruo loco atque de- « centi collocari faciatis, et si possibile est, cum ingenti gaudio annuo, celebritas singulis annis eis « persolvatur, ut tantas Reliquias maximo honore veneremur veri christiani, quas non minori in « dies hic celebrant etiam graeci atque christiani. Non alia. Cum Fratribus meis semper oramus pro « vestro illmo Dominio, quod maiori felicitate pro meritis adiungendo, perpetuo prosperare, regere « et conservare dignetur D. N. I. C., qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula sae- « culorum. Amen. Datum in Monte Syon Sancto prope Dni N. I. C. Coenaculum sub sigillo maiori « Nostri Officii, an. salut. nostrae 1558, die vero iulii XXIVª. — Frater Bonifacius, qui ut humilis « servus Vrae Dominationis, ita et obediens filius ad vota semper paratus, subscripsi manu propria ». Pendet sigillum cereum in capsula: et invenitur originale in bibliotheca nostra S. Francisci Ragusii.

[2] 1565 (? hic annus non est intelligibilis) iunii 27 (*An. 1560-1562* p. 297). Dominium Rag. laetitiam Fr. Bonifacio Guardiano Domus Ierusalem exprimit ob bonam de eius valetudine habitam

256. — A. R. P. Dionysius Barbarosius a Ragusio insignis scotista fuit. Cum tamquam Provinciae Custos ad Generalia Comitia Parisios perrexisset, secum retulit *Resolutiones Scoti* a R. P. Melchiore Flavio, conventus Tholosani Guardiano et Henrici II Galliarum Regis concionatore, illustratas; easque a veneto Vinearum conventu, in quo Lector Generalis erat, ad P. Salvatorem Bartoluccium cum aliis Scoti libris misit imprimendas. Epistola super hoc ab ipso scripta summe latina est, et legitur ante *Primum Sententiarum* a praedicto P. Bartoluccio typis da-

notitiam, de spe, quam asserit concepisse consequendi a Porta pro locis Sanctis nonnulla beneficia: Bonifacium exorat ut Dominio notum faciat quoad exitum negotiationis, et litteras, quas scribit per Thomam Dragišić, Ragusium transmittat. Quae Hierosolymis scribenda promiserat, eidem Thomae vel alteri tradat: oretque pro patriae incolumitate. — 1564 augusti 22 (*An. 1562-1565* p. 210 sq.). Pontifici, Cardinali Farnesio et Ioanni Baptistae Amaltheo Rector et Consilium Rag. summas porrigunt preces, ut qua Episcopus Stagni civitatis praeficiatur Fr. Bonifacius Guardianus T. S., de cuius vita, moribus, scientia omnes optime testantur. — 1564 nov. 6 (*An. 1562-1565* n. 27, p. 241) Cardinali Farnesio Dominium animum gratum patefacit, eo quod insimul cum Card. Borromaeo curam adhibuerit quamplurimam ut Fr. Bonifatius in concistorio qua Episcopus Stag. confirmaretur. — 1566 iunii 25 (*An 1565-1569* n. 28, p. 124). Cum Fr. Bonifacius Ep. Stagn. Ianuae moraretur, Dominium scribit se recepisse Florentia et Roma plures eiusdem epistolas. Festinet iter in Hispaniam, ut consequatur quod ipsi in mandatis a Dominio fuerat commissum; pro quo itinere ei assignati fuerunt tercenti scutatorum aurei. — 1569 apr. 30: *1566-1570,* p. 98). Arguitur Epus Stagn., quod cum aliquibus Fratribus O. S. F. causa fuerit schismatum inter eosdem Fratres; caveat ne in posterum, episcopus factus et e conventu profectus, iterum in easdem redeat vias, quae quietem Fratrum et Reipublicae perturbant. Abstineat ergo pro bono pacis et amore Reipublicae, cui gratum praebere debet animum pro sibi largita a Rep. episcopali dignitate. Cf. Wadding, t. XIX, XX, XXI, ad hos annos. Fermendžin, *Acta Bosnae,* p. 310 et sq. Idem, *Chronicon Obs. Prov. Bosnae,* p. 28 etc. Farlati, VI, p. 353. — Fas sit ex Veranesics (Verantius) Antal (Pest, 1859. An. 1555-57: *Scriptores*) Ioan. Alberto Lucretio referre epistolam, quae agit de Bonifacio nostro et quem etsi Academia Scientiarum Budapestina typis ediderit, nihilominus non omnes ob oculos habere possunt. — « Librorum eorum causa, quos inquirendi mihi provinciam iniunxisti, omnia fere in hac urbe per« verti Graecorum, Armeniorum et Iudaeorum neglecta iam et multa carie confecta scrinia. Sed « praeter duos hebraicos cum desideratis abs te interpretibus non inveni, eosque ad te per Augerium « Busbeccaum collegam nostrum misi. De Maroniticis nullum offendi vestigium, quorum hic etiam « memoria interiit. Qui restant, eos aut omnes aut partem brevi expecto ab Hierosolymis, si qui modo « in ea civitate poterunt inveniri, in qua quum adhuc aliquot eius gentis coenobia supersint, tum « etiam per totam Syriam coloniarum reliquiae inveniantur, mirum fieri putarem, si aliqui inqui« rentibus non occurrerent; inquirendorum autem curam Fratri Bonifacio, monacho professionis « Franciscanae, Ragusii oriundo, Asiae commissario, viro religioso apprime docto, et mihi summa « vetereque amicitia coniuncto, imposui. Erat enim Amasiae agens causam pro liberatione montis « Syon per Turcas haud ita pridem occupati et religionis suae coenobiis insessi, possessique. « Quare scito, me non fugisse officium, nec operam ac studium intermittere, quo te non multo « post vel ex toto vel ex parte faciam compotem tui desiderii, quum idem Frater Bonifacius ven« turum sese huc ad calendas septembris obtulit, ultimum apud hos Passas finem causae suae « accepturus. Tibi itaque persuadeas, Lucreti, velim, me non secus optare satis tuis et votis et « mandatis facere, quam viri, cui me deditissimum esse agnoscam et gratificari maxime cu« piam »... *(Omissis)* Constantinopoli, prima iulii 1555. — Tridento ad suam Ecclesiam rediens, Florentiam profectus est, ibique anno 1568 ecclesiam S. Clarae solemni ritu consecravit. — In visitatione Turcicarum regionum comitem atque adiutorem habuit Bartholomaeum Sfrondatum presbyterum S. J. De Bonifacio traditum est, ab eo iussos fuisse parochos antequam connubia ritu christiano iungerent, caput I Evangelii S. Matthaei slavonico sermone recitare, ut qui nuberent,

lum anno 1580. Obiit Cathari, Provinciae D. Hieronymi Commissarius Visitator, anno 1587 [1].

237. — V. P. Cherubinus de Popovo obiit senex in conventu Umblae anno 1587.

238. V. P. Sebastianus Antibarensis concionator apostolicus, virque religiosissimus, obiit in sua patria, a Turcis in odium Fidei trucidatus anno 1588.

239. — A. R. P. Angelus ab Insula Media, philosophus et theologus egregius, obiit in patria sexto mense sui Provincialatus anno 1588.

240. — R. P. Vincentius ab Insula Media, vir pius, diu Novitiorum Magister et Ex-Diffinitor, obiit Ragusii anno 1589.

241. — V. P. Bernardinus a Ragusio, Missionarius Apostolicus, decessit in Transilvania anno 1589.

242. — V. P. Clemens de Brozze, theologus, concionator et cantor, obiit Parochus in Turcicis partibus anno 1589.

---

intelligerent matrimonium institutum fuisse a Deo, neque diabolicum inventum esse, quod Manichaei, et qui ab his orti sunt Patareni, per summam inscitiam et impudentiam aiebant.... — P. Ioannes Mª Mattei negat Bonifacium constitutum fuisse Visitatorem in Hungaria, sed tantum in Bosna; at documenta a Fermendžin allata « *Acta Bosnae* » satis rem elucidant. — Idem P. Mattei S. I. declarat causam ob quam exul Stagnio Bonifacius profugit. Presbyter quidam, qui ob linguae defectum balbutiei indulgebat et inter legendum errores committebat et tamen parochum agebat cuiusdam ecclesiae peninsulae Sabiuncellensis et munus cancellarii Comitis, ab ipso comite publice privatimque risui contemptuique exponebatur omnium. Quod male ferens presbyter saepe comitem admonuerat ut cessaret. Sed invanum! Cum anno 1581 ipso die Assumptionis B. M. V. e finitimis exterisque terris, ad nostram ecclesiam Sabiuncellensem plurimi convenirent, ut imaginem Deiparae miraculis claram venerarentur, et ipse comes conveniens, viso presbytero, illum ludibrio plebis iocose insolenterque de more ludificabat. Presbyter ira tunc accensus, pugione iterum iterumque comitem transfixit, quo occiso, fugam ipse coepit et Corcyram Nigram aufugiit. Bonifacius dolore, facinore audito, percussus fuit; sed nobiles ragusini, ex quorum sanguine comes erat, ira exarserunt. In consilio statutum fuit, ut, quia homicida qua reus laesae maiestatis, in alienum dominium se receperat, impleretur saccum paleis ita ut presbyterum repraesentaret et solemni processu in patibulum ageretur. Quidam huic sententiae non assenserunt, quia ius ecclesiae pessumdabatur. Hinc Stagnensem episcopum adiverunt efflagitantes ut sacerdotem homicidam, quamvis absentem dignitate expoliaret. Infremuit Bonifacius et se nullo modo hoc facturum respondit absque processu et formis a Sacris Canonibus impositis. Hinc temporis spatium sibi concederent et tunc si vera erant exposita, depositionis sententiam contra contumacem dicturum fore. Dominio hoc Episcopi responsum non satisfecit: et petiit ut sententiam emitteret et stramineum saccum degradatione mulctaret. Cui petitioni utpote inauditae renuit episcopus assentire. Ad haec dominium ira efferbuit et per comitem Bonifacio exilii sententiam a dioecesi et Ragusino dominio edixit. Tunc Episcopus Crucis Reliquiam, qua ecclesiam suam ditaverat, e reliquiario abstulit et cuiusdam consobrini ius custodiae commisit. Aedibus episcopalibus relictis ab eo suis expensis in meliorem frugem redactis, platea civitatis ab ipso etiam lapidibus strata et ad Cathedralem S. Blasii perventus suspiria emisit et ad portas civitatis, pulvere excusso, excommunicationi persecutores devovit et interdicto civitatem submisit. Et Temesvarum profectus est. Ut ait idem Mattei, narratur quod post Bonifacii discessum, non post multos dies, civitas fere tota depopulata est morbo epidemico. Est qui subiungit quod cum comes exilium episcopo indiceret, Bonifacius ei respondit: Et ego 24 horarum spatio ad tribunal Dei te voco. Et revera necdum hora 24 elapsa est, et comes morte praeventus est.

[1] Cf. Gliubich, p. 144. Dolci, *Fasti Letterarii*, p. 17 n. 63. Sbaralea, *Suppl.*, 537, 649 sqq.

243. — V. P. Petrus de Puncta, pluries Ragusii nunc Guardianus, nunc Vicarius, ibidem obiit anno 1589.

244. — R. P. Raphael de Ragusio, concionator, Lector et Provinciae Pater, decessit Ragusii anno 1590.

245. — V. P. Paulus Hungarus, pluries Guardianus, decessit Ragusii anno 1590.

246. — V. P. Iustinus a Popovo obiit in patria anno 1590.

247. — R. P. Ioannes Camisela a Puncta, Provinciae Pater, improvisa morte obiit Sabiuncelli anno 1590.

248. — P. Sabinus ab Epidauro, optimae spei sacerdos, obiit studens Romae apud Montem aureum anno 1591.

249. — R. P. Thaddaeus de Canalibus, Provinciae Pater, nimia laborans pinguedine, eadem praefocatus obiit in patria anno 1591.

250. — V. P. Ioannes Baptista de Puncta, diu novitiorum magister, pie obiit Ragusii anno 1591.

251. — V. P. Benedictus Spizza a Ragusio, vix sacerdos, ibidem obiit 1592.

252. — V. P. Basilius a Popovo obiit in partibus Turcicis anno 1592.

253. — P. Petrus de Popovo obiit in eisdem partibus anno 1592.

254. — R. P. Petrus Povarsce [1], concionator et in pluribus Italiae studiis Generalis Lector, Provinciae Pater, obiit Ragusii anno 1592.

255. — R. P. Nicolaus Cipolich a Ragusio, concionator et Provinciae Pater, obiit Ragusii anno 1593.

256. — V. P. Leonardus a Ragusio obiit in partibus Turcicis an. 1593.

257. — V. P. Matthaeus Storani a Ragusio, vix sacerdos obiit Ragusii 1593.

258. — R. P. Nicolaus Barbarossius a Ragusio, concionator, theologus et Provinciae Pater, decessit Ragusii anno 1593.

259. — V. P. Angelus a Moscovia obiit nive obrutus in Croatia an. 1594.

260. — R. P. Augustinus a Popovo, concionator et Provinciae Pater, obiit Ragusii anno 1594.

261. — V. P. Donatus a Terranova obiit in conventu Canalium an. 1595.

262. — Fr. Elias de Puncta, laicus, obiit Ragusii anno 1595.

263. — V. P. Gregorius de Canalibus decessit Ragusii anno 1596.

264. — V. P. Iacobus de Ragusio, Epidauri Guardianus, improvisa morte ibi obiit anno 1596.

265. — V. P. Bernardus de Puncta obiit Ragusii anno 1597.

266. — Fr. Thomas a Canalibus, laicus, obiit in patria anno 1597.

267. — A. R. P. Iacobus Menze, ragusinus patricius, Iuris utriusque Doctor Minister Provincialis ad annum 1591; electus in *Mercanensem* [2] Episcopum, antequam adiret Romam decessit Ragusii anno 1597.

---

[1] Površc.

[2] Non in Mercanensem sed Stagnensem antistitem ex sequentibus litteris citatis verius electus est. Post mortis nuntium Bonifacii Episcopi Stagnensis, Dominium rogat 12 ianuarii 1582 (*Lettere di Ponente 1580-1585* n. 3, p. 126) Pontificem ut ad istam sedem promoveat Fr. Iacobum de Menze O. F. M., « Vicario del Monasterio suo, persona di vita esemplare, timorata di Dio, et che possiede assai bene la theologia ». Pro quo etiam scribit eodem die Card. Farnesio et M. Ber-

268. — R. P. Ambrosius Hungarus, iuvenum educator praecipuus, chori moderator et Provinciae Pater, decessit Ragusii anno 1598.

269. — Fr. Iuniperus a Puncta, laicus, coquus et nauta insignis, obiit admodum senex Ragusii anno 1598.

270. — A. R. P. Franciscus Montegrinus a Ragusio, non infimae notae theologus, in Ministrum Provincialem creatus est anno 1594; et anno 1598 obiit Ragusii.

271. — Fr. Lucas a Canalibus, clericus, decessit Ragusii anno 1598.

272. — A. R. P. Marcus Bosnensis, theologus subtilissimus, concionator celeberrimus, magnam habuit in daemones potestatem et vitiorum fuit ultor severissimus. Illmus Tvarkovich in suo *Necrologio* eum numerat inter Patres Ordinis; mihi id certum, quod plurium Provinciarum et bis Nostrae Commissarius Visitator fuerit; semelque Minister Provincialis. Obiit Ragusii anno 1598.

273. — R. P. Raphael a Ragusio decessit Antibari, a Turcis obrutus lapidibus, anno 1599.

274. — V. P. Valentinus a Slano, obiit Slani anno 1599.

275. — Fr. Aegidius de Terranova, laicus, obiit Ragusii anno 1600.

276. — Fr. Clemens a Ragusio, clericus, decessit Ragusii anno 1600.

277. — V. P. Hieronymus Jeghiupak a Ragusio, in die festo S. Clarae peremptus in publico Palatio, Reipublicae iussu, noctuque in ecclesia S. Lucae tumulatus anno 1601, post nonnullos menses a Commissario Apostolico extumulatus, nos inter requiescit [1].

---

nardo Olgiato (p. 127), cui etiam die 19 ian. 1582 (p. 127) processus a Vicario Archiepiscopi Rag. et a P. Commissario Fratrum O. S. F. peractus mittitur. Rector vero et Consilium 16 maii 1582 (p. 156) ad eundem obtinendum finem litteras conscribunt D. Francisco de Gondola ambassiatori (nuntio) Romae. Sed cum in longum protraheretur ista promotio, die 28 ian. 1583 Gregorio Pp. XIII nuntiat Dominium mortem Fr. Iacobi de Menze, locoque eius electionem Mauritii Bucchia canonici et primicerii cathedralis ecclesiae Rag. commendat. Attamen mors Bonifacii non anno 1584, sed 1581 accidit, ut ex omnibus documentis eruitur: cum certe an. 1582 Fr. Iacobus Menze, qua episcopus Stagniensis Pontifici commendatus est: qui statim Romam etiam missus est (ut asserit P. Mattei, dum contrarium docet P. Sebastianus noster), immo per annum integrum inibi commoratus est quin confirmationem suae promotionis posset obtinere; nam Pontificis animus male affectus erat erga Senatum ob ipsius in Bonifacium vexationes, et ob nonnullas accusationes Archiepiscopi Rag. Matteucci cōntra Senatum, in primis vero Bonifacium veneno Senatus iussu propinato Temesvarii obiisse. Hinc, ut ab omnibus his accusationibus Senatus per nuntium posset purgari, annus totus consumptus est; quo finito, Fr. Iacobus morte absumptus est: ergo an. 1583, non vero 1597.

[1] Quoad mortis causam Fr. Hieronymi Jegjupak parum hucusque certitudinis habuimus. In Appendice ad *La storia di Ragusa* P. Razzi O. P. edita a D. J. Gelcich, hic in *Memorie cronologiche*, p. 260, ita scribit: « I Lagostani si ribellano a Ragusa, per darsi ai Veneziani. La congiura è prontamente repressa. Uno dei complicati, Fra Girolamo Jegjupak dei Minori è giustiziato. Nondimeno i Veneziani s'impossessano dell' isola ». Cfr. Engel-Stojanović, *Povjest Dubrovačke Republike,* Dubrovnik, Pasarić, 1903, p. 104. Appendini Francesco Ma., *Notizie istorico-critiche sulle antichità, storia e letteratura de' Ragusei,* Ragusa, Martecchini, 1802; P. I, pag. 319. At in litteris datis 20 aug. 1602 (*Ponente, 1592-1599,* n. 7) s. Georgio Gozze, Ambassiatori apud S. Sanctitatem, Rector et Consilium declarant spiritum expressisse duobus presbyteris saecularibus eo quod fuerint principes rebellionis Insulae Augustanae (de huius insulae,

278. — Fr. Iosephus de Cerva, clericus, ragusinus patricius, decessit Ragusii anno 1602.

279. — V. P. Thaddaeus de Canalibus obiit studens Ferrariae anno 1603.

280. — V. P. Paulus de Ragusio obiit Ragusii anno 1604.

281. — Illmus et rmus dnus Fr. Marinus de Ragusio, eximius tam concionator quam theologus, postquam Minister Provincialis ad annum 1575, fuit ad Episcopatum Alexii evectus in Epiro [1]; Ragusii tandem obiit anno 1605.

282. — V. P. Martinus de Bosna obiit in conventu Canalium anno 1605.

283. — V. P. Timotheus a Ragusio obiit Ragusii anno 1606.

284. — A. R. P. Franciscus Radaglia a Ragusio, non solum nostrae Provinciae, cuius bis Minister Provincialis et bis Commissarius Visitator fuit, sed totius Illyrici decus, concionator gratiosissimus, virque Sixto V perfamiliarissimus, obiit Slani anno 1607, indepti Cardinalatus fama (falsa quamquam) sat celebris [2].

---

sicut aliorum locorum, regionum, civitatum, etc. situ et descriptione, cf. Razzi, op. cit., pp. 209 sqq.); Fratri vero Hieronymo, quia noctu scalis aggrediebatur Monasterium S. Clarae ad vituperandas Moniales illas. Tuentur sententiam, Ministrum S. Francisci criminis huius conscium fuisse et tamen permisisse intemperantiam hanc. Hinc consulunt ut rerum statum Pontifici nuntius adaperiat, urgeatque ut Moniales S. Clarae et SS. Apostolorum curis Fratrum subtrahantur et subiiciantur Archiepiscopi protectioni, leniatque Pontificis animum. — In litteris 16 sept. 1602 eidem idem repetunt, variis tamen rationibus circumstantiisque Fr. Hieronymum et Ministrum Fr. Albertum aggravantes. — 9 oct. 1602 preces eidem iterantur ut adlaboret Pontifici persuadere de iustitia inflictae poenae, eiusque iram comprimat, declarantes paratos se esse ad qualemcumque satisfactionem praestandam, quae nimium onerosa non sit et honori Reipublicae nullatenus repugnet. — Pontifici ipsi 16 nov. 1602 condolentes ob eius perturbationem, excusant se fecisse hoc etiam quia fuerunt omnis experientiae consiliique expertes, atque veniam submississime petunt. — 18 nov. 1602 rursum deprecantur s. Georgium Marci Gozze, ut curet animum Papae emulcere totis viribus. Falsa esse protestetur quae de processu a P. Ministro peracto in Fratrem in memoriali Pontifici porrecto Minister asserit. — Nuntiant, Ragusium advenisse Commissarium S. Beatitudinis, Thaddaeum Sarti, qui, ut videtur, non bene erga Rempublicam sentit. Tandem animum poenitentem Reipublicae Rectorum demonstret, veniam atque absolutionem petat, tamen *in camera sua* (Pontificis nempe) *o in altro luogo secreto*. — Haec sunt quae invenire fas mihi fuit in Archivo Reipublicae. Quid veritatis in Dominii litteris sit, nihil certi asserere datum est. Attamen, cum non raro Reipublicae Rag. sicut et aliis, ut tegeret facinora, calumniandi et iurgiis infamiaeque homines damnandi mens non defuisset, causa mortis Fr. Hieronymi aliunde foret quaerenda quam in scandalis, ut dicitur, ab ipso patratis. Tempus, quo duo presbyteri, principes rebellionis, et Frater noster damnati morti sunt; diversus agendi et loquendi modus in Ministrum Fr. Albertum, quem nunc complicem criminum Fr. Hieronymi, dein, ut videbimus, muneribus officiisque honestatur; sententia extumulationis Fr. Hieronymi a Summo Pontifice iussa et per Commissarium peracta, meam confirmare sententiam possent de Reipublicae non undequaque puro et bono se gerendi modo et forma. Cf. *Annales Ragusini anonymi*, p. 141. P. Cusmich in *Cenni storici sui Minori Osservanti di Ragusa* (Trieste, Lloyd, 1864) p. 34, vocat factum istud « romanzesca narrazione » et « bizzarro racconto tradizionale », hinc componit propriam versionem.

[1] Wadding, ad an. 1578 n. 102: 165: (Renuntiatus est) episcopus Alexensis in Albania... Martinus Brianus Ragusinus die XV Octobris ». Facile littera *t* in Dolci Necrologio cecidit et annus erratus est.

[2] Radalja. — 1561, nov. 12. Cardinali de Carpo refert Senatus Commissarium, P. Franciscum, celebrare capitulum voluisse in provincia Rhac., non obstantibus Dominii suasionibus, quibus deprecabatur ut post Pascha illud celebraret: immo nonnullos fratres conventus S. Francisci de-

285. — V. P. Michael Glumaz [1] de Canalibus obiit Sabiuncelli anno 1608.

286. — Fr. Ioannes Cerva, clericus, ragusinus patricius, obiit Venetiis anno 1608.

287. — V. P. Ambrosius de Pille obiit in Turcicis partibus anno 1609.

288. — V. P. Thomas de Puncta obiit Slani anno 1609.

289. — Fr. Blasius Sorgo, clericus, ragusinus patricius, obiit studens Licii anno 1609.

290. — Fr. Nicolaus de Popovo, clericus, obiit studens in Provincia Baruli anno 1609.

291. — R. P. Lucas, non de Bona (ut ego in meis *Monumentis* scripsi, deceptus a *Necrologio* illmi Tvarkovich) sed de Bosna, ad effugandos daemones mira pollens potestate, Minister Provincialis ad annum 1585, decessit Ragusii anno 1610.

292. — Illmus et rmus dns Fr. Thomas Ursinus, dictus Bastich, Popoviensis, commemoratus a P. Andriasio n. 264. Doctor Parisiensis fuit, et Minister Provincialis ad annum 1569. Electus in Episcopum Alexii et in Primatem Rassiae anno 1609, obiit Ragusii anno 1610 [2].

293. — V. P. Honorius de Canalibus obiit in Croatia anno 1610.

294. — V. P. Bonaventura Mandarovich [3] a Ragusio obiit Byzantii ex peste anno 1611.

295. — P. Antonius ab Insula Media obiit valde senex Ragusii an. 1611.

296. — P. Felix de Ragusio obiit Ragusii anno 1612.

297. — V. P. Hieronymus Gradi, ragusinus patricius, Reformatus, obiit Ragusii 1612.

298. — Fr. Matthaeus a Puncta, laicus, 40 ferme annis ragusinae ecclesiae beneficentissimus sacrista, tectum eiusdem auro picturisque exornavit, senexque decessit Ragusii anno 1612.

---

stituisse magna cum civium admiratione. Ideo Senatum removisse Fr. Antonium Theodori, Fr. Marinum Brugnoli et Franciscum de Radaglio, qua seditionis molitores. Propterea Cardinalis exoratur, ne quempiam audiat contraria referentem. Dignetur hinc Dominio auxilium praebere, ut bene omnia cedant. (*Levante 1560-62*). — Iterum, 31 dec. e. a. (ibidem p. 234) de capitulo atque visitatione Cardinali de Carpo scriptum est: sicuti et Rmo Generali (Ibid. p. 235) Cf. n. 72, etc. — 1564, nov. 6 (Ibid. 1562-65, n. 27, p. 242) fr. *Franciscus* appellatur « persona ambitiosa, scandalosa et arrogante » qui litteras plenas malitiei, mendaciique contra Dominium et fratres ipsos Fr. Dionysio de Rhacusio in Italia moranti scripsit: de qua re, quamvis desit titulus his litteris, credo relatum fuisse Generali. Cf. Gliubich, p. 263. Fabianich, II, 195. Dolci, *Fasti Litterarii*, p. 22, n. 81, dicit quod « vulgo appellabatur ipse corculum et Illyricae gentis gloria ». Benedictus Orsini eumdem dictitat « egregio scultore ».

[1] Glumac.

[2] In *Glasnik Zemaljskog muzeja u Bosni i Hercegovini*, Sarajevo 1909, XXI, 1 et 2, n. 66, p. 67. Fr. Thomas Ursinus, Antibarensis Archiepiscopus, Ragusio 2 sept. 1597, Cardinali Cintio Aldobrandini conqueritur contra Pontificem, qui abstinuit auxilia afferre Serviae contra Turcas; quod nuntius Serviae, mercator Nicolaus, responsum promissum non recepit; Romam veniunt duo ex Servia, ut Pontifici de omnibus relationem dent; exorat, ut bene habeantur, et ut pro eis aliquid fiat. — Item Ragusio, 8 aprilis 1600, Fr. Thomas eidem Cardinali conquaeritur quod non recepisset Breve apostolicum, quo possit visitationem apostolicam in Servia perficere. Describit miserrimas conditiones in sua Archidioecesi. Petit aliquot spirituales concessiones, et ut in Episcopatus munere ei socius detur franciscanus P. Seraphinus, qui Paviae moratur. Cf. Wadding, XXIII, p. 497. Fabianich, I, 316; II, 194. Gliubich, p. 231, ubi eum asserit fuisse « esimio predicatore, antiquario e storico ».

[3] Mandarović.

299. — Fr. Leo de Canalibus, laicus, a coquinae famulo cultro coquinario ictus, occubuit Ragusii anno 1612.

300. — V. P. Archangelus Trifoni a Castronovo decessit Cathari anno 1612.

301. — V. P. Franciscus Mª de Calabria obiit Ragusii anno 1613.

302. — V. P. Didacus de Apulia, Reformatus, obiit Ragusii anno 1613.

303. — V. P. Antonius de Canosa obiit senex Ragusii anno 1613.

304. — A. R. P. Seraphinus de Popovo, celebris concionator, ex-Minister Provincialis, confessarius Monialium S. Clarae Neapoli, ibidem decessit anno 1613.

305. — Fr. Peregrinus a Ragusio, laicus, obiit ex peste in Popovo anno 1613.

306. — Fr. Leonardus Ussurkovich, laicus, obiit Stagni anno 1613.

307. — Fr. Faustinus de Caboga, clericus, ragusinus patricius, obiit Ragusii anno 1614.

308. — V. P. Nicolaus Rogoglianovich[1] a nobis ad Reformatos abiit, decessitque in Provincia Seraphica anno 1614.

309. — V. P. Cornelius ab Umbria, Reformatus, decessit Ragusii anno 1614.

310. — V. P. Bartholomaeus a Brixia obiit Ragusii anno 1614.

311. — V. P. Iacobus Darcoliza[2], ex laico sacerdos, obiit Ragusii an. 1615.

312. — Fr. Elias de Sabiuncello, laicus, obiit iuvenis in Suetia anno 1615.

313. — V. P. Evangelista e Ragusio obiit Ragusii anno 1615.

314. — Fr. Philippus de Puncta, laicus, obiit Stagni anno 1616.

315. — V. P. Bartholomaeus de Ragusio obiit Slani anno 1617.

316. — R. P. Ioannes de Ragusio, Provinciae Pater, obiit Ragusii anno 1617.

317. — R. P. Daniel de Canalibus, concionator et Provinciae Pater, Iuris Canonici peritissimus, obiit Ragusii anno 1618.

318. — V. P. Thomas Kraglievich[3] de Sabiuncello obiit Venetiis an. 1619.

319. — R. P. Iulianus de Komolaz, aromatarius perfectissimus, Provinciae Pater, obiit Ragusii anno 1619.

320. — R. P. Paulus Michle de Terranova, pluries Guardianus, Provinciae Pater, obiit Ragusii anno 1620.

321. — V. P. Vincentius a Terranova, dictus *Aristoteles,* obiit Ragusii anno 1620.

322. — V. P. Raphael de Ragusio, celebris concionator et in pluribus Italiae locis Lector, obiit Ragusii anno 1620.

323. — V. P. Bonaventura de Bosna, concionator, obiit senex Ragusii anno 1621.

324. — V. P. Alexander Iesus de Ragusio decessit Ragusii ex hydrope anno 1621.

---

[1] Rogoljanović; qui posset facile esse is qui Romam a calumniis se expurgandus vocatus, Maceratae fuit retentus; unde Generali commendatur qua « huomo di buona vita essemplare e degno non solo d'essere caldamente favorito da lei, ma etiandio con qualche sollecitudine spedito da questa retentione ». 1603, oct. 16 (*Ponente 1603-1607*, n. 8),

[2] Darkolica. [3] Kraljević.

525. — V. P. Thomas de Ragusio, insignis concionator, obiit Neapoli anno 1622.

526. — R. P. Sanctes Branilli, concionator et Provinciae Pater, obiit Ragusii 15 ianuarii 1625.

527. — V. P. Basilius de Gondula, ragusinus patricius, ex monacho Melitensi Minorita factus, cum hic fuere PP. Reformati, obiit in Prov. Ianuae anno 1623.

528. — Fr. Petrus de Canalibus, laicus, obiit Ragusii anno 1623.

529. — Fr. Savinus de Terranova, laicus, obiit Ragusii anno 1623.

530. — Fr. Stephanus de Canalibus, laicus, obiit in conventu Canalium anno 1623.

531. — R. P. Blasius de Gradaz [1], in Turcicis partibus plures convertit ad fidem; ibi etiam ecclesiam pro fidelibus construxit; et ferme centesimum agens annum obiit Ragusii anno 1623.

532. — R. P. Philippus Dobroslavich de Popovo, pluries Definitor, obiit octogenarius Ragusii anno 1624.

533. — V. P. Bartholomaeus de Sabiuncello obiit Ragusii anno 1624.

534. — Fr. Andreas de Popovo, laicus, obiit Romae in conventu de Aracoeli anno 1624.

535. — Fr. Lucas de Slano, laicus, obiit Slani anno 1624.

536. — Fr. Bernardus de Popovo, laicus, obiit Ragusii anno 1624.

537. — R. P. Stephanus de Slano, Provinciae Pater, obiit Stagni an. 1625.

538. — Fr. Antonius de Ragusio, laicus, occubuit in mari anno 1625.

539. — A. R. P. Nicolaus Duba de Canalibus, theologus et concionator egregius, expleto hic Provincialatu, in Commissarium Visitatorem Provinciae Carnioliae missus est; in quo munere decessit Neostadii anno 1626.

540. — Fr. Iulianus de Puncta, laicus integerrimus, obiit Sabiuncelli anno 1626.

541. — V. P. Cherubinus de Castronovo obiit Daxae, ibi Guardianus, anno 1626.

542. — V. P. Ignatius de Sophia ad hos annos a Provincia abiit; ast ubinam quieverit, ignoratur.

543. — Fr. Elias de Kraina pariter discessit, eiusque mors ignota.

544. — A. R. P. Antonius Bunda, ragusinus patricius, vir summe pius, Minister Provincialis ad annum 1620; obiit die 14 maii 1627 Ragusii [2].

---

[1] Gradac.

[2] Rector et Consilium gratulantur Marco Antonio de Gozze, Romae agente Reipublicae, de his quae circa expeditionem Reformationis obtinuerat; conqueruntur de reditu P. Custodis sociorumque, qui iter ceperant Ragusium versus, sed Ancona ad sua rediere. Curet ut veniant in patriam coeteri Nationales, dum iam huc pervenisset P. Antonius Bonda cum tribus sociis (*Lett. e Comm. di Ponente 1611-1615*, n. 10; 25 iunii 1614). — 22 aprilis 1616. Eidem iterum conquestus argumentum capiunt ex eo quod cum Patres in Capitulo provinciali P. Fr. Antonium Bundam in Custodem elegissent, P. Commissarius illum ad id muneris renuerit confirmare, negans Antonium possidere requisita omnia: sed agat Gozze ut idem confirmetur amore Reipublicae, utpote dignus, pluribus aliis virtutibus honestatus; sciatque ad hoc scriptum P. Commissario Generali fuisse (ibidem, *1615-1621*, N° 12). — 20 septembris 1616; litteras supplices P. Commissario Generali, R^mo^ Fr. Evangelistae Galliano, R. et C. scribunt, orantes ut

545. — Fr. Christophorus ab Epidauro, clericus, obiit Ragusii an. 1627.

546. — V. P. Marcus a Slano obiit Slani 1627.

547. — V. P. Michael Bona, ragusinus patricius, concionator et theologus, decessit Ragusii die 17 iulii 1627.

548. — Fr. Guidus de Canalibus, laicus, insignis aromatarius, prae senio caecus, nam nonagenarius obiit circa hunc annum Ragusii.

549. — Fr. Cornelius de Iuliana [1], laicus, senex admodum obiit Ragusii anno 1627.

550. — Fr. Hieremias de Popovo, laicus, pariter senex obiit Ragusii an. 1628.

551. — Fr. Angelus Sorgo, clericus, ragusinus patricius, obiit studens Romae anno 1630.

552. — Fr. Paulus ab Insula Media, laicus, obiit Perasti morte improvisa anno 1630.

553. — A. R. P. Bonifacius Putinkovich [2] a Monte nigro ex Puncta, venerabilis Dei servus, Minister Provincialis ad annum 1597, Episcopatum Stagnensem iterumque sibi oblatum Provincialatum recusavit, pergensque ad PP. Reformatos Provinciae Seraphicae, ibi apud Montem Sanctum piissime et cum non modica sanctitatis fama obdormivit anno 1631. P. Petrus Antonius Venetus Reformatus ad diem 30 aprilis tom. XII eiusdem *Vitam* conscribit [3]; ad haec tamen, quae nos diximus, omnino corrigendam.

P. Bondae dispensetur quoad aetatem et confirmetur qua Custos. Eodemque die Cardinali Verallo et Fr. Irenaeo Brisnaiula Commissario in *Corte,* necnon Marco Antonio Gozze ad hoc scriptum est (Ibidem). — 3 nov. 1616 iterum haec repetunt Gozzeo: « non vorrebbemo che l'elettione fatta del P. Bonda al carico del Custode fosse revocata per quelle ragioni dette a V. S. » (ibidem). — 20 sept. R^mo P. Generali O. S. F. laetitiae sensus R. et C. exprimunt de electione in capitulo facta P. Bonifatii de Puncta in Provincialem, qui iam hoc munere functus erat (1596), dignus quoque qui in Episcopum Stagnensem eligeretur: dignus hinc ut qua Provincialis confirmetur. Verum, si ipse recuset, dignetur Rmus approbare ut Provincia haec regatur triennio hoc a P. Antonio Bonda, iam Custode et moderno Commissario (ibidem). — 30 ianuarii 1620. Eumdem Rmum R. et C. rogant ut protegat P. A. Bonda, qui a Patribus Provinciae obtinuerat munus Provincialis, ob renuntiationem P. Bonifatii (ibidem). — 31 ianuarii 1620. R. et Cons. M. Ant. Gozze cogunt scriptis, quod, si audiat contra electionem P. A. Bonda aliquid strui, ipse pergat eumdem totis viribus defensurus.

[1] Zuljana.

[2] Putinković.

[3] *Leggendario Francescano,* vol. XII, ed. 3ª, Venezia 1722, ad tabulam in fine. Vitam cf. apud vol. IV, ib. 1721, p. 404-6. Cf. *Cronologia della Proc. Serafica Riformata... raccolta dal* P. Antonio d'Orvieto, Perugia 1717, p. 416-20. — An. 1610, sept. 29 Dominium litteras Ministro Generali MM. Obs. scripserat, quibus summae agebantur illi gratiae pro impensis a se curis ad Reformationem constabiliendam in Rhac. Provincia et ob missos Fratres reformatos; sed maiori laetitia perfusi cives omnes fuissent, si huc reversi essent Fr. Bonifacius de Puncta « della Riforma di Roma » Fr. Franciscus Mª de Scilo « della Riforma di S. Francesco e V° in quella di S. Antonio » et Fr. Bonaventura de Ragusio « della Provincia di Pavia ». Supplicatur Rmus ut istos in patriam remittat ad laudem Dei et ob bonum Reformationis et Fratrum (*Ponente, 1607-1611,* n. 9). — Quod 1612, maii 14, (ibid. 1611-1615, n. 10) videtur requisivisse iterum a Rmo P. Archangelo de Messina. — Et etiam 1613, martii 5 (ibid.) Rmo P. Paulo Sulmonensi Commissario Generali. — Pro qua re operam navet quoque Marcus Antonius de Gozze (1613, martii 5-Ibidem). — Senatus Generali (1619, sept. 20, ibid.) scribit summo esse gaudio omnes affectos ob electionem Fr. Bonifacii in Provincialem, hinc deprecatur ut litteras ei obedientiales det quibus in patriam redire debeat.

554. — V. P. Humilis a Ragusio, concionator et bonus cantor, decessit Neapoli anno 1652.

555. — R. P. Andreas Violich de Puncta, concionator et Pater Provinciae, Belgradum pro Parocho missus, ibidem obiit anno 1653.

556. — R. P. Matthaeus de Canalibus, concionator, astronomus, doctus moralista et Pater Provinciae, obiit Ragusii anno 1653.

557. — V. P. Hilarius ab Epidauro obiit Umblae improvisa morte 2 augusti 1653.

558. — Fr. Georgius de Canalibus, laicus annorum 100, obiit Ragusii 3 nov. 1653.

559. — V. P. Cyprianus de Stagno obiit Stagni anno 1654.

560. — V. P. Dominicus de Puncta obiit studens Ferrariae anno 1655.

561. — Fr. Mattias de Puncta, laicus, obiit Ragusii anno 1655.

562. — V. P. Franciscus Martini de Sabiuncello, missus Belgradum pro Parocho, obiit ibidem anno 1656.

563. — V. P. Andreas de Moscovia obiit Ragusii octogenarius anno 1656.

564. — V. P. Clemens de Terranova, Missionarius, obiit Plescizze in Hungaria anno 1656.

565. — Illmus et rmus dnus Fr. Dionysius della Torre, insignis theologus, Paulo V a confessionibus, nostrae Provinciae Commissarius Apostolicus ad annum 1606; Sutri et Nepi tandem Episcopus, ibidem obiit ad hos annos [1].

---

[1] 3 sept. 1605, cum esset Minister, missus est nomine Reipubl. ad Summum Pontificem Paulum V, quem edoctum facere debet circa Reipublicae conditiones. Respublica est enim a tercentis sexaginta annis in faucibus Turcae, qui libertatem concedit his conditionibus: quod quolibet anno solvere Resp. Rag. debeat 12.500 nummos aureos, per binos ambassiatores (nuntios) ferendos: donum denariosque Pro-regis, in Bosna et Hercegovina ad dominos aliosque ministros et officiales. Sed tamen tanta est Turcarum auri sacra fames, ut tot tantisque calumniis Rempublicam opprimentes, necesse sit omnia auri ponderibus componere. — Introitus ex datio pro mercantiis et salis venditione subditis Turcarum facta extincti iam sunt maiori ex parte ob incursiones et mala Uscoccorum [quaedam de Uscocchis cf. apud Razzi-Gelcich, pp. 131, 133, 152, 153, 154, 258, 260] facinora perpetrata praesertim ad fines Turcarum terrarum, qui Turcae arma animumque malum in Ragusinos convertunt, damna eisdem ferentes, captivos eos ducentes, calumniis infamantes, ferro igneque terras et loca Ragusinorum vastantes. Pro quibus deinceps redimendis multa pecunia Respublica indiget. Pontifex manus porrigat et adiuvet, et apud Imperatorem instet Sanctitas Sua, ut iubeat ne Uscocchi in Ragusinum statum irrumpant. Praeterea concedat S.S quod Resp. uti queat denariis et introitibus legatis ad pias causas. Insuper permittat Archiepiscopo Rag. ut dispensare possit in tertio et quarto consanguineitatis gradu. Fr. Dionysius cum Ludovico Beccadelli navet operam ut Pontifex officia sua cum Venetis interponat, ut restituant insulam Lagostam; ut revocet Breve Clementis VIII, qui subiecerat quatuor Monasteria Melitensia curae Archiepiscopi, dum antehac inter se regebantur; ut canonicatus ecclesiae Cathedralis Rag. in 12 partes dividatur et ut permittat quod canonici possint esse nobiles civitatis, annos tantum nati 14 (*Lettere e Commissioni di Ponente, 1603-1607*. n. 8). — 24 iulii 1606. Cardinali Arrigoni magni faciunt Dionysium, qui ut Minister multa contulit beneficia in Reformationis Provinciae introductionem et novitiorum educationem, ideoque exoratur ne alio Dionysius mittatur (ibidem). — 30 ian. 1607. Eidem grates persolvuntur pro gratia obtenta ne Fr. Dionysius amoveatur. (ibidem). — 17 Maii, 1607. Eidem cardinali Commissarium Fr. Hippolytum bene a Republica acceptum fuisse asserunt cum pro Reformatione acturum assereret. Cum acceperint

566. — Illmus et rmus dnus Fr. Albertus Regnich a Ragusio, theologus et concionator eximius; Minister Provincialis ad annum 1600, Poenitentiarius S. Ioannis Lateranensis, Diffinitor Generalis ad annum 1606, plurium Provinciarum Visitator; tandem Samandriae Episcopus; a Paulo V in Legatum missus Viennam ad annum 1634, obiit anno 1636 [1].

Dionysium Ministrum licentiam hinc abire obtinuisse, curet ne abeat; per ipsum enim cives quamplurimi religionis habitum induerunt, optimis moribus, disciplina, doctrina, studiis imbuti sunt; sed, ipso absente, posse a recta via deflectere. Lectorem ex Reformatis petunt. Et eodem modo, eademque die Generali Min. Obs. scriptum est (ibidem). — 22 iunii 1607. Domino Marco Nicolao M. de Gozze Romae. Nuntiat Dominium venisse Fr. Hippolytum a Montemaggio, qua Commissarium, ultimis aprilis diebus, qui bene et amice exceptus est. Promisisse, iuxta mandata Card. Arrigoni et instructiones a Rmo Generali datas, necnon ad preces Dominii, in animo ei esse ut, quae de Reformatione per Breve Clementis VIII, hic optime incepta et stabilita sunt, nihil mutanda sint. Sed verbis non stetit; restituit enim conventum S. Francisci et Daxensem Fratribus Provinciae, ideoque Reformati decreverunt hinc abire. Dominium tamen retinuit eos, quousque Sanctitas Sua aliud statuisset; et sperat S.S. omnia ad bonum Reformatorum et Civitatis ut cedant, acturam. Dominium informat, Commissarium in Ministrum elegisse unum ex Reformatis, qui tamen antehac fuerat de Familia, sed ad hoc Reformatis se adsciverat ut Minister fieret. Custodem vero non selegit ex Reformatis; sine quo Reformatio subsistere nullatenus potest; quamquam Dominium omnino cupit ut Reformatio constabiliatur firmeturque, quia ad gloriam Dei est et S. Francisci atque populi aedificationem. Etsi Rmus P. Generalis videatur contrarius huic Reformationi, Pontifex adprecandus est ne haec tollatur. Opus esset ad hoc ut Fr. Dionysius Romam vocaretur, qui utpote omnium optime gnarus, ordine et recte omnia edocebit. Ipse intra duos dies abhinc Anconam proficiscitur (*Ponente, 1607-1611*, n. 9, p. 10). — 24 octobris 1609. Eidem Dominium scribit huc venisse Fr. Paulum a Rapagnano ex Reformatis, qua Commissarium, promisisse et ipsum Reformationem conservaturum, sed cum feriis vacarent extra civitatem omnes, octo ex Patribus nobilium aliorumque Reformatorum abiisse. Redeant ergo isti Fratres, et Pontificem adeat ad gratiam hanc consequendam: omniaque haec communicet cum Fr. Dionysio, confessario S. Sanctitatis, qui cum bene norit statum et civitatem istam, bene quoque de omnibus informabit. Dubitat Dominium omnia contra Reformam peracta, a Fr. Alberto Regnich, qui tempore praeteritorum tumultuum Minister fuit, originem ducere. Curet scire, an revera res ita se habeat (ibidem). — 20 martii 1610. Pro Reformatis conservandis Fr. Dionysium Dominium adprecatur (ibidem). — Eodem die Nicolao Alvis. de Gozze conqueritur Dominium ob motiva a Reformatis allata de Ragusio eorum discessu, quia nempe cum eleemosynis fidelium vivere aegre possent, a syndico noluissent acceptare quae illis offerebat. Uno verbo satagat ut Reformatio hic perseveret, et cum P. Dionysio apud Pontificem idem bonum procuret, scrupuli Reformatorum ob recursum ad syndicum auferantur (ibidem). — 1 maii 1610, iterum Fr. Dionysio Dominium, asserens omnes difficultates quoad Reformationem omnino amoveri posse et debere: praecipue vero Fratres in septem monasteriis forensibus existentes, posse, si aliquando necessitas eos compelleret, venire Ragusium mane pro victualibus adquirendis, vespere vero discedere. Infirmi etiam insimul cohabitare: nam non omnes eodem tempore infirmi possunt esse et sani. Reformati acceptent syndicum. Dominium iterum atque iterum obtestatur, se numquam velle ut Reformatio extinguatur (ibidem). — 19 maii 1610, Fr. Archangelo a Messina, Ministro Generali O. S. F. Min. Obs. scribitur, in eadem forma et sententia, ut declaratum est Fr. Dionysio (ibidem). — 22 maii 1610, Marco Nicolao Al. de Gozze, Dominium nuntiat litteras accepisse a Fr. Dionysio, quae gratae admodum fuere (ibidem). — Eodemque die Fr. Dionysio gratiae rependuntur, eo quod per ipsum Reformatio bonum sortita est finem: speraturque quod sit perseveratura, dummodo ipse ad hoc omnes suas vires insumat (ibidem). — Cf. Wadding, XXIV, an. 1604, p. 449.

[1] Renjić. — Aliqua innuimus nn. 277 et 365. Scribentes Rector et C. s. Marco Nicolao Gozze 19 nov. 1609 (*Ponente, 1607-1611*, n. 9) circa quaestionem Reformatorum dicunt, quod si

567. — V. P. Chrysostomus de Canalibus, in resolvendis conscientiae casibus maxime versatus, virque exemplarissimus, obiit Ragusii anno 1657.

568. — V. P. Marinus Florius a Ragusio, concionator, astronomus, Provinciae Pater et cantor eximius, plurima ad chorum pertinentia conscripsit, obiitque Ragusii anno 1657.

569. — V. P. Massaeus a Ragusio ibidem obiit die 2 iunii 1657.

570. — V. P. Didacus a Ragusio obiit in conventu Canalium anno 1657.

571. — V. P. Franciscus Ma de Calabria, ex Dominicano inter nos Minorita factus, obiit in Provincia Seraphica anno 1658.

572. — V. P. Leonardus de Canalibus, sacerdos ex laico, obiit Neapoli anno 1658.

573. — A. R. P. Vincentius Dachich[1] a Canalibus, concionator, chori moderator, virque eruditus, ad annum 1654 Minister Provincialis, obiit Ragusii an. 1658.

574. — V. P. Lucas Rosa de Ragusio obiit Stagni anno 1658.

575. — V. P. Urbanus de Terranova obiit studens Neapoli 18 oct. 1658.

576. — V. P. Albertus Monti de Ragusio, habuit annos 28, cum obiit Ragusii 31 decembris 1658.

577. — Illmus et rmus dnus Fr. Dominicus Andriasi, theologus et concionator eximius, natus in Popovo; Urbano VIII apprime familiaris, Quinque Ecclesiarum Episcopus, obiit Romae anno 1639[2].

---

prius dubitarunt, certiores nunc sunt omnes tumultus contra Reformatos per Fr. Albertum Regnich excitatos fuisse, utpote qui malo animo in Rempublicam sit. Unde hic coercendus omnino est. Hinc etiam cum scivissent Fr. Albertum in Dalmatiam Visitatorem missum fuisse et audissent etiam in Ragusinam Provinciam qua talem venturum esse, mandant Gozze ut agat et apud Pontificem et quemcumque alium, ne hoc fiat, nam Albertus est in causa tumultuum Fratrum Familiae et perturbationum in Reformatos. Si vox vera non est, nihil agat (26 iunii 1610). — Ex nunc in *Ponente, an. 1621-24,* n. 13 animus Reipub. erga Albertum mutatur. 18 martii 1622, hic missus est Neapolim ad Card. Zappata Vice-regem, ut apud istum agat quatenus veniam concedat ob navim remoratam propter Venetos a Stai; magnam penuriam Ragusini populi ostendat, petatque granum etc. Et de hoc scribunt R. et C. eidem Card. Zappata, qui omnia cognoscet ab ipso Alberto. — Deinde 7 ap. 1622 Fr. Alberto item scribitur ut mitiget Card. animum ob grana intercepta; — et 16 eiusdem mensis 1622 gratias ei agitur de consecuto fine in animum Cardinalis; de quo Cardinali gratias repetat. — Et ita 7, 14, 25 maii, 7, 23 iulii, 12 augusti, 5 septembris 1622. Tandem, 12 ianuarii 1623, scribunt: « Napoli. Al Molto Rdo Pre Fra Alberto Ministro della Provintia di Ragugia dell'ordine di S. Franc., Il Rettore et i Cons.ri di Ragugia. = « Credevamo che V. Ptà saria fin hora qua, e perciò non si rispose da noi alla penultima sua « lettera, e dalla relatione ricevuta l'altro dì veggiamo che è stata impedita a poter venire dalla « sua indispositione, la quale habbiamo sentito con disgusto per il desiderio che teniamo di vederla sana con ogni prosperità. Procuri dunque di ricuperar la primiera sanità per poter ritor- « nare qua; come desideriamo col suo comodo. Il terzo vassello da Sicilia coi grani non è com- « parso ancora, nè teniamo alcun avviso sopra esso, se non quanto V. P. hora ci ha scritto in- « torno a esso, che ci è piaciuto intendere. Il Signore la preservi ». — Cum Albertus esset Episcopus Samandriae et destinatus Visitator Apostolicus in Germaniam, gratulantur eidem de munere bene merito, et confidunt ipsum semper in bonum patriae operaturum quandocumque Respublica ipsi recursum faciet (*Ponente, 1629-33* n. 15, 18 maii 1629). — Cfr. Wadding, 1606 n. 3: XXIV, p. 165. Fermendžin, *Acta Bosnae*, p. 374, 376, 384; Idem, *Chronicon*, p. 32, 33.

[1] Dakić.

[2] In *Glasnik Zemaljskog Muzeja u Bosni i Hercegovini,* XXI. 1909, 3, Sarajevo, p. 223 n. 103, invenitur epistola Archiducis Austriae Ferdinandi 10 nov. 1605 data Graecio (Gratz)

578. — Fr. Savinus Andriasi a Popovo, laicus, obiit ad hos annos Slani.

579. — Fr. Ioannes ab Umbla, laicus, obiit ad hos annos Stagni.

580. — Fr. Damianus de Monte Nigro, laicus, obiit Sabiuncelli 24 aprilis 1639.

581. — V. P. Iustinus de Ragusio obiit Stagni guardianus anno 1639.

582. — R. P. Illuminatus a Ragusio, concionator, ex-Diffinitor et ex Custos, pietate ac zelo insignis, obiit Ragusii 1639, aetatis suae 68.

583. — V. P. Basilius Aligretti a Ragusio, concionator, obiit Ragusii anno 1639. aetatis suae 60.

584. — R. P. Hieronymus Ohmuchievich[1] a Slano, factus Provinciae Terrae Laboris filius, conventum Traiecti construxit; ibique, postquam nostrae Provinciae Commissarius extitit, obiit anno 1639, aetatis suae 59.

585. — V. P. Gregorius de Stagno, ex intestino rupto ac vomitu decessit Ragusii anno 1639.

586. — A. R. P. Bonifacius Cerva, ragusinus patricius, requievit Ragusii anno 1639. Ita in *Catalogo Mortuorum* nostri Sacrarii. Ceterum tantum ex-Diffinitor erat, etsi musices peritissimus, humanisque litteris apprime eruditus. Quod primum, in perpetuis ferme morbis vir summae patientiae fuit.

587. — Fr. Hieremias de Terra nova, laicus, obiit Stagni anno 1640.

588. — V. P. Hieronymus de Ragusio obiit Ragusii anno 1640.

589. — V. P. Bonaventura de Canalibus obiit Belgradi parochus die 22 maii 1640.

590. — A. R. P. Simon Martini a Sabiuncello, insignis concionator illyricus; ad annum 1606 Minister Provincialis, et ad annum 1610 nostrae Provinciae Commissarius Apostolicus, senio obiit Ragusii anno 1640.

591. — V. P. Ioannes de Sabiuncello obiit ibidem 16 iunii 1641.

592. — V. P. Iacobus Sladoievich, Provinciae Pater. vir admodum facetus, obiit Ragusii 15 martii 1642.

593. — V. P. Laurentius a Sabiuncello, inter nos laicus, et in Turcicis partibus sacerdos factus, circa hos annos ibidem obiit.

Pontifici Paulo V, in qua commendat patrem Dominicum (Andriasić), qui modum aperiet quo Bosna occupanda sit, simulque Pontificem exorat ut eumdem franciscanum Regi Hispaniae commendare velit. — Pag. vero 326 n. 108, ipse Archidux eidem Pontifici ut ad vacantem sedem Archiepiscopalem Antibarensem evehat Fr. Dominicum, supplicat. Graecii, 27 iunii 1607. — Pag. 326 n. 609, anno 1609: Quid retulerint nuncii Graeciensis, Hieronymus Porzia, et Vindobonensis, I. B. Salvago, de Fratre Andriassichio, qui Bosnam liberare cupit, sed etiam Episcopatum desiderat. — Cf. Wadding, 1622 n. 80: XXV, p. 512 et 671. Farlati, VI, p. 312. Fabianich, II, 196. Gliubich, p. 8. Fuit Episc. Scodrensis et se dici haberique volebat Episcopum *Stephanensem,* postquam a Turcis Ecclesia sua expulsus fuit, controversiamque habuit ob iurisdictionem super quosdam locos, quos dicebat Stepanensi dioecesi pertinere, sed perperam; nam S. Congregatio illos adiudicavit Episcopo Tribuniensi, eo vel magis cum in regestis romanis Ecclesiarum Episcopalium titulum Ecclesiae Stepanensis seu Monstarensis non inveniuntur, sive in iis locis citra ultraque Naronem, quos Dominicus designabat, sive in Provincia Ragusina, intra cuius fines Ecclesiam illam contineri aiebat. Dominicum vero, qui ad suam causam agendam Romam se contulerat, et propter suam importunitatem Episcopis illarum partium plurimum molestiae exhibebat, rerumque novandarum studio multa turbabat, in Urbe manere et in aliquo coenobio Fratrum Minorum S. Congregatio retineri iussit.

[1] Ohmučević.

394. — V. P. Innocentius de Terra nova, concionator, obiit Ragusii anno 1645.

395. — R. P. Ludovicus Lalos ab Epidauro, theologus et concionator, nostrae ecclesiae ferme perpetuus chori moderator eximius, pluries Diffinitor, ob peracta Ragusii undecim quadragesimalia satis clarus; clarior tamen suorum morum pietate, ieiuniis, orationibus vigiliisque, post exactum religionis annum 92. senio confectus pie decessit die 26 decembris 1645.

396. — R. P. Honorius de Stagno, concionator et Provinciae Pater, obiit Ragusii 23 martii 1645, aetatis suae 62.

397. — V. P. Innocentius a Lagosta obiit Ragusii 26 maii 1645.

398. — V. P. Augustinus de Canalibus, ab animali ictus, quod illyrice vocamus *Starmegl* [1], vix cubiculum petiit, ex dolore expiravit die 14 septembris 1645 in conventu Canalium.

399. — Fr. Antonius de Iunchetto [2], laicus religiosissimus, nonagesimum agens annum obiit Ragusii die 13 ianuarii 1646.

400. — V. P. Anselmus ab Insula Media obiit studens Mutinae 12 nov. 1646.

401. — R. P. Gregorius Bibich [3], in resolvendis conscientiae casibus apprime versatus, plurium Nobilium Venetorum amicitia floruit, eiusque industriae crucem hastamque argenteam ponderis 37 librarum, qua in solemnioribus supplicationibus utimur, nec non vetus tabernaculum ex argento, plures casulas ex holoserico nostra debet ecclesia; conventus autem tabulas nuceas refectorii, ab ipso cum esset Guardianus extructas. Provinciae Pater fuit, decessitque Ragusii octogenarius 9 martii 1647.

402. — Fr. Ludovicus de Canalibus, clericus piissimus, post diutinum morbum in Stagnensi coenobio perlatum, e lecto surrexit, propriis se lavit manibus, ecclesiamque adiit ad s. Synaxim recipiendam. Postea enixe exoravit ut sacro inungeretur oleo in ipsa ecclesia; suumque repetens cubiculum, ea, quam praedixerat, hora placide expiravit, die 9 martii 1647.

403. — Fr. Didacus de Canalibus, laicus, sacrista beneficentissimus, nam sua industria sex candelabra argentea et quatuor magna illa ceroferaria item argentea nobis comparavit; obiit Ragusii die 31 martii 1647.

404. — V. P. Bernardinus Markovich [4] de Puncta, senex religiosissimus, obiit Ragusii 19 maii 1647.

405. — Fr. Thomas de Stagno Parvo, laicus, obiit Patavii in conventu S. Ursulae anno 1647.

406. — V. P. Andreas ab Insula Media, cum ibi Guardianus esset, ictus a fulmine, statim occubuit die 16 maii 1648.

407. — Fr. Ioannes de Ragusio, clericus, obiit studens in Provincia S. Angeli anno 1648.

408. — Fr. Honorius de Ragusio, clericus optimae indolis, obiit Ragusii 1648.

409. — V. P. Seraphinus de Puncta, conventibus non parum proficuus, post Guardianatus plures, obiit Stagni actu Guardianus 18 nov. 1649.

[1] *Starmelj* = crabro. [2] Sumet. [3] Bibić. [4] Marković.

410. — V. P. Ignatius de Terra Nova, e Provincia ad hos annos discessit; eiusque mors prorsus ignota.

411. — V. P. Paulus de Gondula, ragusinus patricius, summae pietatis et in continuis infirmitatibus, vir mirae patientiae, religiosissime decessit Ragusii prope octogenarius 5 sept. 1650.

412. — V. P. Hieronymus a lupana [1], concionator, obiit Siroli in Marchia ad hos annos.

413. — Fr. Honuphrius Antibarensis, antiquae simplicitatis laicus, obiit septuagenarius Ragusii 14 sept. 1651.

414. — R. P. Franciscus de Terra nova, pluries Diffinitor, quinquies concionator quadragesimalis in hac nostra ecclesia, et semel Commissarius Visitator nostrae Provinciae, annum agens sexagesimum octavum pie Ragusii obiit 24 sept. 1651.

415. — V. P. Bernardus a Belgrado [2], ad patriam pergens, balista ignea, vulgo *pistola*, quam ipse ad latus ferebat, ictus, ex equo procubuit, humatusque in campo fuit anno 1651.

416. — V. P. Io. Baptista a Ragusio annum agens septuagesimum sextum obiit Ragusii 12 ian. 1652.

417. — Fr. Stephanus de Puncta, laicus, obiit Ragusii 29 maii 1653.

418. — V. P. Mansuetus a Lagusta obiit in sua patria 27 iulii 1653.

419. — R. P. Gabriel a Ragusio, pluries Diffinitor, obiit nonagenarius Ragusii die 20 sept. 1653.

420. — R. P. Petrus Vlahanni a Sabiuncello, Theologiae Lector, bisque Diffinitor, a Philippo III catholico rege in Episcopum Rhetii Iulii nominatus, constanter hoc onus renuit; atque inter nos Slani requievit die 26 decembris 1653.

421. — Fr. Aegidius a Canalibus, laicus humillimus, obiit senex Ragusii 11 ianuarii 1654.

422. — Fr. Iuniperus a Duba, laicus primaeque religiositatis, obiit Ragusii die 29 aprilis 1654.

423. — Illmus et rmus dnus Fr. Benedictus Ursinus a Popovo, haud infimae notae theologus, Episcopus Alexii in Epiro, post multas pro Fide persecutiones perpessas, ibidem obiit anno 1654 [3].

[1] lupana = Sipan. [2] Belgradum = Biograd.

[3] Senatus Ragusinus comitatur ad Card. Veralli Fr. Benedictum his litteris (ex *Ponente, 1615-1621*, n. 12): « A dì 31 (?) Genaro 1620. Roma, All'Illmo e Rmo S. nro osser.mo il S. Card. « Veralli. — Illmo et Rmo Sre nro osser.mo. Se bene per relatione del Gozze nostro Agente harà « inteso di già V. S. Illma quello che ha desiderato di saper la Stà di N. S.re da noi intorno « alla persona del P. Fra Benedetto de Minori Osservanti, nondimeno venendo adesso egli stesso « di persona a baciarle la mano, habbiamo stimato meritevole che se le presenti accompagnato « con l'istessa testimonianza della verità di esser egli nato di progenitori cattolici in Popovo di- « tione del Turco a questi confini, e dopo che entrò nella Religione haver atteso agli studii in « Italia, nei quali si conosce dagli effetti di havere fatto profitto lodevole, havendo servito suffi- « cientemente in questo suo Monasterio di S. Franc per Lettore e per Predicatore, oltre che lo « teniamo per religioso timorato di Dio e di essemplare vita e costumi. Queste qualità sue ce lo « fanno amare e anco ne inducono di pregare, come facciamo, V. S. Illma che si degni di ve- « derlo con ochio della solita benignità e favorirlo gratia sua, per augumentare in noi li suoi « favori, i quali ci tengono imposta molta obligatione. Per fine baciandole l. m. preghiamo Iddio « per lunga sua vita e felicità. D. V. S. Illma e Rma, Divotmi Il RETTORE et i CON.RI ». — Et ut

424. — R. P. Nicolaus Gliubacovich[1] a Sabiuncello, diligentissimus iuvenum educator, Provinciae Pater, octogenarius quievit Sabiuncelli 14 maii 1654.

425. — Fr. Ioannes a Ragusio, laicus, obiit Stagni die 5 aprilis 1655.

426. — R. P. Cherubinus Cuveglia[2] a Castro Novo, concionator et Provinvinciae Pater, obiit Ragusii die 6 febr. 1656.

427. — V. P. Iustinus a Ragusio, institutus concionator et luem Neapolitanam fugiens, ex eadem in navi obiit, ac in mare proiectus est die 28 iunii 1656.

428. — V. P. Sebastianus ab Epidauro, item institutus concionator, eodem funere occubuit die 3 iulii 1656.

429. — V. P. Raymundus Caramunda a Ragusio, pariter institutus concionator, in supradicta lue Sacramenta infirmis diu noctuque ministrans, ab eodem correptus morbo ad aram D. Iacobi se contulit, ipsique innixus gloriosissimam mortem oppetiit dicto anno 1656.

430. — A. R. P. Franciscus de Serino, Provinciae Reformatae Principatus alumnus, Terrae Sanctae 20 annis Commissarius, a sacris Locis rediens, senio et longo morbo confectus, decessit Ragusii die 19 ianuarii 1657; variaeque eiusdem scripturae ad dictam Terram Sanctam pertinentes Romam a nobis transmissae sunt.

431. — V. P. Hilarius de Canalibus, e Sacris Locis ad propria rediens, ex sanguinis fluxu in Cretae insula occubuit anno 1657.

432. — V. P. Claudius Iuliani a Ragusio, Guardianus Stagni, ibidem in morbum incidit, relatusque Ragusium religiose obiit 21 sept. 1657.

433. — Fr. Gregorius de Oskoruseno[3] in patria obiit vix subdiaconus, delatusque Sabiuncellum, in nostra ecclesia sepultus est 23 feb. 1658.

434. — A. R. P. Franciscus Gozzeus Dragoevich vulgo Paprizza[4], adhuc prophetiae et sanctimoniae fama ac dono potestatis in daemones nos inter celebratur. P. Paulus Rubinensis in sui vita MS. eundem summe laudat a pietate, paupertate et ab oratione; illmus vero Tvartkovich meminit, ipsum fuisse a Fratribus, parentis nomine, *nasc Chiachie*[5] vulgo compellatum; nam eisdem, quaecumque sibi obveniebant munuscula, illico erogabat. Cantus apprime peritus fuit; et ter Ministri Provincialis munus exercuit. Post non modica conventibus Provinciae collata beneficia; postquam Stagnensem Episcopatum humillime recusatum, piissime obiit octogenarius 17 februarii 1658; eiusque caput cum thorace in sepulchro B. Evangelistae esse, audivi a pluribus, atque etiam ego ipse inspexi in recognitione eiusdem sepulcri facta ab illmo et rmo Fr. Angelo Franchi ragusino Archiepiscopo; nam tunc temporis indignus eram Minister Provincialis[6].

---

omni favore, auxilio, patrocinio prosequatur Benedictum, scribunt Rector et Consilium Dno Marco Ant. Gozze. Cf. Fabianich, II, 195. Gliubich, p. 230. Scripsit italice opellum: *La verità esaminata intorno al ramo più principale del grande Albero Comneno istorico e geneologico,* Venetiis editum, una cum alio opere « de familia Comnena », Philippo IV Hispaniarum regi dicato. Gliubich scribit Benedictum obiisse an. 1653 originemque duxisse a Romana Orsini familia. Cf. Wadding, 1621 nn. 21 sqq.: XXV, p. 452 et 622 sq.

[1] Ljubaković. [2] Cuvelja. [3] Oskorušno. [4] Paprica.

[5] naš čače, *naš otac* = pater noster.

[6] 1605, 4 nov. (*Ponente, 1605-1607,* N° 8). Cardinali Sanctae Caeciliae Protectori et P. Dionysio a Turre litteras Dominium scribit, quibus supplicat, ut vacanti episcopali sedi Stagnensi episcopus praeficiatur Fr. Franciscus Gozze O. M. Ob. Ref. Romae consistens ut socius Fr. Dionysii;

455. — R. P. Benignus a Flumine, concionator Generalis, pluribi cum laude sacras habuit conciones, semelque quadragesimales in hac ragusina Cathedrali. Tertio in Diffinitorem electus, Ragusii obiit die 10 maii 1658.

456. — V. P. Ludovicus a Ragusio obiit Panormi studens, 15 octobris 1658.

457. — V. P. Salvator a Ragusio pro prima vice Guardianus Canalium, infirmus advenit Ragusium, ibique obiit 26 decembris 1658.

458. — V. P. Carolus a Ragusio, celebris concionator illyricus, actu Epidauri Guardianus, infirmus accessit Ragusium, ibique obiit 15 aprilis 1660.

459. — R. P. Martinus Rosa de Stagno, concionator et Theologiae Lector bisque Diffinitor; edidit Matriti anno 1658 *Compendium Historicum Nationis Illyricae* versibus exaratum; de cuius opere in meis *Monumentis Historicis* ego iam sententiam dixi. Plusquam septuagenarius, pluribusque laborans morbis, obiit Ragusii 27 apr. 1660 [7].

440. — Fr. Lazzarus a Canalibus, laicus, obiit senex Ragusii 4 maii 1660.

441. — V. P. Augustinus a Breno, vix factus sacerdos obiit Ragusii 4 oct. 1660.

442. — V. P. Evangelista de Popovo, senex religiosissimus, artisque anaglypticae peritissimus, obiit Ragusii 15 oct. 1660.

443. — Fr. Georgius de Canalibus, laicus, obiit Ragusii 11 nov. 1660.

444. — V. P. Stephanus Nale de Ragusio, Canissae in Hungaria Missionarius et Parochus, obiit ad initia anni 1661.

445. — V. P. Marcus Calamotta, Urbano VIII annuente, prìmus Calamottensis Insulae Parochus, post eam paroeciam materno aere auctam, ibidem decessit 15 iunii 1661, et postera die fuit Daxae, prout ipse optaverat, tumulatus.

446. — V. P. Franciscus a Varese apud Foinizam Provinciae Bosnae Argentinae, ex arefactis corporis faecibus, quas Ancona huc navigans octo dierum spatio numquam ob verecundiam emiserat, intestino fracto, obiit 5 octob. 1661.

447. — Illmus et rmus dnus Fr. Savinus Florianus a Ragusio, concionator egregius, ad annum 1612 in conventu S. Mariae Novae Lector Generalis S. Theologiae, ter Minister Provincialis, anno 1625 in Diffinitorem Generalem electus, et anno 1647 ad Mercanens. et Tribuniens. Episcopatum evectus, detraxit Monachis Basilianis, in ea dioecesi commorantibus, catholicorum larvam, quam ob calicem et nescio quam aliam stipem a Romano Pontifice eis tributam, saepe assumebant. Tan-

---

qui Dionysius Fratrem Franciscum inducat ut episcopatum acceptet et omnibus quae necessaria sunt provideat. — Et eiusdem sententiae est epistola directa eidem Fratri Francisco eodem die, ut acceptet nempe. — Sed cum renuntiasset ipse Franciscus Gozzeus et Fr. Bonifatius O. F. M Ref., Dominium scribit iterum Card. S. Caeciliae 2 martii 1606 ad illam Sedem proposuisse R. P. D. Ioannem Baptistam de Giorgi Abbatem huius congregationis Melitensium. Et idem scriptum est die 8 aprilis 1606 Pontifici Paulo V. — Die 27 maii 1610 (*Ponente, 1607-1611*, n. 9) Neapolim scriptum a Dominio Fr. Francisco est, quod doloris causa ipsius profectio Ragusio fuit, sed spe fulcitur quod ipse, qua patriae filius, causam Reformae cum aliis dicet. — Cf. Gliubich, p. 167. Fabianich, II, 196. Gliubich, p. 167, scribit Franciscum musicae arti operam navasse, et perbelle librum quemdam ad usum chori notis minio depictis elucubrasse. Dolci, *Fasti Letterarii*, p. 21, n. 77.

[7] Gliubich, p. 269, qui affirmat Martinum opus Mauri Orbini heroicis sed non venustis versibus contraxisse. Cf. Dolci, *Fasti Letterarii*, p. 43, n. 174. Wadding, *Scriptores*, 171^2, 169^3. Sbaralea, *Suppl.* 524.

dem doctrina et pietate clarus obiit die 24 decembris 1661. In eius funere orationem habuit r. presbyter D. Marinus Orbini; sepultusque est non sine pompa in nostrae ecclesiae choro [1].

448. — V. P. Basilius a Terranova [2], vix sacerdos, obiit Clodiae die 30 sept. 1662.

449. — A. R. P. Dionysius a Ragusio, theologus et celebris concionator illyricus, Minister Provincialis ad annum 1646, obiit Ragusii 14 martii 1663.

450. — Fr. Dominicus a Terranova, laicus, obiit percussus a fulmine in conventu Insulae Mediae 20 augusti 1663.

451. — V. P. Illuminatus a Ragusio, sacerdos iuvenis, cum sciret a quodam Fratre mortem tentari alterius, istum certiorem reddidit; idcirco convertit in se iram primi; a quo ter pugione confossus, obiit Patavii 12 sept. 1664.

452. — A. R. P. Daniel a Monte Nigro in Puncta, insignis subtilisque Theologiae Lector, virque moribus praeditus integerrimis, ad annum 1652 Minister Provincialis, obiit Ragusii 19 sept. 1664.

453. — Fr. Evangelista de Samaslina [3], clericus, obiit studens Mantuae 15 octob. 1665.

454. — V. P. Ioannes Slavuscich [4] de Oskoruseno, cum primis Lectoribus Generalibus a Ministro Generali ad nos missis Viterbio advenit Ragusium, ibique post modicum obiit tempus 26 decembris 1665.

455. — V. P. Honorius a Ragusio, concionator et Lector, expleto cum laude quadragesimali cursu in hac nostra ecclesia, Guardianus Umblensis factus, ibi in febrim incidit, adveniensque Ragusium, decessit 21 augusti 1666, aetatis suae 53.

456. — V. P. Simon Martini a Sabiuncello, concionator; in patria commorans de Familia et e fenestra in hortum corruens, expiravit 20 sept. 1666.

457. — V. P. Bartholomaeus a Sabiuncello e Stagnensi conventu ad hos annos aufugit Venetias; ibique sine religioso habitu diu vixit; sed ubinam obierit, ignotum.

458. — R. P. Alexander de Ragusio, bis Diffinitor et actu Epidauri Guardianus; ibidem obiit prope sexagenarius 29 novemb. 1666.

459. — Fr. Iulianus de Canalibus, laicus officiosissimus, obiit in patria 12 ianuarii 1667.

460. — A. R. P. Bernardinus Gozzeus, ragusinus patricius, vir vere religiosus, bisque iam Minister Provincialis, post recusatum Stagnensem Episcopatum

---

[1] Rector Consiliumque Reipub. Rag. (*Ponente, 1647-1649,* n. 19) Pontifici supplicant Innocentio X, ut ad Ecclesiam Tribunien. et Mercan. destinet qua Episcopum P. Savinum (Sabinum) Florianum rag., s. Theol. Lectorem, praedicatorem Generalem, pluries Ministrum Provincialem etc. (7 martii 1647). — Uno die (10 martii) pro confirmatione eiusdem scribunt Card. Panziulo, D. Antonio Diodati et Nicolao Resti; — quod deinde renovant Pontifici et Cardinali in litteris 17 martii 1647. — Tandem 29 augusti 1647 ipsi Fr. Sabino Episcopo Mercanensi gratulationis sensus exprimunt de bono examinis exitu et spe certa bono Ecclesiae ipsi concreditae eum esse provisurum: festinet reverti, ut id ore repetant. — In litteris (*Ponente, 1660-1662,* n. 23) 24 dec. 1661 Pontifici Alexandro VII nuntiatur obitus Fratris Sabini et item Cardinali Chigi et Abbati d. Stephano Gradi. — Cf. Farlati, VI, p. 315. Fabianich, II, 199. Huius Episcopatum illustravit conversio ab Graeco schismate Monachorum ex ordine Basiliano coenobii Tribuniensis S. Mariae in Dalmatia.

[2] Terranova = Trnovo. [3] Zamasline. [4] Slavušić.

et plurima in Provinciam collata beneficia, pie obdormivit Ragusii 10 feb. 1667, amabilitate indolis et Moralium rerum scientia sat celebris [1].

461. — Fr. Iustinus Ghetaldi, clericus, ragusinus patricius, in conventu S. Didaci Neapolis Artium studens, ibi post biennium suam annullavit Professionem et, uxore postmodum ducta, suae consuluit posteritati. Supersunt adhuc eiusdem nepotes.

462. — V. P. Silvester a Ragusio in Provincia Seraphica studens et A. R. P. Lucio a S. Iusto dictae Provinciae ex Ministro et postea Commissario Generali Romanae Curiae summe charus, ab eodem nescio cur offensus, religioso deposito habitu, seque viarum grassatoribus iungens, eundem in dies Assisio Romam transiturum dandae necis causa (disponente Deo) frustra expectavit. Interim incidit in febrim, reversusque in se, ad proximum PP. Reformatorum conventum perrexit: ubi implorato habitu et obtenta absolutione, omnibus Ecclesiae Sacramentis pie susceptis, ex hac vita discessit, mirum nobis divinae misericordiae praebens documentum; anno quidem 1667.

Eodem anno 1667 die 6 aprilis, hora 14, feria vero 4 Hebdomadae Sanctae tota ferme Ragusina civitas primum ex terraemotu corruit, deinde igne depasta est. Nos Minoritae amisimus Templum, in quo una et viginti erant Arae, quarum singulae vel Titiani, vel Caravagii, vel Urbinatis gloriabantur picturis. Duae fere totae ex argento constabant; Altare vero maius sex et viginti argenteis statuis excedentibus palmos tres constituebatur. Quod magis dolendum, celebres illi Angeli ad latera Crucifixi a D. Iacobo Picenate positi, qui sua miraculose movebant thuribula, flammis absumpti deperiere; itemque Bibliotheca septem millibus et quingentis referta voluminibus, una cum Archivio vetustissimis scripturis praedivite [2]. *Sequentes autem Fratres interim defuncti sunt.*

463. — V. P Matthias de Canalibus, post decem annos in valetudinarii cubiculo transactos, hoc tantum malo sublatus est.

464. — V. P. Petrus de Bosna, Rectori Reipublicae in publico Palatio sacrum dicens, pariter occubuit.

465. — Fr. Ludovicus a Ragusio, clericus, sacri minister, item obiit.

466. — A. R. P. Donatus ab Insula Media, vir omni ferme doctrina eruditus, et adeo pius, ut defuncti corpus repertum fuerit ferrea praecinctus catenula; ad annum 1664 Minister Provincialis per Breve Alexandri Pp. VII; cum ab altari recederet in templo S. Mariae Gratiarum, simili fato decessit.

467. — V. P. Bonaventura a Ragusio, Guardianus Umblensis coenobii, sub ruinis pulcherrimi tunc illius templi efflavit animam, sacrum dicens.

468. — Fr. Modestus a Terranova, laicus, in conventu Canalium eamdem mortem oppetiit.

---

[1] R. P. Bernardo Gozze Dominium scribit Neapolim ut inveniat physicum pro civitate (4 iunii 1666: *Ponente 1666-69*, n. 26); et eiusdem mensis 24 misisse monerem (*feluca* = parvam navim), ut ducat medicum ad ipsum Ragusium. Quamvis hic dicatur Bernardus et non Bernardinus, videtur idem esse, cum nullius alterius huius nominis de Gozze ad hos annos sermo sit. — Sed et ad annum 1677, maii 8 eidem Fr. Bernardo, ut Hispanias petat ad auxilia invocanda pro necessitatibus ex terraemotu, incendio, annonarum obventis (*Ponente 1677-8* n. 30, p. 39).

[2] Cf. Razzi-Gelcich, p. 262. Skurla, *Cenni storici*, Zagabria 1876, p. 19. Engel-Stojanović, *Povjest Dubrovačke Republike*, Dubrovnik 1903, p. 107.

469. — Fr. Iuniperus a Puncta, laicus, in eodem conventu pari obitu decessit.

470. — V. P. Andreas de Sabiuncello obiit Sabiuncelli ex phthisi die 25 octobr. 1667.

471. — V. P. Ioseph a Terranova, concionator, pluries Guardianus, obiit Stagni sexagenarius 1ª ianuarii 1668.

472. — R. P. Thomas ab Insula Media, concionator et tertium Diffinitor, vir apprime religiosus, obiit Ragusii 27 iulii 1668.

473. — Fr. Leonardus de Puncta, laicus, obiit senex Stagni 10 Sept. 1670.

474. — Fr. Adeodatus a Terra Nova, clericus, peregre orbem peragrans et redux ex Hispaniis, obiit ex febri in conventu S. Mariae Angelorum mense octob. 1670.

475. — V. P. Anselmus Ruskovich[1] a Sabiuncello, vir non minus eruditus quam pius, concionatorque vere apostolicus, aliquandiu novitiorum Magister, Terram Sanctam perrexit; ibique ex peste pie obiit, praedicta sui transitus hora, anno 1670, aetatis 40.

476. — B. P. Ambrosius ab Epidauro, Ex-Diffinitor, bonus cantor et pluries novitiorum Magister diligentissimus, obiit plusquam octogenarius Epidauri 1ª februarii 1671.

477. — V. P. Peregrinus a Stagno, celebris pharmacopola virque religiosissimus, obiit Stagni item octogenarius 16 sept. 1671.

478. — V. P. Timotheus de Canalibus obiit ad hunc annum in urbe Philippopolis, agens Missionarium.

479. — Fr. David de Canalibus, laicus, satis iuvenis obiit ex phthisi Daxae 26 decembr. 1672.

480. — Fr. Cornelius de Canalibus, laicus religiosissimus, obiit Ragusii octogenarius 8 martii 1673.

481. — Fr. Bernardus de Puncta, laicus, in podagrae morbo mire patiens, obiit iam octogenarius Sabiuncelli 15 nov. 1673.

482. — V. P. Simeon Miletich a Slano Italiam peragravit atque Hispanias, ac tandem ad propria rediens in urbe Cadicis ad hos annos obiit vix quinquagenarius.

483. — A. R. P. Ioannes Chrysostomus de Canalibus, celebris concionator et sacrae Theologiae Lector Iubilatus (Lycii iubilationis lauream obtinuerat), prolata inter concionandum in hac ragusina Cathedrali sententia quadam de genuflexione Christi Domini ante Iudam obsessum a daemone, summum famae periculum subiit. Et bene cum ipso actum, quod poenis Romae iam in ipsum pronuntiatis ob pertinaciam, praeventus morte, non succubuerit. Obiit inter summos podagrae et laterum dolores, nondum Provincialatu expleto, die 18 sept. 1674, aetatis suae 50; hac laude dignus, quod litteratos homines impense amaverit.

484. — V. P. Iustinus a Ragusio, iuvenis religiosissimus, obiit Guardianus Stagni 20 sept. 1674, aetatis suae 30.

485. — R. P. Lucas de Terranova, in solam Commissarii Visitatoris gratiam Diffinitor factus, et in Vicarium Provincialem post mortem supradicti Ioannis

---

[1] Rusković.

Chrysostomi, dolosis artibus electus, ante auditam annullatae suae electionis sententiam ex hac vita migravit Ragusii 14 novemb. 1674.

486. — A. R. P. Felix Butchi a Ragusio, theologus et concionator egregius, nam etiam in Cathedrali ragusina tempore Adventus sacras habuit conciones; bis Diffinitor, semel Custos, et ad aliquos menses etiam Vic. Provincialis, summe laboravit podagra; nihilominus ferme octogenarius obiit, idque Ragusii 21 aprilis 1675. Teste P. Andriasio, debemus huic Patri nostrorum *Defunctorum Catalogum* ab anno 1550 usque ad annum 1660.

487. — V. P. Ludovicus a Ragusio, omisso pharmacopolae munere, Mirandulam petiit studiorum causa; ibique obiit mense augusti 1675; aetatis suae 26.

488. — R. P. Raphael a Sabiuncello ob morum honestatem Provinciae Thusciae adscitus, Monialium confessarius, clericorum Magister, ac tandem Guardianus Omnium Sanctorum fuit; ibique obiit ad hos annos.

489. — R. P. Albertus de Flumine, concionator, cantor et organista ac Provinciae Pater, pluries etiam Guardianus Ragusinus, obiit Epidauri tunc Guardianatum gerens, 12 decembris 1675, aetatis suae 51.

490. — R. P. Donatus de Spizza[1], concionator, vir pius, in morali Theologia apprime doctus, perpetuo sacris vacavit Missionibus. Neapoli ob zelum in maximum discrimen incidit; at bis in eum laxata bellica ballista, miraculose evasit incolumis, plumbeo ad eius pedes procidente. Rediit senex in Provinciam, et ex Decreto S. Congregationis Provinciae Patribus adscriptus, ex apoplexia pie obiit Ragusii annum agens octogesimum, 29 aprilis 1676.

491. — Fr. Georgius de Ossonik[2], laicus, iuvenis obiit Ragusii 30 octobr. 1676.

492. — V. P. Blasius a Sabiuncello, pluries Guardianus, in eodem munere obiit Stagni 20 decembris 1676.

493. — R. P. Benedictus a Ragusio, concionator, et diu Ferrariae chorista, in Provincia novitiorum Magister, et postmodum Diffinitor; post annum in valetudinario peractum obiit Ragusii septuagenarius 1ª ian. 1677.

494. — Fr. Leo de Canalibus, laicus, obiit nonagenarius Ragusii 18 februarii 1677.

495. — V. P. Honorius ab Umbla, febri correptus Stagni, obiit Ragusii die 5 octobr. 1677, aetatis suae 27.

496. — V. P. Alexius de Stays, pluries et actu Umblae Guardianus, ibidem obiit vix sexagenarius 10 ian. 1678.

497. — A. R. P. Angelus a Lupana, Examinator Synodalis, bis Minister Provincialis, Diffinitor Generalis electus Romae anno 1651[3], semel Commissarius Provinciae, et actualis Diffinitor, annum agens sexagesimum nonum Ragusii ex apoplexia noctu occubuit 9 iunii 1678.

498. — V. P. Martinus a Ragusio, hydropis causa, quae ei Stagni obtigerat, frustra a medicis excruciatus, obiit Ragusii 6 augusti 1678, aetatis suae 28.

499. — V. P. Ignatius de Calamotta[4], ex passione animi in miserandae phraenesis malum actus, Ragusii obiit 21 febr. 1679, aetatis suae 48.

---

[1] Spizza = Spič. [2] Osojnik.
[3] *Chronologia historico-legalis*, vol. II, Venetiis 1718, p. 58. [4] Calamotta = Koločep.

500. — V. P. Ioannes de Canalibus, Stagni Guardianus, ibi occubuit annorum 50, die 14 iul. 1679.

501. — V. P. Christophorus de Slano, correptus febri Stagni, decessit Ragusii iam septuagenarius 26 iulii 1679.

502. — Fr. Damianus de Canalibus, laicus, obiit Stagni sexagenarius 5 aug. 1679.

503. — Fr. Vincentius de Lagusta[1], nullibi permanens laicus, semperque huc et illuc discurrens, obiit tandem in Foroiuliensi hospitali 1679.

504. — R. P. Celsus a Ragusio, adhuc iuvenis in Secretarium Romanae Curiae electus anno 1652, postmodum absens factus Diffinitor; mutata tamen huiusmodi fortunae rota, fere semper extra Ordinem vixit; et extra illum obiit quoque, humatus ad maius evitandum scandalum apud conventum Vinearum Venetiis anno 1679, aetatis suae 60.

505. — V. P. Adrianus de Ragusio obiit sexagenarius Ragusii 29 aprilis 1680.

506. — V. P. Innocentius Michaelis, ex alumno Romani Seminarii Frater effectus, et sacerdos inauguratus, post paucas a primo Sacro hebdomadas summa pietate peractas, insanivit. Pristinae menti in xenodochio Neapolitano restitutus, Stagnense coenobium perpetuo incoluit, diu noctuque orationi vacans; seque ieiuniis aliisque afflictationibus macerans. Quod in oris Bistrinae duo magni pisces e mari prosilientes ad eius se pedes proiecerint, passim narrabat id illmus et rmus Petrus de Luccaris Stagnensis Episcopus. Fuit autem, ut demisissimae humilitatis assecla, ita cuiusque otiosi verbi osor summus; obdormivit non sine sanctitatis fama in supradicto conventu 9 iunii 1680.

507. — R. P. Philippus de Sabiuncello, concionator, bisque Diffinitor; podagra in infirmaria detentus, incassum expetito Confessario, subito occubit 7 iulii 1680, aetatis suae 70.

508. — V. P. Valentinus de Malpho[2], vir laetissimus, pluriesque Guardianus, cum sanguinem totum ex disrupta pectoris vena eiecisset, vix quadragenarius obiit Ragusii 14 augusti 1680.

509. — V. P. Isidorus de Gravosio[3], ob nullam sui curam in hydropem incidit; et ex eadem obiit Ragusii 30 novemb. 1680, aetatis suae 40.

510. — Fr. Leonardus de Terranova, laicus, improvisa morte obiit Stagni 14 ian. 1681, aetatis suae 26.

511. — Fr. Dominicus de Canalibus, laicus, pharmacopola, sexdecim ferme annis in lecto decubuit ex podagra, mira quidem patientia, semperque laudans Deum; ac tandem septuagenarius pie decessit Ragusii 7 octob. 1682.

512. — V. P. Mansuetus a Ragusio, sacerdos iuvenis, phthisim, qua inficiebatur, curaturus Patavium perrexit; ibique post dies paucos decessit 30 octobris 1682.

513. — Illmus et rmus dnus Fr. Augustinus Flavius Macedonich[4], alias Arbanasinch, a Breno, s. Theologiae Lector Generalis, consulturus conventui a terraemotu quassato flammisque ferme absumpto, Hispanias perrexit; eleemosynam-

---

[1] Lagusta = Lastovo.

[2] Malphus = Zaton. [3] Gravosium = Gruž = Gravosa. [4] Mačedonić.

que a Regina Matre impetravit, qua Bibliothecae dormitorium extructum est, et Bibliotheca ipsa permultis libris instructa. Viennam deinde a Provincia missus pro reparanda etiam ecclesia, stipem non modicam detulit; iterumque eamdem Viennam rediens expeditus pro suo Nuntio ab excellentissimo Senatu, iterum navim ferro, tabulis trabibusque onustam ad nos deduxit. Hispanicam linguam apprime calluit, ut constat ex elogio, quod in laudem operum P. Vitalis Andriasii ipse exaravit; et si beneficentissimus vir Ragusino Guardianatu (quem optabat) ob invidiam Fratrum potiri haud potuit, Stagnensi Episcopatu a Republica ad annum 1680 donatus est. Obiit ex phthisi Romae, quo alias forsan infulas quaesiturus, contulerat sese, die 14 novemb. 1685 [1].

[1] In *Ponente 1680-81,* n. 32, p. 77, Dominium proponit in Stagnensem Episcopum Fr. Augustinum Macedone, quem commendat Card. Cibo et Barberino necnon Abbati Gradi 8 augusti 1680 (p. 78-79). Deinde (p. 100) litteris 28 sept. 1680 idem Fr. Augustinus, qui Romam iter arripuit, commendatur Card. Barberino. Cf. Farlati, VI, p. 359. Fabianich, II, 197. Farlati scribit Macedonichium obiisse an. 1682. Fr. Vitalis librum *Avvento* dicaverat illmo domino Comiti Leopoldo Kollenich; hinc P. Macedonich post dedicatoriam P. Vitalis Comiti epistolam hoc elogium inseruit: « Al Mesmo | Illustrissimo, Reverendissimo, et Excelentissimo, Señor | Leopoldo | Kollenich | Conde, y Obispo, etc. | A quien, el Padre Fray Agustin Flavio Macedonich, de la Orden de N. P. S. Francisco; de la Provincia de Ragusia Lector general, ofrece reverente; dedica humildemente, y consagra afectuoso este breve | *Elogio.* | Nunca mi pluma emprendió mas feliz buelo, | Que en la ocasión presente, | Pues consiguió dichiosa, todo lo que | El fatigado pensamiento, anelava; | Para brevemente ponderar, | Lo ilustre de la sangre, singular prudentia; | Y decorosa urbanidad, de vuestra Excellentia; | Prendas naturales, y adquiridas, | De que francamente le dotó el Cielo, | Floreciendo con esplendores en su persona; | Junto con la gran erudicion de las letras. | Lo Heroico de sus acciones; | Y lo eminente de sus virtudes: | Quisiera si fuera posible, | Desempeñar el credito, | Y acreditar el empeño, | De los duplicados favores, que he recibido, | Dese sublime sugeto; | Portento de la Europa; | Onor de la Croatia, | Blason de Alemania, | Trofeo de Ungria, | Y centro del govierno ajustado; | A quien las naciones prevenien laureles; | La fama dispone triumfos; | Y toto el orbe | Erije estatuas de perpetua recordación; | Al fin nació vuestra Excelentia | Para milagro de nuestra edad; | Y quedará para credito de las futuras. | Pasó su plausible juventud | Asistiendo a la Señora Reyna de España Doña Mariana de Austria | Esposa del gran Monarca Felipe quarto, | Y Madre de la Magestad Catolica | De Carlos Segundo. | Y agora sirve con todos los requisitos | De perfecto Ministro | Al Serenissimo Cesar Leopoldo: | Reciba con sú natural bizarro; | Esta pequeña ofrenda | De un humilde Religioso: | Como el potentissimo Xerxes; Rey de Persia, | Recibio el agua en las manos, | De un pobre labrador, | Quando tantas Provincias del Asia; | Le traian riquissimos, y preciosos regalos, | Atendiendo, que vale mas; | Una voluntad desnuda de lisonja, | Que una presunción vestida de soberbia; | No paso adelante en los encomios, | Y alabanças que merece | Vuestra Excelentia | Por no quedar corto, | Observando el aforismo del filosofo | Seneca | Que las cosas, grandes | Solo el silencio, | Las comprende. | Al Mesmo (P. Vitali Andriasi) | de el Sobredicho | Fray Agustin Flavio Macedonich.

Soneto.

Vital, y admirable fruto de la palma
Andriasia, que crió el Ragusiuo suelo;
Con donayre hermoso, y santo zelo
Para soberana senda conforta el alma.
Y tantos con su sombra pone en calma;
Que asombra al Mundo, y admira al Cielo;
Tendiendo de charidad dorado belo,
Enamora al docto, y al sabio ensalma.

514. — V. P. Felix Mircovich[1] de Tarpano, religiosissimae indolis sacerdos, obiit studens generalis in conventu Aracoelitano 26 ianuarii 1683, pulsandi organa peritissimus.

515. — Fr. Ludovicus ab Epidauro, clericus, obiit ex phthisi in patria 26 aprilis 1684.

516. — V. P. Hieronymus ab Oskoruseno, missionarius, post multos labores inter infideles perpessos, in dioecesi Nicopolitana obiit anno 1684, commissa prius ragusinis mercatoribus non modica pecunia nostris conventibus eroganda (26 febr.).

517. — Fr. Didacus ab Oskoruseno, laicus officiosissimus, sexagenarius obiit Umblae die 13 iunii 1684.

518. — R. P. Pacificus a Melita[2], novitiorum ex Magister, et ex Diffinitor, triennio perpessa phthisi, obiit Ragusii 5 iulii 1684.

519. — V. P. Laurentius ab Insula Media, ex laico in Provincia Bulgariae sacerdos effectus, nostri lanificii diu praefectus fuit, suae patriae ecclesiam multis sacris vestibus donavit; et tandem plusquam octogenarius ex phthisi pie obiit Ragusii 2 augusti 1684.

520. — V. P. Alexander ab Umbla, musices et organi peritissimus, obiit studens generalis Mantuae 3 octob. 1684.

521. — A. R. P. Iacobus Caramunda a Ragusio, primum Commissario Visitatori Corsicae Secretarius, deinde concionator, et pluribi Guardianus; ac tandem Diffinitor, et ex Diffinitore per Breve Clementis X anno 1675 Minister Provincialis, ex podagra et laterum doloribus religiose obiit Ragusii die 7 martii 1685, aetatis suae 76[3].

522. — Fr. Hieronymus a Melita, clericus Novitius, ex pustullis (vulgo *vaiuolo)* Ragusii obiit 17 martii 1685.

523. — R. P. Seraphinus a Ragusio, expleto Romae studiorum cursu, absolutaque apud S. Bartholomaeum lectura philosóphica, aliquot annis Lector Generalis Ragusii fuit, deinde Diffinitor et Custos pro Generali Capitulo in Hispaniis ce-

Assi Andriasi, qual nuebo Andrés,
Con nuebas luces la carrera,
Renueba de perfection, por ser como és
Entre muchos astros mayor lumbrera.
Y para adorno imortal de sus sienes;
Labró la corona en su misma hoguera.

Sed et A. R. P. Michael Angelus Farolfus, Candiacus, O. M. Obs. S. P. N. Francisci, Provinciae Candiae Lector, et concionator generalis, Ex-Custos, et Secretarius actualis, ac Serenissimi ducis Mantuae, Ferdinandi Caroli, Theologus « Reverendo Patri Fratri Augustino Flavio Macedonich, eiusdem Ordinis Sac. Theologiae Lectori Generali, impressionis Libri sollicitatori » Distychon dicavit:

Per Te qui discat Vitae perfunditur aura,
Deque Augustino tam bona Vita venit.

(*Avvento del Padre Fra Vitale Andriasi di Ragusa Min. Oss.* Venetia, Miloco, 1679).

[1] Mirković. [2] Melita = Mljet = Meleda.

[3] *Ponente, 1670-74,* n. 28, p. 180, 181, 182. Respublica scribit Pontifici Clementi X quod Romam adit P. Iacobus Caramónda ad gratiam obtinendam ut bona ex sororibus duabus nepteque eiusdem, in beneficium ecclesiarum O. S. F. ex terraemotu destructarum permittat converti. Concedat (8 iulii 1672). Idem Card. Barberino, et Generali M. Ob. et Abbati Gradi.

lebrato, conventum et ecclesiam Canalium, cum ibidem Guardianus esset, prorsus restauravit; obiitque pie Ragusii in vigilia Pentecostes 9 iunii 1685.

524. — V. P. Raphael de Sabiuncello, sacerdos antiquae simplicitatis, in insula Melitae vinum quaestuans pro conventu Insulae Mediae in febrim incidit, ex qua obiit Ragusii 18 octob. 1685, aetatis suae 59.

525. — Fr. Nicolaus a Melita, laicus religiosissimus, diu in locis Terrae Sanctae fuit; deinde perpetuus Ragusii cellae vinariae custos; ubi ex febri tandem obiit 8 iunii 1686, aetatis suae 60.

526. — R. P. Theodoricus ex Bavaria, Lector theologus, versus Terram Sanctam navigans, infirmus apud nos remansit; et post nonnullos dies pie obiit Ragusii 16 augusti 1686.

527. — A. R. P. Sixtus a Calamotta, pluries novitiorum Magister, Guardianus et Diffinitor; ad annum 1657 Minister Provincialis, vir laetissimus, nullique morbo in tota vita obnoxius, nonagesimum septimum aetatis annum et religionis octogesimum agens, in conventu Insulae Mediae, in quo plerumque de familia erat, placide quievit die 10 novembr. 1686.

528. — Fr. Lucidus a Duba, laicus, annis 40 praefuit infirmariae, et ex primo suae vitae morbo obiit Ragusii nonagenarius 17 novemb. 1686.

529. — Fr. Bernardus ab Epidauro, clericus, obiit ex phthisi in patria 28 novembr. 1686.

530. — R. P. Thaddaeus a Ragusio, s. Regulae vir observantissimus, comis nihilominus, hilarisque, non modica Provinciae utilitate diu Belgradi Parochus fuit; adeo vero a dignitatibus alienus, ut nonnisi coactus bis gesserit Guardianatum, electusque in Diffinitorem constantissime munus hoc recusaverit. Obiit Ragusii centesimum fere agens annum 14 decembris 1686.

531. — A. R. P. Marius Generini a Ragusio, etsi vir non multum litteratus, tamen huic conventui post terraemotum valde proficuus; primum Diffinitor, deinde Custos, tandem ad annum 1684 Minister fuit Provincialis. Sub eiusdem Provincialatu altare Immaculatae Conceptionis extructum est; et Fratres e Capitulo, in quo celebrabant sacra, ecclesiam adiere. Ante expletum Provincialis munus, obiit ex apoplexia, non saturatus (ut Andriasius scribit) nebulonum nugis, 25 martii 1687.

532. — Fr. Nicolaus ab Insula Media, laicus novitius, delatus est infirmus Ragusium; ibique obiit 28 maii 1687.

533. — V. P. Cherubinus de Povarsce [1], dum tantum firmioris valetudinis gratia purgat se, in febrim incidens, ex eadem quinquagenarius obiit Ragusii 8 octobr. 1687.

534. — R. P. Paulus a Mediolano, ob staturae pusillitatem, Paulinus dictus, moralis theologus, virque pius et religiosus, anno aetatis suae 27 huic Provinciae adscitus, bis Guardianus Ragusinus, bis Diffinitor, semel Commissarius Visitator, et pro Hispaniarum Generali Capitulo Custos; calculorum laborans morbo decessit Ragusii, se Deo beataeque Virgini commendans piissime, 21 novemb. 1687, aetatis suae 70. De ipso mira narrat Iacobus Palmotta, vulgo Dionorich, in poemate *Dubrovnik ponovljen* [2].

---

[1] Površe.

[2] Idest, *Ragusium renovatum*. Cantu V, vers. 113 et sqq. Hic Paulus Daxae eremiticam ducens vitam, ut sanctus habebatur. Venit in Consilium Rectoris, et Domini voluntatem patefecit

535. — V. P. Marcellus ab Umbla, coepit iuvenis podagra laborare, postque exactum in lecto integrum decennium obiit septuagenarius die 25 novemb. anno 1687.

536. — A. R. P. Gabriel a Ragusio, vir adeo industrius fuit, ut Provinciae Principatus adscitus, ex sacrista Guardianus S. Didaci, postea Diffinitor, ac tandem Minister evaserit Provincialis. In pluribus Regni Provinciis et etiam in nostra Commissarius Visitator fuit; obiitque in supradicto S. Didaci conventu nondum quinquagenarius die 9 febr. 1688.

537. — A. R. P. Vitalis Andriasius a Ragusio, s. Theologiae diu Generalis Lector, virque satis ob conciones, praesertim italicas, notus et clarus; easdem enim pluribi, et bis in ragusina Cathedrali habuit; Magister novitiorum, Guardianus, Diffinitor, et Minister Provincialis ad annum 1678 fuit. *Necrologium* nostrum ipse primus elucubravit; duos autem tomos edidit Concionum italicarum, unum pro Quadragesimali, alterum, aliquot adiunctis orationibus, pro Adventus tempore; item libellos duos illyrice conscriptos; priori titulus *Rasgovor Duhovni,* seu *Animae conversatio;* alteri, *Put od Raja* sive *Iter Coeli.* Ragusinae Bibliothecae, cuius fuit perpetuus Custos, non modicum profuit, sacras Daxenses aediculas, tempore terraemotus aut quassatas aut penitus collapsas, restauravit et erexit; nec non aedificium illud, per quod a conventu Epidaurensi ad chorum itur, confecit. Electus in Stagnensem Episcopum die 12 novembr. anno 1679, dignitatem huiusmodi constantissime recusavit; et demum annum agens septuagesimum secundum, ex aquosa hydrope omnium moerore obiit 10 augusti 1688 [1].

538. — Fr. Adrianus ab Umbla, clericus, obiit ex phthisi studens generalis Baruli 20 septembris 1688.

539. — Fr. Paschalis de Puncta, laicus sat conventibus utilis, obiit improvisa morte Ragusii 14 septemb. 1689.

540. — R. P. Gaudentius ab Insula Media, concionator et Lector, pluries Guardianus, et Diffinitor actualis, vir honestissimus, calculorum morbo Ragusii obiit die 10 martii 1690, aetatis 55, religionis 56.

541. — R. P. Clemens a Terranova, Lector et celebris concionator, pluries Guardianus, bis Diffinitor, virque piissimus; noctes quippe, diesque divinis in laudibus transigebat; obiit Ragusii septuagenarius 14 martii 1690.

---

neve timerent bellum a Solimano iussum, ait. Hinc Dominium Rag. mittit nuntios Imperatori, Bosnensi Passae et Duci Dalmatiae, quibuscum uno animo res componitur. — Dubrovnik, *Pretner,* 1874, 7. Palmota Iac. Ragusinus, poeta illyricus, nuntius reipublicae, obiit an. 1770. Cf. Gliubich, p. 233. Dolci, *Fasti Letterarii,* p. 29, n. 110, asserit Palmotta obiisse an. 1680.

[1] Cf. Gliubich, p. 8. Duos tractatus, 1^m de memoria artificiali, seu locali; 2^m de emblematum formandorum ratione. Dolci, *Fasti Letterarii* p. 64, n. 266. Fabianich, II, 197. Idem Farolfus (vide n. 513) ibidem de libro *Avvento* epigrammata haec duo composuit:

I. *a)* Hic Liber est Arbor, foliis succedere chartas
Noscito Radicem, vivida verba tenent.
Dat fructum? tenero praebetur vita papyro
Hanc Sacra Vitalis linea tota notat.

II. *b)* Eiusdem ad Lectorem: *Comede volumen istud:* Ezechiel 3. *Distychon.*
Vivere non poteris ieiuno ventre: Volumen
Hoc, possis animo ut vivere, mande. Vale.

542. — Fr. Peregrinus de Stagno, laicus, hoc anno abiit, neque unquam reversus est.

543. — Illumus et rmus dnus Fr. Hyacinthus Tvartkovic a Ragusio, s. Theol. Generalis Lector; tam nostrae quam Bosnensis Provinciae Ex-Commissarius Visitator; primum biennio Vicarius Provincialis, et postea ad annum 1690 Minister; vir summe pius, paupertatisque zelator seraphicae; *Andriasiano Necrologio Notas* varias, quae videntur, addidit; alterum, quod extra Ordinem est, propria manu descripsit; Indicemque librorum Daxensis Bibliothecae (ibi enim nunc novitiorum Magister, nunc Guardianus fuit) diligenter confecit. Ministeriatum integrum explevit, haud misso huc ante tempus Commissario; sed ab excellentissimo Senatu statim, nempe anno 1692, in Stagnensem Episcopum electus est. Vix Roma rediit, suamque adiit dioecesim, febri correptus Ragusium delatus fuit; ubi piissime decessit 7 decembris dicto anno 1692, aetatis suae 54. In nostro Choro requiescit [1].

544. — R. P. Cyprianus a Ragusio, pluries Guardianus, bisque Diffinitor, moralis Theologiae peritissimus, et concionator illyricus suo tempore perinsignis fuit. Obiit Ragusii admodum senex 20 octobris 1693.

545. — A. R. P. Marinus ab Epidauro, theologus celebrisque concionator illyricus, imo cum supradicto P. Cypriano in nostra ecclesia perpetuus; pluries Diffinitor; non semel nunc Vicarius, nunc Commissarius Provincialis; etiam munus Commissarii Visitatoris aliquando gessit. Ab excellentissimo Senatu nuncius missus ad Reges Hispaniarum et Galliarum, nec non ad Neapolis Pro-Regem ob damna in terraemotu perpessa; publica promeruit officia, ut a nobis anno 1669 in Ministrum eligeretur Provincialem. Annum agens octogesimum ex hac vita Ragusii pie migravit 8 febr. 1693 [2].

546. — R. P. Benignus ab Epidauro, concionator, Ex-Diffinitor, et actualis Custos; ex Generali Hispaniarum Capitulo ad Provinciam rediens, Rubini in Istria febri correptus est, ibique in conventu D. Andreae humatus est ad diem 2 ianuarii 1694, aetatis suae 39, religionis 24.

547. — Fr. Hieremias de Canalibus, laicus, A. R. P. Angeli a Iuppana Diffinitoris Generalis olim socius, virque honestissimus. annum agens septuagesimum quartum et ferme ex senio coecus obiit Ragusii 24 novembr. 1694.

548. — A. R. P. Paulus a Terranova, concionator illyricus, bis Diffinitor, Custos, et tandem Minister Provincialis ad annum 1687, Slanense coenobium pluri-

[1] 13 Nov. 1692 (*Ponente 1691-93*, n. 39, p. 211) Pontifici Innoc. XII, dominium scribit elegisse in Stagn. Episcopum P. Hyacinthum Tvartcovich, O. F. M. Obs. et Ministrum: eodemque die commendatitias litteras mittit pro eodem Card. Barberino (p. 212). — Cum Dominium praevideat possibilitatem quod Romam petere Hyacinthus debeat ad Sum. Pontif., edocet illum quae aperienda Pontifici sint si interroget de Reipub. statu, exhibeat statum miserum Reipublicae ob barbariem Turcarum et invidiam Venetorum. Si nihil petat Pontifex, generalibus verbis commendet S. Sanctitati Rempubl. 16 nov. 1692 (*Ponente 1691-93*, n. 39, p. 213). — Eademque die litteras dat M° Paulo Francisco Pienziri Nobili, quibus Hyacinthum commendatum cupiunt in Epum Stagnen. (p. 214). Cf. Farlati, VI, p. 360.

[2] Grates habentur Card. Barberino, eo quod ad Provincialatus Ministerium promovere studuit Fr. Marinum Mariam (Marinello). — Et item Abbati Gradi, 4 iunii 1669. — A. 1671 vero 7 oct. Marinellus mittitur ad Vicem-Regis Neapolim pro granis adipiscendis, laudaturque ob negotium bene actum in regia Matritensi.

mis cumulavit beneficiis; curavitque ut in nostra ragusina ecclesia duo illa erigerentur altaria, *Ssmi Crucifixi* et *D. P. N. Francisci*. Oculis ex senio laborans, recuperandi visus gratia Anconam perrexit; ibique in conventu S. Francisci ad Altum obiit 28 iulii 1694.

549. — A. R. P. Michael Angelus ab Epidauro, celebris concionator, theologus et Examinator Synodalis, Ex-Custos, Ex-Commissarius Visitator, et ad annum 1658 Minister Provincialis; post viginti annos, quibus ob perpessam apoplexiam patientissime infirmus fuit, ex eadem Ragusii obiit 21 augusti 1695 [1].

550. — Fr. Elias de Canalibus, laicus, ob servatum in terraemotu sacrarium in Guardianum Canalium die 17 aprilis 1667 electus, munus huiusmodi post paucas hebdomadas sponte dimisit. Postea perpetuus sacrista fuit; et orationi noctu diuque vacans, per plures annos extra ecclesiae ianuam numquam egressus est. Multum senex et sanctioris vitae fama sat clarus obiit Ragusii 12 octob. 1695.

551. — Fr. Damianus a Stagno, laicus, e Provincia ad hos annos abiit; eiusque mors numquam fuit nota.

552. — Fr. Cornelius a Malpho, laicus, item abiit, obiitque ut primus.

553. — Fr. Nicolaus a Stagno, laicus, validissimis pollens corporis viribus, pariter abiit, et inter Venetos milites miles factus ad hos annos occubuit.

554. — Fr. Laurentius ab Insula Media, clericus, e conventu Sabiuncelli Ragusium delatus, ibidem pie obiit die 15 novemb. 1695.

555. — V. P. Gregρrius Marza a Ragusio, etsi pluries Guardianus, numquam tamen in eodem subsistens loco Narronam [2] profectus est, ubi ex febri quievit anno 1696.

656. — R. P. Io. Baptista a Puncta, concionator laudabilis, bis Diffinitor, pluries Guardianus et novitiorum Magister, in conventu Canalium de familia commorans pectorali hydrope laborare coepit, Ragusiumque deveniens, religiosam vitam religiose clausit iam septuagenarius 9 martii 1696.

557. — Fr. Laurentius ab Insula Media, clericus, post mensem ab emissa Professione obiit in patria 2 iunii 1696.

558. — R. P. Urbanus a Terranova, concionator gratissimus, pluries Guardianus, aliquot etiam mensibus Vicarius Provincialis, regularis observantiae zelator praecipuus et Stanensis coenobii insignis benefactor, ibi in febrim incidit; delatusque Ragusium pie decessit 26 augusti 1697.

559. — Fr. Paschalis a Melita, laicus devotissimus, dum contra tempestatem campanas pulsat, a fulmine percussus, obiit post paucas horas Daxae ante diem 16 iulii 1698.

560. — V. P. Bonaventura de Canalibus, pluribi et postremo Stagni Guardianus, ibi apoplexia correptus, frustra advenit Ragusium, nam post paucos obiit dies quadragenarius, 16 novemb. 1698 [3].

561. — Fr. Gaudentius de Canalibus, clericus, in Provincia Calabriae studens generalis, obiit 4 decembris 1698.

562. — Fr. Stephanus a Puncta, laicus officiosissimus, cellae vinariae custos, obiit Ragusii ex apoplexia sexagenarius 14 febr. 1699.

563. — A. R. P. Hilarius Zarglienkovich [4] a Breno, concionator eximius et theologus adeo insignis fuit, ut vir ille omnigenae eruditionis, P. Franciscus a

---

[1] 74 annum agens. [2] Narenta. [3] Religionis 25. [4] Crljenković.

S. Augustino Macedo, publicus patavinus Professor, sub eius nomine nonnulla ediderit contra P. Henricum Noris, postea S. R. E. Cardinalem. Decem annos in Provincia D. Stanislai, totidem Ragusii Theologiam docuit; nunc Diffinitorem, nunc Custodem, nunc Commissarium Visitatorem interim agens. Assumptus in Provincialem Ministrum anno 1692 Venetias perrexit, ut illa duo Altaria ex marmore, unum *S. Ioseph*, alterum *D. Virginis de Monte Carmelo*, perficienda curaret. Hyacintho Tuartkovich Stagnensi Episcopo successor fuisset, nisi, ne ab Senatu eligeretur, summis precibus impetrasset. In pleuritidem, febrimque tandem incidit, et pronunciatis verbis illis: *In manus tuas* etc. pie decessit Ragusii 22 februarii 1699; aetatis suae 52, religionis 36. Ragusinae ecclesiae turrim a terraemotu quassatam sua ipse cura atque industria obfirmavit [1].

564. — Fr. Aegidius a Puncta, e Provincia abiens, extra eandem ad hos annos decessit e vivis (1684).

565. — V. P. Salvator a Ragusio, concionator et pluries Guardianus, item ad hos annos obiit in Bosna Argentina (1685).

566. — R. P. Bonifacius a Ragusio, Lector Generalis, concionatorque egregius, in Provincia Carnioliae, cui se adsciverat, primum Diffinitor, deinde Custos, ac demum Vicarius Provincialis, in huiusmodi munere obiit iam nonagenarius, pariter ad hos annos [2].

567. — V. P. Sebasianus Scrivanelli ab Insula Media, sacerdos exemplaris, pluriesque Guardianus, ex phthisi obiit Ragusii 15 septembris 1699, aetatis suae 60, religionis 38.

568. — A. R. P. Dionysius a Ragusio, theologus et concionator insignis (sacras quippe conciones etiam in Cathedrali ragusina pluries habuit), vir fuit religiosissimus, et vivum christianae charitatis exemplar. Diffinitoris, Custodis, et demum Ministri Provincialis anno 1698 honestatus dignitate, in hoc munere, non modico Provinciae dolore, cuius commodis et gloriae egregiae inserviebat, febris oppressus patientissime occubuit 10 octob. 1700, aetatis suae 52, religionis 35 [3].

569. — R. P. Sanctes a Ragusio (ponendus post num. 556), Lector et concionator, in omnibus fere conventibus iam Guardianus, pluries Diffinitor, et ad aliquot menses Vicarius Provincialis Ragusii, octogenarius 3 iulii 1688.

---

[1] Cf. Fabianich, II, 197. Gliubich, *Dizionario*, p. 319. Dolci, *Fasti Letterarii*, p. 27. Responsa, quae Hilario Noris ipse dedit, maxime doctrinam Hilarii prodiderunt, appellans illum *Protheum versum in Virum Dalmatam*, tandem in *Hilarium*. « Utut sit, in theologicis Hilarius adeo erat rebus versatus, ut Auctor LXX Librorum eum non erubuerit in Vindicem vel habere, vel adscribere ». (Dolci, *Fasti*, p. 27).

[2] *Ponente 1670-1674*, n. 28, p. 160. Rector Consiliumque Fr. Bonifatio Primich, Ministro Bosnae Croatiae, Fiume (15 martii 1672) scribunt, desiderium Reip. esse ut redeat in patriam. Hinc 27 maii et 18 iunii e. a. Abbas Gradi litteras accipit, quae edicunt Fr. Bonifacium bono animo promptum esse ut redeat Ragusium; verum opus esse permissu Generalis. Hunc permissum sive obedientiales litteras Gradi curet obtinere (p. 179). — His obtentis Fr. Bonifatio scribunt 1 aug. 1672 (p. 188), ut quantocius Ragusii sit.

[3] Cuiusdam Dionysii a Rhacusio mentio fit in litteris a Dominio missis Generali Ordinis (1685, ian. 15) qui Dionysius sine licentia provinciam deseruerat et Corcyrae Nigrae subsederat. Tamquam apostata habitus et declaratus a Provinciali, Dominium apud Generalem satagit ut Dionysius in Provinciam redeat ob scandalum et ob rationes Dominio bene notas. (*Ponente, 1682-1684*, n. 33, p. 163). Sitne hic Dionysius, certo non possum asseverare.

570. — Fr. David a Melita, laicus 28 annorum, febri Stagni correptus, decessit Ragusii, anno quo supradictus Sanctes.

571. — V. P. Albertus Freschi a Ragusio, Stagno advenit infirmus, obiitque Ragusii 12 decembris 1701 [1].

572. — Fr. Hyacinthus a Bargato [2], clericus optimae indolis, Ferrariae subdiaconus obiit, ibi studens generalis, anno 1701.

573. — V. P. Simon a Sabiuncello, vir exemplarissimus, obiit Ragusii 25 iunii 1702, aetatis suae 52, religionis 30.

574. — Illmus et rmus dnus Fr. Antonius Primi, Lector theologus, ad Regem Galliarum pro nostra Republica Nuncius post terraemotum; cuiusdam etiam *Fabulae* typis editae auctor: ob prudentiae morumque honestissimorum laudem ex Guardiano Insulae Mediae in Ministrum Provincialem electus est anno 1666. Antequam officio cederet, in Mercanen. et Tribunien. Episcopum assumptus, commisso gregi annos 34 vigilantissime praefuit; sub eo siquidem nulla catholica familia aut ad partes Graeco-Schismaticorum, aut ad turcicam impietatem deflexit. Iste piissimus Antistes, senio confectus solo, decessit piissime Ragusii die 14 ianuarii 1703; et in sepulcro Fratrum, solaque Fratris indutus veste (quam e Provinciali Praeside supplex petiit) voluit tumulari [3].

575. — Fr. Seraphinus de Tarpano [4], clericus, obiit Cosentiae studens 12 febr. 1703.

576. — V. P. Petrus a Puncta obiit Ragusii 8 dec. 1703, aetatis suae 47.

577. — V. P. Adrianus a Terranova obiit Ragusii 12 decembris 1703, aetatis 30.

578. — Fr. Cyprianus a Slano, clericus, obiit studens Foggia 23 febr. 1704.

579. — Fr. Humilis a Slano, laicus, diu ianitor, ex apoplexia obiit Ragusii octogenarius 12 ianuarii 1705.

580. — V. P. Philippus a Gravosio, pluries Guardianus suisque concionibus sat Provinciae commodus, pie vixit, et pie in conventu Canalium ex febri obiit nondum quinquagenarius 3 febr. 1708.

581. — V. P. Ignatius a Stagno, ibidem, nunc de familia nunc Guardianus, decem et octo annis non modica ceterorum Fratrum utilitate insumpsit; sed tandem febri correptus, cum actu Guardianatum gereret, delatusque Ragusium obiit quadragenarius 22 sept. 1708.

582. — R. P. Antonius a Sabiuncello, huius conventus ragusini per annos 22 Guardianus, sexies Diffinitor, et Ex-Custos; ad menses aliquot etiam Vicarius

---

[1] Prope 40us. [2] Brgat.

[3] In *Ponente 1668-69*, n. 27. Clementi IX proponitur qua Episcopus Mercanen. et Tribun. Antonius Primi 29 dec. 1668. Pro quo scribitur Abbati Stephano Gradi, Cardinali Barberino eodem die, et Card. Rospigliosi 9 ianuarii 1669. — Cf. Farlati, VI, p. 315. Fabianich, II, 198. Dolci, *Fasti letterarii*, p. 4. scribit quod Antonius noster « indulsit illius temporis mori, cum Venetiis anno 1702 (1703) per Hieronymum Albriccium romanensem illam vulgavit fabulam, cui titulus, *La Lega dell' Onestà e del Valore*. Opus dicatum fuit « agl' Illustrissimi et Eccellentissimi Signori di Ragusa che dalle fascie allattati con le massime eroiche de' lor Maggiori non sdegneranno l' omaggio di un' Opera che viene ad inchinarsi alla venerazione dei loro elevatissimi attributi e che spera sotto il benignissimo cielo del patrocinio loro risplender più chiara e far più armonioso il suono vicino all' Eco della loro protezione etc. etc. etc. ». [4] Trpanj.

Provincialis; post plurima beneficia nostrae collata ecclesiae, annum agens 98, Ragusii decessit 14 ianuarii 1709 [1].

583. — V. P. Daniel a Puncta, pluries Guardianus, vir pius et vel labori vel orationi semper vacans, actu Guardianus Stani ibidem obiit die 3 sept. 1709.

584. — Illmus et rmus dnus Fr. Vincentius Lupi a Canalibus, vir in sacra Scriptura doctissimus, non solum Iubilationis laurea insignitus fuit, sed per Italiam totam suis clarus concionibus; quas bis habuit etiam in Cathedrali ragusina; et secunda quidem vice, postquam ad Stagnensem Episcopatum anno 1702 electus est. Mantuae praecipue in honore erat; atque ibi et Guardianatum nostri conventus gessit, et Duci Ferdinando Carolo a theologicis consiliis diu inservivit. Obiit piissime hic Antistes Stagni die 3 novembr. 1709; eique conventum Cunensem Provincia debet; ragusina autem Bibliotheca quamplurimos libros, qui valorem quingentorum ducatorum venetorum omnino excessere. Opus eius in Hebraeos, cui titulus *Campo di Battaglia*, in Mantuana servatur Bibliotheca ineditum; idque ob mortem R. P. Marii a Canalibus, eiusdem ex sorore nepotis, ibidem sequutam. Corpus vero in Stagnensi Cathedrali requiescit [2].

585. — Fr. Ioachim a Canalibus, laicus religiosissimus, centesimum iam annum agens decessit Ragusii die 17 ianuarii 1710.

586. — R. P. Alexander ab Umbla, pluries Guardianus et actualis Diffinitor, erecta a fundamentis Umblensi ecclesia in terraemotu collapsa, ex febri obiit Ragusii 17 aprilis 1710, aetatis suae 46.

587. — P. Fr. Paulus a Terranova, in conventu S. Mariae Novae Neapolis studens generalis, aetatis suae anno 30, religionis 12, impetrata per fraudem a Provinciali Ministro nescio qua eleemosyna, qua redire ad Provinciam posset, itemque extorto vestiario, quod statim divendidit, patriam petiit visurus suos, et ad nos regressus est. Interim deposito religionis habitu, ad Terram Gliubuschi perrexit, ibique Turcicae nomen dedit impietati; postmodum uxore ducta, ad alendos filios in urbem Mostar Mahumetis sibi comparavit sacerdotium. Quod mirum, habetur nihili et a filiis et a Turcis ipsis: et septuagesimum iam agit annum, nec ullam spem suae poenitentiae dat apostata iniquissimus: vivit et ad praesentem annum 1758. — Obiit 14 octob. 1760.

---

[1] Sua industria, labore ac quaestuatione erecta sunt inter alia duo altaria, nempe S. Francisci, nec non privilegiatum, ac etiam organum grande. Nescio a quo prima fuerit imago S. Francisci depicta: saec. XIX P. Iosephus Rossi a Tergeste iussu Rmi P. Generalis Bernardini dal Vago, qui etiam exemplar probaverat, aliam pro hoc altari pinxit summa arte; sed quia pluribus in figuris indulsit nuditati, a Fratribus in chorum organi deportata, P. Msedović, sacerdotis nunc saecularis, alia pictura altare exornavit.

[2] *Ponente, 1699-703,* n. 42 p. 237. Pp. Clementi XI ob mortem Epi Stagnen. Alphonsi Basilii Ghetaldi, in successorem Dominium proponit Fr. P. Vincentium Lupi de Ragusio M. O. Lectorem et Praedicatorem 29 nov. 1702. Et hoc etiam scribit Card. Carolo Barberino. — Et cum Vincentius Romam peteret, Rector et Cons. instruunt quid patefacere Pontifici debeat: Bona Monasterii S. Michaelis a terraemotu diruti mittenda sunt monásterio S. Catharinae Senensis; petenda eleemosyna pro Ecclesia Adrianopolitana igne consumpta; absolutio a censuris; extrahenda 1000 modia grani a statu ecclesiastico, et quae circa Monasteria acciderant a terraemotu destructa (p. 238). — Ad hoc Agenti Francisco Ruggeri Fr. Lupi commendatur (p. 241). — Cf. Farlati, VI, p. 360. Fabianich, II, 219. Dolci, *Fasti Letterarii,* p. 63. — Vixerat 63 an., in religione 52.

588. — R. P. Ambrosius a Puncta, ex zelantissimo Parocho Minorita factus anno aetatis suae 27, studiorum causa Lucam petiit, eisque adeo ibidem vacavit, ut 4 libros Sententiarum Scoti ferme memoriae mandaverit. Lectoris munus ob humilitatem nunquam assumpsit, novitiorum contentus magisterio et schola Grammatices, qua iuvenes nostros imbuebat amantissime: sacris quoque incubuit concionibus, non modico animarum fructu. Vir fuit s. Regulae observantissimus; ter in hebdomada pane tantum et aqua victitare consuevit. Ex-Diffinitore in Ministrum Provincialem anno 1695; iterum anno 1707 (semper tamen reluctans et ab obedientia coactus) assumptus est. Calculi morbum, poenamque difficilius respirandi pertulit patientissime; et tandem in festo Immaculatae Conceptionis Virginis Deiparae, quam colebat impensissime, apoplexia correptus, pronunciatis illis verbis: *Laetatus sum* etc., non sine sanctitatis fama obdormivit anno 1711, aetatis suae 77, religionis 40.

589. — A. R. P. Benedictus a Ragusio, *Pater infirmorum* vulgo dictus; in locis plurimis illyricas conciones habuit, et Lectoris generalis, munus decem annis obiit. Ragusino conventui, ecclesiae et bibliothecae multum profuit; virque exemplarissimus fuit: et non solum in Diffinitorem et Custodem, sed quoque in Commissarium Visitatorem, bisque in Ministrum Provincialem (secunda vice, nempe anno 1710, ex obedientia) electus est. Morum tandem pietate et zelo clarus, pluribusque morbis, quos pertulit patientissime, oppressus, secundum haud explevit Provincialatum; et pie obdormivit summo dolore Fratrum die 19 maii 1713, aetatis suae 50, religionis 32.

590. — Fr. Felix Peregrinus, Apulus Amalphiensis, laicus sacrista, obiit Ragusii 17 iulii 1713, aetatis suae 40, religionis 20.

591. — R. P. Sabinus Copsich[1] a Sabiuncello, pluries Guardianus etiam ragusinus, pluriesque Diffinitor, quin semel Commissarius Provincialis, ob morum elegantiam omnibus charus, ex calculorum morbo religiose obiit Ragusii 6 septembris 1713, aetatis suae 65, religionis 47.

592. — Fr. Iuniperus a Puncta, laicus, obiit Ragusii 14 septembris 1713, aetatis 72, religionis 58.

593. — Fr. Iohannes de Monte Nigro[2], laicus, ex phthisi obiit Ragusii 24 martii 1714, aetatis suae 45.

594. — Fr. Georgius de Puncta, laicus, obiit Umblae annum agens sexagesimum octavum.

595. — V. P. Antonius de Terranova, pluries Guardianus virque simplicissimus, obiit admodum senex Ragusii.

596. — V. R. Thaddaeus a Ragusio, obiit Ragusii annum agens vigesimum quintum.

597. — V. P. Vincentius a Ragusio, pharmacopola, obiit ex phthisi Ragusii anno aetatis suae 30, religionis 9. *Hi quatuor nulla alia obsignantur nota aut epocha, in Provinciae Necrologio.*

598. — R. P. Basilius a Tarpano, concionator illyricus, pluries Diffinitor, semel Custos et Commissarius Visitator; ea prudentiae laude floruit apud saeculares, ut electus fuerit in Stagnensem Episcopum, quam tamen dignitatem ipse recusavit. Podagra, in qua perferenda patientissimus fuit, plurimum laboravit; atque ex ea tandem Ragusii obiit 25 febr. 1717, aetatis suae 65.

---

[1] Kopsić. [2] Crnagora.

599. — V. P. Clemens a Slano, post studia ad Provinciam reversus, male valere coepit; consulturusque saluti Lycium profectus est, ubi ex phthisi occubuit die 24 maii 1717, aetatis suae 29, religionis 14.

600. — R. P. Felix a Ragusio, Lector theologus, celebris concionator illyricus, ex Guardianus ragusinus et Ex-Diffinitor, vir exemplarissimus, ad omnem tamen comitatem morumque elegantiam factus; quem nemo unquam commotum vidit, turbatumque; ex respirandi difficultate piissime et religiosissime Ragusii obiit 16 iulii 1717, aetatis 55, religionis 39.

601. — V. P. Dionysius a Ragusio, dimissa post biennium Philosophiae Lectura, concionibus se tradidit illyricis, non modico animarum fructu et Provinciae summo commodo. Sanctae Regulae observantia peculiari enituit; Daxensis coenobii solitudo ei charissima fuit. Paupertas vero tota ipsius gloria. Stagnensem Guardianatum gerens, ibidem in febrim incidit, obiitque piissime 29 sept. 1717, aetatis suae 31, religionis 16.

602. — V. P. Mansuetus ab Epidauro, concionator et Ferrariae Philosophiae Lector; post biennium huiusmodi dimisit munus adversae valetudinis gratia; reversusque ad nos, post menses tres ex phthisi obiit Ragusii 2 martii 1718, aetatis suae 27, religionis 10.

603. — Fr. Damianus a Sabiuncello, laicus optimae indolis, Stagno ob internum aposthema delatus Ragusium, ibidem pie obiit die 9 martii 1718, aetatis suae 53, religionis 25.

604. — V. P. Alexander Bianchi a Ragusio, sacerdos amabilissimus; expletis Romae studiis, Lector Philosophiae institutus, ab adversa valetudine ad Provinciam redire coactus est; postque 24 horas a reditu obdormivit Ragusii die 19 maii 1720, aetatis suae 27, religionis 8.

605. Fr. Iulianus a Slano, laicus officiosissimus; post quatuor menses, ex quo apoplexia correptus est, pie obiit Ragusii septuagenarius die 9 maii 1721.

606. — V. P. Carolus a Melita, pluries Guardianus, perpetuus Daxensis incola; vel orationi vel labori semper vacans, ex herniae doloribus, quos pertulit laudans Deum, obiit Ragusii nonagenarius die 21 iulii 1721, religionis 54.

607. — A. R. P. Franciscus Cafarellus a Ragusio, Lector iubilatus Aracoelitanus, ibidem Lector adhuc generalis, per Breve Clementis X in Custodem creatus est; et postmodum anno 1679, in Difinitorem generalem electus. In Toletano generali Capitulo anni 1682 in Procuratorem Generalem Ordinis fuit decretus; at incassum, nam ex mandato Innocentii XI Eminentissimus Cardinalis Cybo, Ordinis Protector, virum alium elegit. Cum ab anno 1681 in Ministrum Provincialem assumptus esset absens, tantum ad initia anni 1683 ad propria redire potuit ex Hispaniis, allatis in donum, quibus adhuc utimur, argenteis sigillis. Adiit iterum Comitia Generalia Victoriae celebrata anno 1694, ceu Pro-Minister, iterumque Diffinitorem Generalem indeptus est; et quidem merito, erat quippe theologorum sui temporis facile princeps. In octo illustrioribus Italiae Provinciis Commissarius Visitator fuit, Theologatu excellentissimae nostrae Reipublicae functus est; pluribusque S. R. E. Cardinalibus a theologicis inservivit consiliis; praesertim Cardinali de Comitibus (qui postea Innocentius XIII) Anconae Episcopo; in ea enim urbe diu substitit, coenobiumque illud pluribus exornavit aedificiis. Tandem ad nos rediit anno 1711; et ut altare maius e marmore fieret, in primis curavit. Plures sacras vestes conventui dono dedit; et

Bibliothecam ducentis libris adauxit. Undecim annis podagra laboravit, mira patientia eiusdem dolores perferens, atque ex ea placide obdormivit die 12 febr. 1722, aetatis suae 82, religionis 64 [1].

608. — Fr. Nicolaus a Puncta, laicus ianitor, susceptis Sacramentis omnibus obiit Ragusii 14 maii 1722, aetatis 52, religionis 26.

609. — R. P. Augustinus a Puncta, antiquae vir observantiae, praestantissimus novitiorum Magister, insignis moralis theologus, concionator illyricus paucis secundus, saepe Guardianus, bis Diffinitor, semel Custos, Daxae in febrim incidit ardentissimam, delatusque Ragusium, ibidem obiit die 1ª sept. 1722, aetatis suae 54, religionis 34. Construendo Cunensi coenobio summe adlaboravit.

610. — Fr. Modestus a Melita, laicus a ianuae cura, cui diu praefuit officiosissime: valetudinarium ob senectam incolens, religiose Ragusii obdormivit 18 septem. 1722, aetatis suae 77, religionis 56.

611. — A. R. P. Dominicus a Ragusio, pluribus annis generalis Lector, eximius concionator illyricus, Ex-Custos, anno 1713 in Provinciae Ministrum assumptus est, meque agentem tunc annum quartumdecimum Seraphico Ordini adscivit. Vir nemini obnoxius, omnibus charus fuit; et diu dyssuriae, postremo stranguriae laborans morbo, cum actu Diffinitor esset, obiit pie Ragusii die 10 sept. 1723, aetatis suae 61, religionis 43.

612. — V. P. Dionysius Budmani a Ragusio, ob morum suavitatem omnibus acceptus, studensque generalis, obiit Ragusii 31 ianuarii 1724, aetatis suae 27 religionis 6.

613. — V. P. Bonaventura Bratoscevich [2] a Terranova, ex Provincia Bosnae Argentinae ad nos transiens, et in Lectorem Artium constitutus, sanguine praefocatus interiit die 28 febr. 1724, aetatis suae circiter 30.

---

[1] Romae moranti Fr. Francisco Dominium supplices litteras scribit ut ad Vicem-Regis Neapolim, vel si consequi ab eodem nefas sit ea quae interest Reipublicae, Matritum se conferat ad perficienda negotia: 20 dec. 1677 (*Ponente 1677-1678*, n. 30, p. 100). — Ad id etiam scriptum est Abbati Gradi, ut Franciscus causam Reip. agat; nisi acceptet, instructionum fasciculum non ei praebeat (p. 101). — Et Generali M. Obs. licentiam petunt, qua Fr. Franciscus Neapolim Romamque petere possit, permittat (p. 101). — 16 nov. 1681 (*Ponente 1680-81*, n. 32, p. 235) Fr. Franciscum deprecatur ut satagat adipisci introitus in Neapolitano Regno retentos tempore belli in Sicilia. — 3 iunii 1682 (*1682-84*, n. 33) eidem Matriti ut Messinae privilegia Reipublicae et adiumenta victualium concedantur. — 16 dec. 1693 (*Ponente 1693-1696*, n. 40, p. 55). Cum iter paret ad Hispanias, rogatur ut apud Regem agat, quod Mater Regina concesserat, quatenus ex Regno Neapolis per decem annos possent Rag. 500 currus grani deportare, fas sit et in posterum idem habere. Litteras ad Regem ipsi transmittunt. — 28 nov. 1694 Anconae moranti Francisco scribunt, quamvis effectus petitionibus non respondisset, tamen affectum eius in patriam ex hoc bene apparuisse. — Razzi-Gelcich, *La storia di Ragusa*, p. 264, ad ann. 1712. Cf. Fabianich, II, 198. Anconae altare maius ipsius industria constructum est. — P. vero Cerva, Dominicano, haec de eo habet: « Cives... frequenter autem perituri adibant: ea enim de eximia hominis doctrina et rerum omnium peritia civium animas invaserat opinio, ut omnes, quibus fas esset, ad eum confugerent, unde in rebus dubiis, quaecumque in dies vel emergebant, vel inter loquendum, ut fieri solet, a viris litteratis proponebantur, sive ad fidem, sive ad mores, sive etiam ad iudicia, civilesque ac criminales controversias pertinentibus responsa referrent, quae non secus ac ex Tripode dicta accipiebantur ». Romae cum Theologiam legeret in Aracoelitano coenobio, appellabatur *Terror Theologorum*.

[2] Bratošević.

614. — R. P. Ignatius ab Umbla, Philosophiae lectura Tolentini absoluta, in ragusino conventu Lector generalis factus, obeundi scholastici muneris et audiendiarum sacrarum confessionum labore non contentus, Guardianum insuper triennio agere haud dubitavit. Post celebratum Capitulum, in quo ipsi nihil datum, ferme contabuit; et vale rebus omnibus dicto, valetudinarium concessit, animae et corpori consulturus; ubi demum ex phthisi obiit religiosissime die 18 febr. 1725, aetatis suae 50, religionis 15.

615. — V. P. Anselmus de Canalibus, vir ad omnem humanitatem factus, pluriesque Guardianus, Slani id muneris gerens in febrim incidit, deveniensque Ragusium, ex hydrope decessit, omnibus Sacramentis expiatus, 14 aprilis 1725, aetatis suae 72, religionis 44.

616. — R. P. Claudius a Sabiuncello, omnium fere conventuum ex Guardianus, vir apprime prudens, saepe Diffinitor, semel Custos, et ad nonnullos menses Vicarius Provincialis, gravi dyssuriae morbo afflictus, Sabiuncello advenit Ragusium, ubi pie obiit 15 decembris 1725, aetatis suae 75 et religionis 59.

617. — R. P. Honorius a Ragusio, pluries alibi, et tandem Guardianus ragusinus, deinde per plures annos sacrista; Daxam demum se recepit, ut tantum vacaret sibi. Ibi ignoto medicis correptus morbo (sed obstructionem tandem appellarunt) advenit Ragusium, sacrisque omnibus expiatus decessit 26 martii 1726, aetatis suae 60, religionis 42.

618. — R. P. Io. Chrysostomus, concionator illyricus inter primos, ab Epidauro fuit; pluries Guardianus, Diffinitor, novitiorum Magister (meus etiam), ac tandem Custos. Viginti ferme annos podagra laboravit; et ob eam integros decem exegit in valetudinario; postremosque tres semper in suo cubiculo, laetus nihilominus, hilarisque. Tandem omnibus sacris expiatus, decessit pie ad diem 29 iunii 1726, aetatis 64, religionis 46.

619. — R. P. Michael a Ragusio, etsi pluries Guardianus, vagandi tamen cupidissimus, nunc Bosnam Argentinam, ut parochum ageret, nunc alias partes cum nostris mercatoribus petiit, ut eorundem esset sacellanus. Demum Poloniam, et inde Messanam Provinciam adiens, post decimum huiusmodi peregrinationis annum, in quodam Fratrum nostrorum hospitio graviter decubuit, Sacrisque omnibus munitus, anno 1726, aetatis suae 50, religionis 29, in pace requievit.

620. — V. P. Pacificus a Breno, Lector et concionator institutus, sanctioris vitae desiderio se ad conventum Recessus D. Bonaventurae Provinciae Reformatae Romanae conferens, ibi aliquot vixit annos religiosissime. Ex medicorum consilio dolori capitis consulturus in Provinciam reversus est; duosque inter nos ea exemplaritate exegit annos, ut abeuntem Ariminum ad Recessum S. M^{ae} Gratiarum omnium lacrymae sint prosequutae. Ibi post paucos dies febri correptus, Sacrisque omnibus expiatus, pie obdormivit 15 augusti 1726, aetatis 55, religionis 18.

621. — Fr. Nicolaus a Ragusio, laicus, ex nihil curata quadam capitis contusione, post triennium ab emissa Professione obiit Ragusii 24 augusti 1726.

622. — Fr. Paulus a Slano, laicus, ex febri obiit Slani 27 augusti 1728.

623. — R. P. Marcus a Sabiuncello, ob morum suavitatem perpetuus ferme Guardianus, pluriesque Diffinitor, in conventu Insulae Mediae apoplexia correptus, post data poenitentis animi, quae dare potuit, signa, obiit octogenarius 15 novembris 1728.

624. — R. P. Evangelista a Puncta, aliquando novitiorum Magister, pluries Guardianus et Diffinitor; vir antiquae simplicitatis, obdormivit Ragusii 21 novembris 1728, aetatis 72.

625. — A. R. P. Hilarius Banduri a Ragusio, in conventu S. M^ae^ Novae Neapoli Philosophiae Lector, et postmodum in ea Universitate Theologiae dogmaticae honorarius Professor, ex Custode Provinciae electus est in Ministrum anno 1722. In Comitiis Generalibus Romae celebratis anno 1723, Diffinitor generalis renuntiatus, deinde in Mediolanensibus a Rmo Ioanne Soto Ministro Generali in secretarium totius Ordinis assumptus, Hispanias adivit; ibique die 9 aprilis 1730, aetatis suae 49, pie decessit. Lanificium ipse in Provinciam rursus invexit; Commissarius Visitator in Provinciis S. Nicolai Barii, ac Bononiensis fuit; et maiora sperabantur de viri dexteritate in rebus agendis, morumque affabilitate perinsigni, nisi praeproperum funus obstitisset.

626. — R. P. Illuminatus ab Epidauro, in Ragusino conventu aliisque pluries Guardianus, neque semel sacrista, ter Diffinitor, et illmo ac rmo Archiepiscopo Fr. Angelo Franchi a confessionibus; vir rarae simplicitatis, hinc omnibus amabilis, laterum dolore correptus, omnibus Sacris rite expiatus, obdormivit Ragusii 5 ianuarii 1731, aetatis fere 78.

627. — Fr. Lucius a Melita, laicus honestissimus, ex phthysi obiit Ragusii die 22 febr. 1731, aetatis 65.

628. — R. P. Bernardinus ab Umbla, verus infirmorum pater, insignisque pharmacopola; ob honestatem ac suavitatem morum, et merita in nostram aromatariam (quae post eius obitum pessum ivit) pluries Diffinitor, iam octogenarius pie obdormivit Ragusii, 28 maii 1732.

629. — Fr. Ioannes a Ragusio, laicus, ex Provincia Calabriae nostrae adscitus, lanificioque addictus, in pestem incidit in locis Stagni et Punctae grassantem; atque ea infectus occubuit nonis (= 7) octobris 1732, aetatis 40, religionis 18.

630. — R. P. Iacobus a Popovo, exemplarissimus et religiosissimus vir, pacis amator summus et ad ipsam a natura factus; post exactum in Terra Sancta quadriennium, novitiorum Magister, Umblensis Guardianus, ac demum Diffinitor; inter hydropis acerbissimas poenas (quas tulit patientissime) obdormivit Ragusii 30 decembris 1732, aetatis 63, religionis 41.

631. — V. P. Thomas a Canalibus, octodecies Guardianus (plerunque in conventu Canalium), nunc Venetias, nunc Anconam, nunc alio a Provincia missus ad eius procuranda commoda; suorum laborum recepturus praemium, obiit Ragusii feria VI Parasceves, nempe 3 aprilis 1733, aetatis 79, religionis 60.

632. — A. R. P. Donatus ab Insula Media, pluries Guardianus, novitiorum Magister, et Diffinitor; semel Commissarius Visitator, et bis Minister Provincialis, videlicet ad annum 1704, et ad annum 1719; post obitum A. R. P. Francisci a Ragusio Diffinitor generalis subrogatus; virque prudentissimus, podagrae, laterumque dolore correptus, omnibusque Sacramentis Ecclesiae munitus, obiit satis pie Ragusii 3 ianuarii 1734, aetatis suae 70, religionis 54.

633. — Fr. Paschalis a Slano, laicus, verus Israelita; cum pedum debilitate laboraret, in conventu Epidauri ex quodam muro corruit; delatusque Ragusium, in Domino obdormivit 14 febr. 1734, aetatis suae 56, religionis 51.

634. — R. P. Gaudentius a Melita, pluries Guardianus, tandem Diffinitor; diu dolore unius laboravit lateris; eiectoque ex rupto apostemate sanguine non

modico, Sacramentis omnibus perceptis, obii Daxae 15 febr. 1754, aetatis suae 57, religionis 31.

635. — V. P. Bartholomaeus Tiscich[1] a Ragusio; functus Guardianatu Canalium, et ad conventum Slanensem de familia missus, insalutata Provincia, Dalmatiam obiit, et post nonnullos annos Vissovatii[2] ex febri decessit; nempe anno 1755, aetatis suae 38, religionis 20. Non allato prius eiusdem mortis nuntio, ad hoc tantum tempus ipsi a Provincia parentatum est.

636. — A. R. P. Vitalis Andriasius a Popovo, bis Guardianus, et chori moderator eximius; cum fratre suo Sophiensi Archiepiscopo Bulgariam petens, ibidem Parochum egit. Ob Graeco-Schismaticorum dolos in Turcica interim vincula coniectus una cum A. R. P. Benigno a Ragusio, Lectore Iubilato, item Parocho Missionario, et Costantinopolim perductus, Ragusini patrocinio nominis liber evasit. In Provinciam rediens, in Diffinitorem electus est; sed capitularibus actis Romae rescissis, a Ministro Generali (cui nova obtigit electio) fuit in Ministrum anno 1728 renuntiatus. Demum subrogatus in Diffinitorem et iterato apoplexia correptus, expiatus his Sacris, quibus expiari potuit, obiit Ragusii 28 aprilis 1754, aetatis 59, religionis 44.

637. — V. P. Ludovicus ab Epidauro, ob cantus peritiam, morumque honestatem Venetae Provinciae, quae eum ad nos regredi permisit numquam, fuit charissimus. Post ibi expletam Philosophiae Lecturam, cum conciones quadragesimales in Terra Gubernuli haberet, in febrim incidit; delatusque Mantuam, ibi post biduum omnibus Sacramentis perceptis, obdormivit 24 martii 1755, aetatis 46, religionis 30.

638. — Fr. Peregrinus a Stagno, laicus annorum 57, religionis 32, gravissima tussi Daxae correptus, Ragusium advenit; ubi idibus (= 13) ianuarii 1755 ultimum diem clausit.

639. — Fr. David a Breno, laicus, obiit ex febri Stagni 15 aprilis 1756, aetatis 52, religionis 28.

640. — Fr. Didacus a Melita, laicus, sacramentis omnibus susceptis, obiit Ragusii 17 ianuarii 1758, aetatis 76, religionis 52.

641. — Fr. Elias a Canalibus, laicus, faber lignarius peritissimus, ideoque Provinciae non modicum utilis; apoplexia correptus in ecclesia S. Mariae Umblae, Ragusium delatus est; ibique intra spatium horarum 9 obiit 14 febr. 1758, aetatis 58, religionis 37.

642. — V. P. Ludovicus a Ragusio, plures calluit linguas; et diu Parochum egit in urbibus Belogradiensi et Themisvariensi; nec non Capellanum militum germanorum, bohemorumque, tam in Hungaria quam Neapoli. Ad Provinciam tandem rediens, functusque Stagnensi Guardianatu, ex interno apostemate obiit Ragusii, Sacramentis Ecclesiae rite susceptis, die 2 octobris 1758, aetatis 71, religionis 50.

643. — V. P. Franciscus a Popovo, iuvenis piissimus, post expleta Licii studia, in conventu Canalium commorans, ibique Parochi Dubensis vices peragens, qua assiduis Catechismis, qua aliis laboribus semet insumpsit; et ex phthisi occubuit religiosissime 2 martii 1759, aetatis 28, religionis 9.

644. — Fr. Iulianus de Ragusio, laicus, in Provincia Bosnae Argentinae commorans, obiit ex peste in conventu Posegae[3] 1ª iunii 1759, aetatis 56, religionis 14.

---

[1] Tišić. [2] Višovac. [3] Požega.

645. — V. P. Sixtus ab Umbla, pluries Guardianus, annum agens sexagesimum nonum, religionis 46, ex pustularum (vulgo *vaiolo*) morbo, munitus omnibus S. Ecclesiae Sacramentis, decessit Ragusii 12 septembris 1739.

646. — V. P. Ioseph a Puncta, plures annos chori moderator, pluriesque Guardianus, vir qui procul ab omni timore et cura, trium mensium exinanitus diarrhaea, sumptis pie S. E. Sacramentis, obiit Ragusii 1ª octobris 1739, aetatis 81, religionis 62.

647. — V. P. Andraeas de Puncta, pluries Guardianus et sacrista, vir simplex et rectus, apoplexia et calculis laborans, religioso obiit more Ragusii 28 ianuarii 1740, iam octogenarius.

648. — R. P. Petrus a Ragusio, concionator illyricus, pluries Guardianus, et iam Diffinitor, vir nemini obnoxius; ex pectorali hydrope, post suscepta Sacramenta omnia, decessit Ragusii 18 decembris 1739, aetatis 50, religionis 33.

649. — A. R. P. Bonaventura a Canalibus, diu in Neapolitana urbe militiae caesareo-illyricae Capellanus, tumultuarie in Ministrum Provincialem electus est anno 1728. Rescissa Romae huiusmodi electione, in nova Diffinitor evasit, nihilominus post annos sex fuit iterum Provincialatu honestatus. Expleto huiusmodi munere, perrexit Custos ad Capitulum generale Vallisoletanum, ast anginae morbo in navi correptus, post pluries sacram Exhomologesim peractam obiit 18 maii 1740, aetatis 56, religionis 40. Post duos dies in ecclesia Fratrum nostrorum Alonae, vulgo *Alicante*, fuit honorificentissime tumulatus.

650. — Fr. Stephanus a Slano, laicus infirmarius, quam verbo rudis, tam re officiosissimus, cruenta exinanitus diarrhaea, omnibusque Sacris expiatus, decessit Ragusii 27 maii 1740, aetatis 59, religionis 36.

651. — V. P. Savinus Bona, ragusinus patricius, bis iam Provinciae secretarius, et actu Insulae Mediae Guardianus, post anno XV nullitate suae Professionis asserta, ad saeculum rediit, anno 1698; canonicusque factus, et Archipresbyter, aliquando etiam Vicarii generalis munus exercuit. Sed post 33 annos resipiscens, ad Religionem rediit; et annos quatuordecim in valetudinario ob pedum ulcera semper transegit. Tandem diarrhaea ac febri trium dierum spatio peremptus, post pie suscepta S. Ecclesiae omnia Sacramenta, decessit Ragusii 16 aprilis 1742, aetatis 77, a primo in Ordinem ingressu 62.

652. — R. P. Ioachim Dominicus Bucchia, ragusinus patricius, agens annum trigesimum sextum nostro Ordini nomen dedit; vixitque in eo Religiosis charus, saecularibus exemplaris. Secretarius Provinciae, pluries Guardianus et sacrista fuit. Secundo Diffinitor existens ad secundam Congregationem Daxam se contulit; peractisque electionibus, subito obiit die 9 maii 1742, aetatis suae 68, religionis 32.

653. — R. P. Bernardus a Tholone, Gallus, annum agens vigesimum sextum, et nauticae arti in Adriatico mari dans operam, ex voto nostro se addixit Ordini. Plusquam vigesies Guardianus, non modico Provinciae commodo, et semel Custos fuit: interim vero S. Terrae loca pie visitavit. Calculorum morbo diu, patienter tamen, laboravit; ipsoque demum oppressus, semet omnibus S. Ecclesiae Sacramentis rite expiavit; et religiosissime obiit septimo idus (= 7) septembris 1742, aetatis suae 65, religionis 37.

654. — R. P. Marius a Canalibus, Lector theologus, virque apprime exemplaris, nostri chori celebris moderator; dignusque ut a Provincia, cuius commodis

plurimum profuerat, omni prorsus decoraretur dignitate; Ministro tamen Provinciali, cum quo ad Provincialatum tetenderat, suboffensior factus, Mantuam abiit; ibique sex supra viginti peregit annos, ob morum honestatem, cantusque peritiam summo in honore habitus. Impellente me, qui quadragesimales conciones eo anno Mantuae peregi, ad nos regredi statuerat, atque utinam fuisset regressus; nobis enim, non Mantuano coenobio, eiusdem spolia obvenissent. Morte tamen praeventus est; nam abeunte me Hostiliam pro panegyri D. Paschali recitanda, ex putida febri intra modicum obiit tempus, Sacramentis Ecclesiae rite munitus, nempe 17 maii 1743, aetatis 68, religionis 50.

655. — A. R. P. Salvator Ogrestini a Ragusio, concionator illyricus non ultimus, s. Theologiae Lector iubilatus, vir ad charitatis officia etiam a naturali indole factus; bis Diffinitor; post Ragusinum Guardianatum, Commissarius Visitator fuit. Post haec variis diu afflictus morbis, in pectoralem incidit hydropem; ob quam Sacramentis omnibus perceptis, obiit 11 decembris 1743, vix quinquagenarius, a suo in Ordinem ingressu 31.

656. — R. P. Hieronymus ab Insula Media, diu socius A. R. P. Francisci a Ragusio Diffinitoris Generalis, deinde ragusinus Vicarius, postmodum daxensis Guardianus, ac Diffinitor; bis hac dignitate donatus est. Decennium integrum exegit in valetudinario ob pedum ulcera; iisque exsiccatis, post omnia suscepta Sacramenta, pie obiit 20 iunii 1744, aetatis 73, religionis 56.

657. — V. P. Aloysius a Macerata, Provinciae Marchiae filius, hic Philosophiae Lector; asmate convulsivo laborans, post exactum unicum mensem inter nos, pie sumptis Ecclesiae Sacramentis, decessit 11 novemb. 1744, aetatis suae circiter 26.

658. — R. P. Bonifacius a Canalibus, ob simplicitatem honestatemque morum ferme perpetuus Guardianus, inde Diffinitor; ob podagram, qua laborare acrius coepit, se recepit Ragusium; atque ipsa in pectus irrumpente, omnibus Sacris receptis, obdormivit 10 novembris 1744, aetatis 78, religionis 55.

659. — V. P. Bernardinus Marcovich ab Umbla, optimae indolis sacerdos, expletis studiis in conventu Massae Ducalis, Florentiae substitit, ut in pulsandis organis semet perficeret; sed ex rupta pectoris vena ibidem obiit 7 iunii 1745, aetatis 30, relig. 9.

660. — Fr. Matthias a Puncta, laicus simplicissimus, diu ianitor, tandem coecus ex senio obiit Ragusii 10 aprilis 1746, aetatis 94, religionis 64.

661. — V. P. Albertus a Ragusio, ex pectorali hydrope, post recepta Ecclesiae Sacramenta, pie obiit Ragusii 30 aprilis 1746, aetatis 56, religionis 41.

662. — V. P. Isidorus a Gravosio, uno tantum anno tum Guardianus Epidaurensis, tum novitiorum Magister; nam, ut vacaret sibi, utroque se munere cito abdicavit. Mire fuit patiens in perpetua ferme aegritudine, laboravit enim primum pedum ulceribus, deinde multiplici mamillarum cancro; a quo et raptum doluimus. Nemo ipso vel s. obedientiae vel seraphicae paupertatis studiosior; floruitque ea sanctitatis fama, ut defuncto parentaverimus stantes circa feretrum ad arcendum populum. Et quidem ceu vixit, ita quoque obiit religiosissime die 19 ianuarii 1747, aetatis 54, religionis 34. In choro requiescit.

663. — V. P. Carolus a Breno, post Guardianatum Cunensem, quem triennio optime gessit, iterum in Guardianum Stanensem electus, anginae morbo correptus est; accessitque Ragusium; ubi angina in internum apostema, istud abiit in phthisim

foedissimam. Ab hac spatio 50 dierum absumptus, sacrisque omnibus expiatus, obiit pie 19 iulii 1747, aetatis 45, religionis 26.

664. — Fr. David a Melita, laicus honestissimus, febri in conventu Sabiuncelli correptus, pie obiit ibidem 18 augusti 1747, aetatis 45, relig. 16.

665. — V. P. Marinus Papa ab Epidauro, pluries sacrista, Vicarius et Guardianus. In locis Terrae S. exegit triennium. Vir honestissimus, et religiosae paupertatis praecipuus cultor fuit. Daxae in febrim incidit, delatusque Ragusium, religiosissime obiit 2 septembris 1747, aetatis 66, religionis 48.

666. — Fr. Humilis a Stano, laicus exemplaris et pius, perpetuusque sacristae socius; post exactum in Terra Sancta triennium, e scala, quam ornaturus altare S. P. N. Francisci ascenderat, praeceps corruit, delatusque in valetudinarium, post horas quinque decessit sacra Exhomologesi expiatus, die 4 octobris 1747, aetatis 62, religionis 41.

667. — Fr. Archangelus Ghleg[1] a Ragusio, optimae indolis clericus, Artium studens, pie ex febri obiit in conventu Foggae 7 nov. 1747, aetatis 22, religionis 4.

668. Fr. Iuniperus a Puncta, laicus, in febrim Sabiuncelli incidit, delatusque Ragusium, sacra semet expiavit Exhomologesi. Morbus occulebat se; et dum circa horam octavam noctis invisitur ab infirmario, reperitur iam defunctus 18 decembris 1748, aetatis 52, religionis 31.

669. — R. P. Celsus Bolich[2] a Ragusio, concionator illyricus, et pro rebus oeconomicis a natura factus; pluries Guardianus, et Vicarius, nec non sacrista fuit; bis vero Diffinitor. Frustra ad curandam valetudinem Neapolim petiit; nam post nonnullos a reditu menses, ex scyrrhoso tumore quodam, qui ob copiam emissi sanguinis in hydropem abiit, lethaliter decubuit; Sacrisque omnibus rite expiatus, in valetudinario obiit die 8 octobris 1748, aetatis 67, religionis 40.

670. — P. Franciscus a Puncta, e Bosnae Provincia adscitus nostrae, postquam sex annos in Stagnensem Guardianum electus, dum in horto commoratur, e fenestra a Fr. Peregrino a Gravosio laico interimitur exploso sclopo, die 18 martii 1750[3].

---

[1] Glegj. [2] Bolić

[3] 1750, apr. (*Ponente, 1749-1751*, n. 62, p. 123). Dominium scribit Veterani-o, Canonico Basilicae S. Petri, Cubiculario ad honorem S. S. et Reipublicae agenti Romae, Fr. Pereginum « di semplice tonsura, ch' era converso di servizio attuale nel Convento... » dum religiosi coeteri somno meridiano consulebant, in guardianum facinore hoc perpetrato, fuga se voluisse incolumem efficere. Sed a satellibus Stagnensis iudicis captus, in quadam villa prope sacellum quodam PP. Praedicatorum, ad carceres Stagnienses deductus est, et iussu Dominii nomine Ecclesiae inibi retentus, etiam ne executioni reus mandaret consilium fines Dominii praetergrediendo ab habitu et fide deficiendi; omnibus cum Vicario Episcopi communicatis, dum Episcopus iam Romam versus profectus esset. Et quia P. Provincialis asserebat carceres Stagni securos nequaquam esse, delatus est homicida ad carceres Ragusinos, qua securiores. Confidit Dominium Episcopum Stagnensem, sicut reus promeruit, sententiam, iusque bonum dicturum. Haec Veterani-o scripsisse, ut ipse etiam Episcopum certiorem faciat de re, et ne PP. Franciscani, qui ad Capitulum Generale pergunt « movessero quest' acqua senza alcun riguardo all' anima del reo suposto et al mal esempio della cristianità ». — 1750, maii 27 (ibidem, p. 137) Dominium nuntiat Vicario Generali, Stagni Domino, Georgio Grisich, reum qua mente captum, furore violentiaque percitum agere: nisi emendationis signa det, catenis ferreis circumcingendum esse. — 1750, iunii 5 (ibidem, p. 140) Episcopo fratri Hyacintho Milković Ord. Praed. gratulatur de consilio bene capto quoad fratrem homicidam. — 1750, iulii 23 (ibidem, p. 154) Veterani-o iterum scribit, quod cum auditis Episcopo, Fratribusque a Capitulo

671. — V. P. Martinus a Melita, perpetuus ferme Guardianus Canalium, virque honestissimus, ob pedis laesionem advenit Ragusium; ast ulcere deinde facto, partim ex ipso, partim ex reddendae urinae difficultate pie obiit, omnibus Sacramentis susceptis, die 24 martii 1750, aetatis suae 77, religionis 59.

672. — V. P. Ioseph a Ragusio, religiosissimae indolis sacerdos, post absoluta in conventu Ragusino studia, ibidem obiit ex phthisi, adeo pie, ut ipsemet sacro inungi Oleo expostulaverit, die 15 octobris 1750, aetatis 28, relig. 8.

673. — V. P. Blasius a Ragusio, pluries Guardianus, et sacrista; vir ad omnem humanitatem factus; laterum dolore correptus, post pie recepta omnia ssma Sacramenta, obiit Ragusii 12 martii 1751, aetatis suae 64, religionis 45.

674. — V. P. Sanctes a Canalibus, vix unum annum nos inter peregit, perpetuo in Veneta commorans Provincia, ubi musicae apprime studuit, sacrisque vacavit concionibus. Obiit in conventu Lendenariae mense decembris anno 1751, ferme sexagenarius.

675. — Illmus et rmus d. Fr. Angelus Franchi a Ragusio; plurium urbium Dalmatiae et Italiae, semelque Cathedralis ragusinae concionator, S. Theologiae insignis Lector iubilatus, ex Commissarius tam nostrae quam D. Hieronymi Provinciae, ex Custos, et ad annum 1716 Minister Provincialis; non solum theologum egit nostrae Reipublicae, sed etiam eiusdem nuntius ad Carolum VI, Romanorum Imperatorem, fuit. In Ragusinum Antistitem, dum Viennae degeret, inauguratus anno 1728, commissae sibi praefuit Ecclesiae summa tam prudentiae quam doctrinae laude supra annos XXIII; Synodo quoque celebrata atque edita. Saepe nos suis iuvit eleemosynis; mihique, Ministrum Provincialem tunc agenti, viginti nummos aureos pro aperienda clausa expilataque Aromataria suppeditavit; totidemque alios dono dedit, cum aedes lanificii meis expensis amplificarem. Annum aetatis agens septuagesimum septimum, laboransque reddendae urinae difficultate, obiit Breni christianis Sacris rite expiatus (Praesul nulli alteri secundus) 21 septembris 1751. Post magnificum doloris castrum, eidem in Cathedrali ecclesia extructum, postquam funebrem orationem in laudem eius a me dictam, illatus est tumulo, quem adhuc vivens in nostro sibi comparaverat choro [1].

---

reversis, homicida ab Ordine arcendus est, statutum fuit quod reus in carcere ad causam perficiendam remaneat. — Poena nimis lenis! — 1751, martii 5 (ibidem, p. 235) epo Milković, fratrem Peregrinum carceres fregisse. — 1751, maii 4 (ibidem, p 254). Eidem, homicidam qua testem esse quoque vocandum.

[1] *Ponente 1726-27,* n. 50, p. 106. 14 nov. 1726. Committur Fr. Angelo ut Vindobonam pergat ad Maiestatem Caesaream, nec ulli causam manifestet itineris: Comes de Celluentes (ex Ragusio oriundus) contra Ohmuchievich (Olmučević), qui Vindobonae appellavit, cum in eius praeiudicium tres iudices sententiam dederint; sed S. M. leges Reipub. Rag. reprehendit. Sed Angelus curet ut omnibus provideatur. Notae ei dantur ne scribere cogantur charactere ordinario. — 1726, nov. 15 Carolo VI scribitur circa Fr. Angeli commissionem (p. 118). — Commendatur Gabrieli de Hallberg (p. 121). — 15 nov. 1726. Aliquid adiungitur commissioni Fr. Angeli (p. 123). — Commendatur Eugenio Savoiae Principi (p. 124). — 11 ianuarii 1727. Relationes Fr. Angelo quoad lites cum Quiros (p. 145). — 18 feb. e. a. Consolationis litterae, ne animo flectatur, etsi prospere non omnia cesserint: sperandum enim felicius omnia in futurum. — 1 apr. e. a. Gratulatur cum Angelo pro felici negotiationum suarum exitu, quamquam male Ministri praeventi essent (p. 176). — 1 apr. Commendatur Fr. Angelus Willelmo Francisco Comiti Nesschrod episcopo Quinque Ecclesiarum, necnon Status a secretis. Domino Francisco Alvarez, regii aerarii praetori, Supremi

676. — Fr. Leo a Terranova, laicus summe officiosus, diu ianitor piissimus, obiit in valetudinario senio confectus (agebat quippe plusquam octogesimum quartum annum) Sacramentis omnibus munitus, 16 iunii 1752.

677. Fr. Pacificus a Ragusio, clericus diaconus, post publice propugnatas theologicas theses in lentam incidit phthisim, et ex ea pie obiit Ragusii 26 iunii 1752, aetatis suae 25, religionis 8.

678. — Fr. Paulus a Puncta, laicus, tertiana febri in malignam versa, post suscepta S. Ecclesiae Sacramenta, obiit in conventu Cunae 30 septembris 1752, aetatis suae 56.

679. — R. P. Laurentius a Ragusio, concionator, pluries Guardianus, et Ex-Custos, trimestri febri consumptus obiit, susceptis prius S. Ecclesiae Sacramentis, Spalati in hospitio S. Mariae de Palude, in quo sepultus sibi requiem comparavit, 11 novembris 1752, aetatis 60.

680. — V. P. Valentinus a Gravosio, vir probus, honestusque; pluries sacrista, et variis in conventibus Guardianus, post exactum in Terra Sancta triennium, senio potius quam morbo confectus, pie decessit Ragusii 28 decembris 1752, aetatis 72, religionis 54.

681. — A. P. Iustinus a Neapoli, concionator, non una vice Guardianus, et tandem Diffinitor; iterato apoplexia correptus, emissoque sanguine, sensibus reddi-

---

Consilii Italiae. Gabrieli Hallbergh Equiti Sacri Romani Imperii (p. 180). — 11 apr. Angelo grates rependuntur pro relationibus missis (p. 188). — 6 maii. Lucas Raphael Gozze satagat apud Benedictum XIII ut Fr. Angelus fiat Archiepiscopus Rag. (p. 192). — Eodem die Pontifici, Cardinali Francisco Barberino, Card. Lercari, Card. Coscia, Cienfuegos et agenti Parensi, ut procurent electionem Fr. Angeli (p. 202). — 11 maii e. a. Hortatur Angelus ut adlaboret in causa litis (p. 208). — 10 iunii. Eius opera laudatur (p. 215). — 18 iun. Laudatur eiusdem ingenii acumen, quod Episcopo Quinque Ecclesiarum etiam laudis dignum visum est (p. 221). — 26 iunii. Nihil omittat ut finem consequatur. Dominium sperat Angelo Archiepiscopatum obventurum; sed et ipse cum amicis agat (p. 222). — 2 iulii. Nihil experiri non omittat (p. 227). — 5 iulii. Lucae Raphaeli de Gozze tot inter Archiepiscopatu dignum esse Fr. Angelum (p. 227). — 15 iulii. Angelo ne animo flectat ob repentes mutationes: rerum meliora speranda sunt (p. 239). — 21 iulii. Ne timeat Vindobona remittendus a Religiosis, quia Generalis ipsum non comprehendit in decreto: mutare habitationem potest, sed antequam proficiscatur, S. M. id significet (p. 240). — 27 iulii. Dolent Rector et Consilium de eius infirmitate (p. 248), — 2 oct. Ut omnia iuxta ius cedant, cupiunt (248). — *Ponente 1727-1730* n. 51. 9 nov. 1727. Lucae Raph. de Gozze. Sperant Archiepiscopatum Fr. Angelo obventurum (p. 3). — 10 nov. Gabrieli de Hallbergh: sperant Fr. Angelum convalescere (p. 11). — 9 dec. P. Angelo. Sperant ex Vindobona eius discessu Venetias Romamque Reipublicae res in melius cessuras. Eius in Archiepiscopatum facta confirmatione, a Georgio Mattei accipiet scutatorum 1400 summam (p. 13). — 14 dec. Lucae Raph. de Gozze laetum animum patefaciunt, spe confisi Fr. Angelum Franchi brevi Archiepiscopatu decoratum iri (p. 15). — 13 ianuarii 1728. P. Angelo scribunt quod cum pro quodam negotio scripserint Lucae Raph. de Gozze, nec certi sint an Romae vel in patriam reversus, ipse ab epistolarum diribitorio litteras pro Luca petat, aperiat, legatque et iuxta illas agat quidquid in bonum Cathedralis viderit expedire (p. 23). — 19 febr. Lucae de Gozze. Congaudent quia Fr. Angelus iam habuit Breve pro Archiepiscopatu (p. 25). — Eodem die. Gratulantur Angelo Franchi eo quod Archiepiscopus iam electus confirmatusque sit (p. 29). — Cf. Farlati, VI, p. 277. Dolci, *Fasti Letterarii*, 2. Super tumulum haec est inscriptio: D. O. M. Fr. Angelus Franchi Ordinis Minor. Archiepiscopus Ragusinus pulvis vivus suo pulveri mortuo paravit An. MDCCXXXVI.

tus, se sacra Exhomologesi expiavit, et post ipsam rursus in lethargum incidit, obiitque. Decessit Ragusii 12 martii 1755, aetatis suae 68, religionis 55.

682. — A. R. P. Paulinus a Ragusio, s. Theologiae sexennium generalis Lector, concionator inter illyricos primus, piuries sacrista, Vicarius, Guardianus Ragusinus, et novitiorum Magister; postmodum Diffinitor, et pro Mediolanensi Capitulo Custos; demum Commissarius, et ad annum 1754 Minister fuit. Has omnes dignitates promeruit suorum honestate morum, non mediocri doctrinae laude; rara vero sui animi simplicitate secessit ob senium in infirmorum stationem, ubi dolores podagrae tribus annis pertulit patientissime; uti quoque postremum trium mensium in lecto decubitum. Perceptis religiosissime S. Ecclesiae Sacramentis, placide requievit 8 iulii 1755, aetatis suae 80, religionis 65.

683. V. P. Silvester a Ragusio, concionator illyricus, pluriesque Guardianus; podagra, qua diu laboraverat, in pectus irrumpente, post sacram Exhomologesim, Oleo sancto inunctus, obiit Ragusii 7 ianuarii 1755, aetatis 66, religionis 47.

684. — Fr. Thomas a Stagno, laicus satis probus, febri, in quam incidit Stagni, abeunte in putridam phthisim, susceptis Sacramentis omnibus, pie obiit Ragusii die ultima februarii 1755, aetatis suae circiter 28.

685. — V. P. Christophorus a Ragusio, a quondam P. Hilario a Ragusio Secretario generali Ordinis pro socio amanuensi in Hispanias ductus, post eiusdem obitum, Pro-secretarii Generalis munus exercuit; isto tamen ob aeris insalubritatem ad propria redire coactus est. Aliquando iam Praesidens, semelque Guardianus, cum in ecclesia Canalium sacras exciperet Confessiones, ab apoplexia, quam quoque Matriti senserat, correptus, delatusque in cubiculum, se statim Sacris omnibus expiavit, at post paucas horas decessit die 8 iunii 1755, aetatis 66, religionis 49.

686. — A R. P. Antonius Marichievich [1] a Ragusio, s. Theologiae Lector iubilatus, Ex-Diffinitor, Ex-Custos, Minister Provincialis ad annum 1752, necnon Examinator Synodalis. Cum Minister fuit, effecit ut sartatecta nostrae Ecclesiae expensis restaurarentur excellentissimae Reipublicae. Expleto Provincialatu, diutino laboravit morbo epileptico, quo, vel potius ab apoplexia noctis tempore correptus, obiit ante diem quartam decimam decembris 1757, aetatis anno 66, religionis 49.

687. — R. P. Ambrosius a Puncta, pluries Guardianus, bisque Diffinitor; post Cunense coenobium suis cumulatum beneficiis, pectorali hydrope oppressus, ut religiose vixit, ita quoque decessit omnibus christianis Sacris expiatus 22 ianuarii 1758, aetatis 65, religionis 46, Ragusii.

688. — R. P. Urbanus a Terranova, concionator, pluries Guardianus, et Ex-Diffinitor; vir apprime bonus; post suscepta omnia S. Ecclesiae Sacramenta, qua ex pedum ulceribus, qua ex oborta febre, obiit Ragusii 26 ianuarii 1758, aetatis 78, religionis 59.

689. — A. R. P. Benignus a Ragusio, tam illyricus concionator, quam theologus egregius; ex Diffinitor, et huius Ragusini conventus Ex-Guardianus. Foggiam petiit, lauream Iubilationis recepturus. Petiit postea Bulgariam, ut Parochum et Missionarium ageret; ubi Monachorum Graecorum dolis una cum quondam P. Vitale a Popovo in vincula coniectus est, et ad Constantinopolitanos carceres deductus. Ragusini nominis beneficio factus liber, Provinciam repetiit; et ob perpessa mala extra

[1] Marinčević.

mentem raptus, non modico nos affecit incommodo, donec pristinae restitutus valetudini, cura quondam Petri Bianchi, celeberrimi medici, Sacrum quoque dicere incoepit. Vir fuit hominum literatorum amantissimus, indoctorum vero osor acerrimus; ac demum fere coecus, incolensque valetudinarium, pie susceptis omnibus S. Ecclesiae Sacramentis, placide obdormivit 7 februarii 1758, aetatis 78, religionis 61.

690. — V. P. Hilarius a Ragusio, dictus Catafio, concionator illyricus, et confessarius, pluries Vicarius et Guardianus, quin per aliquot menses etiam Praesidens Ragusini conventus; Religiosis omnibus charus fuit, quia comis a natura, facetusque. Diu calculorum et podagrae, quin universali arthetico laboravit morbo; cui ut consuleret, frustra Neapolim missus est; nam tandem in pectus podagra irrumpente, post recepta omnia S. Ecclesiae Sacramenta, summos inter cruciatus pie Ragusii occubuit ante diem 20 maii 1759, aetatis 47, religionis 28.

691. — V. P. Ferdinandus a Ragusio, sacerdos honestissimus; brevi tempore ita gnavus evasit pharmacopola, ut publici xenodochii Rectores, ceteris officinis derelictis, uti nostra inceperint. Obiit hinc et nostro et urbis dolore, teterrima absumptus phthisi. Mire se divinae voluntati conformaverat, iuvenis vix triginta annorum, religionis decem; nam ultro sanctissima expostulavit Sacramenta, et longiori quidem, sed plusquam placido, obdormivit agone 30 maii circa horam sextam, an. 1759.

692. — V. P. Illuminatus Bratich[1] ab Epidauro, item ex phthisi obiit in patria 30 maii 1759, aetatis 26, religionis 4, omnibus Sacris expiatus.

693. — Fr. Leonardus de Maglkovi[2], laicus coquinae praeses, ob non curatum pleuritidis malum pariter in phthisim abiit; et ea intra duos menses Ragusii absumptus est. Obiit susceptis pie S. Ecclesiae omnibus Sacramentis, die 28 decembris 1759, aetatis circiter 28, religionis 4.

694. — Fr. Cherubinus a Slano, laicus, moribus honestis sat praeditus; ex Insula Media, ubi erat de familia, advenit Ragusium, hydropis laborans malo; ibique omnibus S. E. munitus Sacramentis, decessit ante diem 23 martii 1760, agens aetatis annum sexagesimum quartum, religionis 43.

695. — Fr. Thomas de Roma, Romanae Provinciae laicus; cum socium ageret Ministri Provincialis Albaniae, ibidem in tertianam, ex hac in plures morbos incidit; veniensque Ragusium curandae valetudinis gratia, post diutinum in lecto decubitum, pie omnia Ecclesiae Sacramenta suscepit; conformisque apprime divinae voluntati, ad quintam horam noctis, post diem 22 maii 1760 in Domino obdormivit, agens aetatis annum 46, religionis 24.

696. — Fr. Georgius ab Umbla, laicus, de familia in conventu Epidaurensi commorans, corruit per coenobii scalam; delatusque Ragusium, sacraque expiatus Exhomologesi, repentine obiit annum agens aetatis circiter sexagesimum septimum, religionis vero 42; die 3 martii, anno 1761; et postera die fuit tumulatus.

697. — Fr. Elias a Terra nova, laicus; etsi pertinacioris aliquantulum indolis, nihilo tamen secius apprime labori addictus, honestisque moribus praeditus; cum a lanificio esset, gravi correptus pleuritide, se Sacris omnibus rite, ac pie expiavit; atque post paucos admodum dies e vita decessit die 17 aprilis, anno 1761, aetatis suae 40, religionis 18. Requiescit sepultus in Capitulo.

698. — A. R. P. Hyacinthus a Ragusio, vulgo dictus Alemagna; missionarius celeberrimus fuit, eumque ter aliquando in die, et numquam de scripto,

[1] Bratić, [2] iz Majkova.

audivimus concionantem. Suis, qua concionibus, qua Missionibus, Dalmatiam totam, partemque peragravit Croatiae, non exiguo rei Christianae commodo. In nostra autem Ragusina ecclesia, ultra Adventus duos, quatuor peregit Quadragesimalia. Anno 1752 fuit ipsi a S. Congregatione Popoviensis dioecesis Visitatio demandata; in qua vel Turcarum promeruit obsequia; ut vero rediit, ab excellentissimo Senatu Punctam missus est, ut ei populo peste laboranti Sacra ministraret. Cum esset Guardianus Umbiae, Aram B. Virginis de Monte Carmelo, instituta eiusdem Confraternitate, erexit. Octies Ragusii Guardianus fuit, et semel in Diffinitorem electus est. Adfuit omnibus ultimo affectis supplicio; et veluti mercedis gratia, anno 1755 nobis Senatus indixit, ut in Ministrum eligeretur Provincialem. In Ministeriatu publicam impetravit pecuniam, qua tectum maioris Dormitorii restauratum est; quod ex suis eleemosynis ipse supernis tabulis contexuit, ceu alterum quoque contexuerat anno 1722. Eidem debemus etiam pictam eam tabulam S. Francisci Solani supra altare maius constitutam. Nudis semper incessit pedibus, laneoque tantum indusio semper usus est. Obiit autem die 27 maii circa horam 20 anno 1761, suae aetatis ferme septuagesimo sexto, religionis quinquagesimo octavo, correptus repentina apoplexia, saepe nihilominus tutudit pectus, datamque sibi absolutionem pie oculis prosequutus est.

699. — V. P. Philippus a Slano, bis terve olim Guardianus; prae nimio adipe, primum podagra, dein pedum gravatus ulceribus, patienter plures annos in nostro exegit valetudinario; ubi dicta podagra in pectus irrumpente, Sacris omnibus rite expiatus est, et post non longum agonem placide expiravit die 26 novembris anno 1761, aetatis suae septuagesimo quarto, religionis 56.

700. — R. P. Gabriel a Ragusio, pluries Guardianus, sacrista, et novitiorum Magister, bisque iam Diffinitor; vir honestis praeditus moribus; ideoque semel in sacellanum a Legatis Constantinopolitanis assumptus; laborans hydrope, mensem circiter exegit in valetudinario, ubi susceptis pie S. E. Sacramentis omnibus, obiit die 21 martii post horam quintam, anno 1762, aetatis suae 75, religionis 55.

701. — R. P. Marianus a Ragusio, concionator illyricus, et actualis Provinciae Secretarius; conciones Adventus Stagni peragens, febri correptus est; adveniensque Ragusium, postquam sacra se expiavit Exhomologesi, extrema cito muniri debuit Unctione; postquam e vita migravit die 1ª ianuarii 1763, aetatis suae 54, religionis 18.

702. — V. P. Bonaventura a Canalibus, s. Theologiae studens generalis, sacerdos s. Regulae observantissimus, diu morbo laboravit pectoris, ac tandem phthisicus evasit; consumptisque patienter in lecto diebus circiter quadraginta, et omnibus Ecclesiae Sacramentis piissime susceptis, in Domino obdormivit die 17 ianuarii 1763, aetatis suae 29, religionis 10.

703. — R. P. Fortunatus a Ragusio, concionator et non incelebris chorista; primum in Diffinitorem, postea in Custodem electus, Provinciae (nescimus ob quam causam) suboffensus Venetias petiit; et in conventu Castri S. Petri plusquam 22 annos commoratus est. Ob hydropem, qua coepit laborare, incongruo sumpto medicamine, in morbum incidit diarrhaeae; delatusque ad Patavinum valetudinarium, ibidem pie ac religiose omnia Ecclesiae recepit Sacramenta et, me praesente, obiit die 11 octobris 1763. Agebat aetatis annum circiter 74, religionis 59.

704. — R. P. Raphael a Sabiuncello, perpetuus ferme Guardianus in conventibus extra Ragusium; hinc bis Diffinitor; imo, licet nec Lector nec conciona-

nator, virque fere ἀναλφαβῆτα, Capitulorum Provinciae arbiter; dum ad Capitulum ceu Guardianus Sabiuncellensis accederet, in conventu S. Hieronymi Slani repentina morte obiit die 17 martii anno 1764, aetatis suae 74 iam expleto, religionis 57.

705. — M. V. P. Basilius a Puncta; pluries Guardianus; cum paulo post Capituli celebrationem morbo citissimo obierit, constans opinio est, quod ex aliqua animi obierit passione. Obiit autem post bis peractam sacram Exhomologesim, receptamque a Guardiano huius Ragusini conventus postremam absolutionem, cum interim deferretur ad ipsum ex ecclesia Ssmum Sacramentum Eucharistiae, die 6 aprilis anno 1764, aetatis suae 65, religionis 47.

706. — M. V. P. Donatus a Sabiuncello, sacerdos honestis praeditus moribus, pluriesque Guardianus; longa laboravit phthisi, a Patavinis medicis ante annos 18 detecta; a qua demum in hoc Ragusino valetudinario, post plurium mensium decubitum, absumptus est. Decessit, omnibus S. Ecclesiae Sacramentis non semel pie receptis, die 29 iulii anno 1764, aetatis suae circiter 51, religionis vero 29.

707. — Fr. Michael a Barulo, laicus officiosissimus, ad patriam profectus, ut nostro Commissario Visitatori redeunti ad propria in itinere, et in Lomochomio a famulatu esset, reversus est Ragusium maligna correptus febri; a qua post triginta circiter dies absumptus, perceptis rite omnibus S. Ecclesiae Sacramentis, ex hac vita obiit die 2 augusti, hora 23, anno 1764, aetatis suae fere 45, religionis 18 iam expleto.

708. — R. P. Lucas Proccuriza [1] a Canalibus; factis studiis Romae et Viterbii, Altamurae in Provincia Barii Artium et postea Theologiae Lector fuit; indeptoque sexennalis Lectoris titulo, ibidem etiam publici Prolectoris munus aliquando exercuit. Nunquam ad propriam Provinciam rediit. Demumque in ictericiae incidens morbum, qui in dyarrhaeam abiit, sex dierum spatio absumptus est, 6 quidem maii, 1765, aetatis suae circiter 49, religionis 31. Tum religiose eum vixisse, tum obiisse, nuntiavit nobis predictae Provinciae Minister.

709. — V. P. Carolus a Puncta, modestae sacerdos indolis, pluriesque Guardianus; Stagnensem Guardianatum peragens, in febrim incidit; ex cuius diutina nil salubri cura hydropicus effectus, ad Ragusinum delatus est valetudinarium. Ibi post suscepta omnia S. Ecclesiae Sacramenta, pie patienterque obiit die 5 iunii 1765, anno aetatis suae 41, religionis 26.

710. — Fr. Michael Bacich [2] a Narenta; secunda mortua coniuge, vale mundo dixit; datisque in eleemosynam valetudinario decem et centum aureis nummis, ibidem in Tertiariorum habitu annos XIV pie vixit. Absumptus tandem scorbutico linguae ulcere, post suscepta omnia Sanctae Matris Ecclesiae Sacramenta, longo agone quidem, placido tamen atque patientissimo, decessit die 14 iulii anno 1765, aetatis suae 87. Substitutus noster olim fuit.

711. — Fr. Thadaeus a Breno, laicus; valetudinario ob senium degens, cum ventrem diebus aliquot nunquam exoneravisset, atque ad exonerandum sibi vim inferret, laxato peritonaeo, confractaque, qua laborabat, intestinali hernia, repente interiit die 30 octobris, anno 1765, inter horam decimam ac undecimam: Quasi sui funeris praescius, sacra se pridie Exhomologesi expiaverat; habebatque aetatis annos 75, religionis circiter 49.

[1] Prokurica. [2] Bačić.

712. — A. R. P. Benedictus Salatich[1] a Ragusio, vigesimum tertium aetatis agens annum, Veneto relicto telonio, in patriam reversus, Ordini nostro nomen dedit. Sacerdos factus, tam organo et cantui, quam illyricis vacavit concionibus; licet huic postremo muneri haud par ob linguae nonnihil torpentis incommodum. Unicum Adventum tantum in hac nostra peregit ecclesia. Sacras nihilominus audiendo Confessiones, S. Paschalis festum celebrando solemniter, chorum moderando, et legatorum atque expensarum universae Provinciae gerendo curam, nobis profuit cumulatissime. Ob haec, et ob insignem in pauperes afflictosque omnes charitatem, ac ob zelum singularem, quo in splendidiorem ornatum ecclesiae fuit semper; maxime autem ob raram paupertatem et exactissimam s. Regulae observantiam, in ore omnium non sine benedictione erat. Difficile dictu, quanta patientia pedum ulcera, quibus laboravit diu, pertulerit; et quam improba contentione divinum Officium rite persolvere, ac Sacrum dicere (quod ei tandem omnino vetitum est) studuerit. Certe detrivit sese suis tam scrupulis quam privatis precibus; et postquam pluries humi procubuit, ex leviori forsan apoplexia, in festo Seraphici S. P. N. Francisci, graviori ictus est; at datam sibi absolutionem extremamque Unctionem accepit religiosissime, non una piae suae indolis significatione. Mensem integrum in lecto decubuit, nunc manu, nunc oculis, nunc quoque ipso ore preces adstantium prosequens; hinc et sacram peregit Confessionem, et Ssmo promeruit refici Viatico. Primum Epidaurensis Guardianus fuit, deinde bis Ragusinus, postea Diffinitor ac Secretarius, demum, anno 1745, Minister Provincialis. Rursus autem sancto inunctus Oleo, Crucemque anxie exosculans, terrenam hanc cum aeterna commutavit vitam die 4 nocembris, post horam primam ac dimidium noctis, anno 1765, aetatis suae 75, religionis 52. Requiescit in choro sepultus.

713. — R. P. Simeon Glabalo de Sabiuncello; pluries tam Sabiuncellensis, quam Ragusinus Guardianus fuit; itemque ragusinus Vicarius; ob quae munia semel in Diffinitorem electus est. Laboravit et chiragrae et podagrae malo; saepe vero a leviori ictus apoplexia, insperato ab eadem convaluit semper; donec ita ipsum haec corripuit, ut usu omnium sensuum illico privarit. Frustra, ut a lethargo expergisceretur, omnia fuere tentata remedia; hinc sacro dumtaxat perunctus Oleo, post agonem dierum fere 4, ex hac vita migravit Ragusii die 21 iulii anno 1767. Aetatis octogesimum annum iam expleverat et mensem unum, religionis autem 65.

714. — A. R. P. Seraphinus a Ragusio, concionator illyricus fuit, aliquandiu novitiorum Magister, semelque Commissarii Visitatoris in Barensi Provincia Secretarius. Ob honestatem morum et indolem pacificam ferme iuvenis in Ministrum Provincialem electus est; nempe anno 1724; et ad eandem assumi dignitatem rursus promeruit anno 1740. Interim non semel Guardianus Ragusinus, pluries Definitor, bisque Custos; duobus interfuit Generalibus Capitulis, uni Ultramontano, et alteri Cismontano. Aetatis annum agens octogesimum, religionis sexagesimum quintum, in tussim incidit; ab eaque intra paucos dies absumptus, post suscepta pie ac religiose omnia S. Ecclesiae Sacramenta, Ragusii circa horam decimam placidissime expiravit die 5 novembris 1767.

715. — P. Fr. Alexander a Ragusio; quum studiorum gratia adiisset, adhuc clericus, Venetam S. Antonii Provinciam, ob miram vocis suavitatem acqui-

[1] Salatić.

sitamque deinde insignem figurati cantus peritiam, tum ob id, tum ob suorum honestatem morum, studia illorum Patrum. adeo promeruit, ut primum Philosophica Lectura in conventu Campi S. Petri donatus, post etiam fuerit incorporatus. Frustra ipsi, ut rediret, Secretariatus nostrae Provinciae oblatus est. Interim Venetiis commorans, Patavium infirmus perrexit, ibi suae consulturus valetudini. Quod in ea decesserit infirmaria praeteriti mense octobris, id tantum nobis per litteras nuntiatum est. Obiit ergo hoc anno 1767, aetatis suae 64, religionis circiter 48.

716. — P. Fr. Iacobus (dictus Hanza) de Umbla; sacerdos olim Aromatariae addictus, postmodum variis in locis Guardianus; cum Cunensem Guardianatum gereret, febribus infestari coepit; a quibus fidens sua arte ac remediis liber fieri, ab iis tandem in dicto conventu absumptus est; praesertim autem ex rheumate, quod in aposthema adiit peurithicum, occubuit. Id accidit die 16 februarii in sero anno 1768, aetatis suae 57, religionis 35.

717. — P. Fr. Mansuetus Ciule[1] a Slano, ob suorum honestatem morum, at praecipuam in administranda re domestica curam ac fidem, pluries Guardianus. Sabiuncellensem Guardianatum gerens, ibidem calculorum (queis laborabat ab annis nonnullis) doloribus correptus est; hisque perlatis patienter, pie autem omnibus S. E. Sacramentis susceptis, suam exuit mortalitatem aetatis anno 68, religiogionis circiter 51, reparatae salutis 1769, die 9 mensis ianuarii.

718. — P. Fr. Marcellus Nichei a Ragusio, sacerdos eximiae simplicitatis, verusque Israelita; hinc ad mutandas et constituendas conventuum familias apprime Provinciae commodus; casu ab Insula Media advenit Ragusium, ubi in respirandi difficultatem, quae ab aliis asthma, ab aliis hydrops pectoris dicta, illico incidens, Sacris omnibus rite expiatus est; decessitque religiosissime die 15 aprilis anno 1769, aetatis suae fere 77, religionis 57.

719. — R. P. Fr. Ioannes Baptista a Puncta, pluries Guardianus, praesertim Cunae et Stagni; etiam illyricus concionator, et aliquandiu novitiorum Pro-Magister fuit. Placidissima praeditus indole, moribusque instructus admodum religiosis ac exemplaribus, Definitoratum Provinciae bis promeruit. Duobus autem postremis annis Ragusii, quia omnino edentulus, in valetudinario vixit, semper commoratus est. Primum in vita expertus morbum, anginae nempe, et capitalis erysipoles, suscepit piissime omnia S. Ecclesiae Sacramenta; patienterque occubuit annum agens octogesimum quartum aetatis suae, religionis circiter sexagesimum sextum, die 25 iunii 1769.

720. — P. Fr. Cyprianus de Stagno; cum scribere post emissam Professionem didicisset (ipsi enim signum adiecit Crucis) promeruit tandem sacerdotium, et bis aut semel suae patriae Guardianatum. Laeta praeditus indole, et usque ad septuagesimum quintum annum nihil omnino canus, pedum incepit laborare ulceribus; ex quibus in valetudinario decubuit, postremumque integrum biennium patienter in lectulo egit. Sacris omnibus expiatus, decessit placidissime circa horam duodecimam die 25 ianuarii, anno 1770, aetatis 82, religionis 61.

721. — Fr. Damianus a Melita, laicus; brevioris quanquam staturae vir, indole tamen animosus ita fuit, ut sibi insultanti Turcae (quod in nostra urbe, et grave et periculosum) publice saxo caput confregerit. Fratrum inserviebat solatio, qui eiusdem consanguinitatem cum Petro de Gratiis, olim Stagnensi Episcopo, traducere

---

[1] Čule.

consueverant; nihilominus ob famulatum diu praestitum lanificio probosque suos mores, in pretio quoque habebatur, nam fere nunquam, nisi in festis diebus, otiosus. Ob pedum ulcera a lanificio se recepit in infirmariam, in qua nonnullos egit annos, vel illyricos legens libros, vel habitus Religiosorum consuens, vel quid aliud sua laborans manu. Tandem in febrim ex longiore incidit dyssenteria, ab iisque duobus malis spatio dierum 14, post suscepta pie ac religiose omnia S. E. Sacramenta, absumptus est die 6 iulii 1770, post horam secundam. Agebat aetatis annum sexagesimum nonum cum dimidio, religionis quadragesimum secundum.

722. — A. R. P. Daniel Ruggieri a Sabiuncello, concionator illyricus, Lector generalis, anno 1750 in Examinatorem Synodalem assumptus est; et in Ministrum Provincialem anno subsequente electus. Hoc in munere praeclare se gessit; probe illud callens *Divide et impera*, ragusaeorum et foraneorum Fratrum factionem invexit; sicque unus omnia factus Provinciam despotice spatio 34 annorum gubernavit; et nunc Custos, nunc Definitor, nunc Definitor substitutus, nunc ad Capitulum Generale Pro-Minister, nunc Guardianus ragusinus, nunc novitiorum Magister, nunc quoque sacrista fuit. Uti eius opera, Acta Capitularia anni 1729 Romae rescissa sunt; ita anno 1765 Commissario Visitatori, qui ex Albania in Leomocomio iam erat, patentes fuere litterae, etsi in Capitulo Generali expeditae, abrogatae et ademptae. Ob invisos Ragusaeos, suamque dominandi publicam libidinem, bis rogavit Senatus, adeoque iussit, ut in Ministrum hominem Ragusaeum eligeremus; et anno 1766 decretum sanxit, ut successive duo Provinciales Itali cum Custode, unoque Definitore a Summo expostularentur Pontifice. Laudandus quidem ob testamenta ad nos spectantia exscripta, legatorum curam, et eorumdem non unam causam utiliter actam; item, quod in Ministeriatu curaverit a dormitorii cella transferri in scholam Oratorium; in Guardianatu vero, scalam chori e lignea lapideam fieri. Ast ob oppressos (discant posteri) ex-Provinciales ceteros; ob simultates et odia; ob viros fere analphabetos ad Provincialatum et Definitoriatum evectos; ob adolescentes nullius spei Ordini datos; quod Plinius lib. VI Epistolarum, 2, de Regulo, de ipso etiam dicendum: *Bene fecit, quod est mortuus; melius si ante.* Speramus nihilominus quod decesserit rite expiatus. Cum modo podagrae, modo calculorum laboraret malo, triennio ante adiit valetudinarium; postremosque octo menses pene semper decubuit. Febri tandem correptus est, et ultro SS. expetiit Viaticum; quin sacro inungendus Oleo non omisit a praesentibus Fratribus deprecari veniam, utque ipsam ab absentibus suo peteret nomine, exoravit Guardianum. Post haec, non paucos vixit dies, voluitque alta voce sibi diu Divinum Officium, et Passionem D. N. I. Christi saepe recitari. Rursus sanctam Synaxim sumpsit; plusque senio quam vi morbi confectus, supremae necessitati cessit die 26 augusti, hora septima praecedentis noctis, anno 1770. Aetatis fere octogesimum explebat annum; religionis sexagesimum secundum.

723. — R. P. Fr. Sabinus Zurich[1] a Sabiuncello, concionator illyricus non incelebris et rara memoria praeditus; pluries Guardianus, sat generosus, splendidusque. Vir, non obstantibus chiragra et podagra, quibus molestissime afficiebatur, laetus, facetus, festivusque. Definitoratus honore iam diu functus, naturae demum ex pluribus malis, praesertim ex epidemia huiusce anni, suum persolvit. Sacramentis

[1] Zorić.

omnibus S. M. Ecclesiae rite expiatus et divinae voluntati pie conformis. Obiit die 28 februarii 1771, circa horam 21; agebatque aetatis annum septuagesimum primum cum sex mensibus, religionis quinquagesimum quintum.

724. — V. P. F. Antonius Cossich [1] a Sabiuncello; sacerdos indolis officiosissimae, et moribus apprime religiosis praeditus; ex epidemia huiusce anni post Epiphaniam decubuit. Frustra omnium medicorum adhibita consilia, frustra ad sedandos internos dolores duodecies ei sanguis emissus; frustra tandem cauterium applicitum; nam tandem decessit, saepius sacra Synaxi, postremum omnibus S. E. refectus Sacramentis. Obiit die 8 aprilis, circa horam undecimam, anno 1771, placidissime; agebat autem aetatis annum circiter 29, religionis 13. Ob phthisis suspicionem, secto post mortem corpore, domini dixere medici, eum ex quodam tumore cystico, seu ex interno apostemate ad plures abiisse.

725. — Fr. Lucidus Caraman [2] a Canalibus, religiosae et mitissimae indolis laicus; verus Israelita, et in quo dolus nullus; diu infirmarius, et aliquando etiam in lanificio fuit. De familia tandem in conventu Slani collocatus, vinumque quaestuans in Insula Melitae, in febrim incidit; a qua ut convalesceret, advenit Ragusium, et quidem bis: secunda tamen vice ex anni epidemia, hoc est sanguinolenta dyssenteria, sumptis piissime omnibus S. E. Sacramentis, placide decessit post horam 4 noctis ante diem primam septembris 1771. Agebat aetatis annum 65, religionis expleverat quadragesimum.

726. — Fr. Peregrinus Harich [3] de Gravosio, laicus; ob interemptum sclopo in conventu Stagni Guardianum, tumultuarie captus et Ragusium adductus, publicis carceribus anno 1750 mancipatus est, e quibus semel erupit, sed incassum; nam, licet confugerit ad ecclesiam, nomine S. Sedis, annuente Stagnensi Episcopo, rursus in carcerem fuit detrusus. Ibidem vixit annos duos supra viginti, expensis Fratrum ob ipsorum incuriam; nisi enim se omni iure in ipsum spoliassent, eumque ad triremes damnassent, nequaquam summam ducatorum triginta sex in annuum eiusdem victum Ragusinum expendisset coenobium. Mortem oppetiit improvisam noctu, ante diem 24 februarii 1772, nullis (quod dolemus) Sacris expiatus; straguloque contectum ad nos deferri curavimus, ei privato tantum funere in Capitulo parentantes. Id aetatis suae anno 59, religionis susceptae 36.

727. — Fr. Iulianus a Canalibus, modestissimae indolis laicus; factusque a natura ad quodlibet officium; commissam sibi infirmorum curam perattente gessit; ast, quia ultra fas indulgens mero, aptior coquinae visus est: cui praefectus, una cum socio tertiario, suadentibus duobus Bosniae Fratribus, exspugnatisque antea ollis, in quas pro coena carnes iniecerat, insperato aufugit. Crescevii [4], ubi Tertiarius ex peste occubuit, stillato quoque vino uti coepit; flammisque, forsan eius negligentia, eo absumpto coenobio, in Zaostrogiensi [5] conventu aliquot transegit menses; ex quo rediit ad propria, nam aeger et paralyticus. Ob humillime petitam veniam, nulla fere poenitentia multatus est, sed in dies infirmior, delatusque Ragusium, plures vomicas exspuit in valetudinario spatio mensium septem, quarum ultima non expurgata (ob phthysis timorem inspexere chirurgi viscera) ipsum peremit. Patientissimus in morbo fuit, pluries Sacris christianis expiatus est; quin bis extrema Un-

[1] Kosić. [2] Karaman. [3] Harić. — Cf. n. 670.
[4] Kreševo. [5] Zaostrog.

ctione; obiitque pie die 28 augusti anni 1772, circa horam undecimam, agens aetatis annum 52, religionis 27.

728. — R. P. Dominicus Tvardiscia[1] a Ragusio, matris tamen cognomine vulgo Lepori dictus; expletis Romae Theologiae studiis, se dedit illyricis concionibus; cui muneri ob memoriam nil firmam non satis par, cetera Ordinis officia cum laude obivit. Quum indole festivus, et praestans esset calligraphus, aliquando Secretarius, pluries Guardianus, etiam Ragusinus fuit, item tam Vicarius quam sacrista; semelque Definitor. Postremis annis stomachi coepit laborare torminibus; ob quod malum ad acidulas Bosniae perrexit aquas; incassum tamen, nam morbus abiit in hydropem. Ut rediit ex Bosnia, enixis postulavit precibus de familia in conventu Epidauri collocari, ut sui de suo funere dolerent minus. Ibi decubuit fere semper menses quinque; et non una vice extremis Ecclesiae expiatus Sacris, tandem improviso decessit die XI decembris an. 1772. Inceperat aetatis annum 65, absolverat religionis 45.

729. — A. R. P. Bernardinus Mimbelli a Sabiuncello. Bononiae sua explevit studia, et Lecturam Artium, iterumque Theologiae usque ad iubilati Lectoris titulum peregit Ragusii. Non quia doctrina eximius, sed quia tunc Generalis Lector a Synodo eo tempore habita, Synodalibus adnumeratus est Examinatoribus. Vir vaferrimi ingenii fuit, movitque mera arte omnem lapidem, ut, turbatis Provinciae rebus, ipse in Ministrum eligeretur Provincialem. Sub primo ex exteris Provincialibus Definitoriatum nactus, cum actu Lector esset, a sacris supplicationibus ut eximerentur Lectores, eisque papyrus et oleum singulis tribuerentur mensibus, effecit; quin et vacationes scholae venationis gratia in tempus transtulit autumnale; cui tamen incommodo (quis enim Ragusii mensibus iulii et augusti studere potest?) per Capitulum Generale, instante Praefecto, provisum est. Exemit item, contra morem Provinciae, a culpis laicos: quin bene, quod ex decem Postulatis, ipso adnitente, a Ministro Provinciali delatis, Vallisoletanum Generale Capitulum admiserit nullum. Nihilominus post exteros duos Provinciales, etsi invisus omnibus Patribus, uti incentor praeteritarum litium, ad officia Romanae Curiae ab se aucupata, in Ministrum Provincialem electus est clanculario; videlicet nec eius in Definitorio indicato nomine; multo minus facta suorum meritorum ulla discussione. At vix annum unum et menses duos Minister fuit; quinimmo afflictus pessimo haemorrhoico fluxu, qui in hydropem abiit; et frustra expostulatus ante dormitum ut Ecclesiae expiaret se Sacramentis, circa horam septimam omni sensu destitutus est; obiitque circa undecimam die 25 septembris 1773, suae aetatis 49, religionis 33.

730. — M. V. P. Pacificus Tvardiscia a Ragusio; post peractam inter nos laudabiliter Artium Lecturam, agens nostri chori moderatorem, indulgente S. Pontifice Clemente XIV, presbyter saecularis effectus est anno ab emissa Professione circiter 17. Demisse petiit Tertii Ordinis adscribi Confratribus, eisque adscriptus fuit 2 dec. 1773.

731. — R. P. Athanasius Budmani a Ragusio, ex Diffinitor, et ob Generale Hispaniarum Capitulum incoeptum ex Sicilia iter, at non confectum, inter Custodes primus; illyricus concionator non infimae notae fuit, et ex suarum concionum stipendiis 30 petiit expendi aureos nummos, ut gradus Arae D. Michaelis ex marmore fierent. Postremos octo annos ob infirmitatem quandam a communi abstinuit mensa, sibi serviens et in cella comedens semper solus. Stomachi tandem laborare coepit

[1] Tvrdiša.

doloribus; post hos vomitu post cibum; et utrumque malum perpessus est patientissime, se sacra Exhomologesi pluries expiando; Ssmo vero Viatico, ut morbus permisit. Mira pietate expostulavit sacro perungi Oleo, et petita a Religiosis venia, obdormivit die 10 decembris an. 1773, aetatis suae 79, religionis 61 inchoato. Ob festum tridui Immaculatae Conceptionis ei in Capitulo parentatum est.

752. — Fr. Modestus a Canalibus, laicus officiosissimus fuit; quia navitam agens, plures orbis plagas inviserat, praesertim eas Hispaniarum. Post professionem addictus sacristiae, conficiendo cereos plurimum eidem profuit; quin, collecta ab amicis stipe, gradus Altaris D. Antonii curavit e marmore fieri. Postremis annis pedum laboravit ulceribus; quibus exsiccatis, in febrim incidit ferventissimam, a qua, post plurium agonem dierum ob vires satis validas, demum absumptus est. Obiit pie, religiose et exemplariter, susceptis omnibus Ecclesiae Sacramentis, die 24 aprilis 1774, aetatis suae 69, religionis nondum 45.

753. — M. V. P. Hyacinthus Sughia [1] a Ragusio; Arimini Philosophiae Lectorem agens, optimam de ipso conceptam spem nobis abstulit a teterrima absumptus phthysi. Et vixit, et obiit religiosissime, ceu nobis per litteras nuntiatum est, die 20 maii, an. 1774, aetatis 27, religionis 12.

754. — A. R. P. Adrianus, vulgo a Venetiis, sed natus in Sign [2] Dalmatiae urbe. Cum in Myapa.... ibus Dalmatico-Venetis militaret, in quodam Corcyrensis Insulae incendio, se voto religionis obstrinxit; quod matris causa, quae secundo nupserat viro hic tum commoranti, explevit Ragusii. Missus Neapolim ad studia peragenda, unice rei musicae incubuit, et praesertim pulsare organa rite edidicit; ob idque non solum consueto annuo stipendio spatio annorum 36 a Ragusino conventu est muneratus; sed quoque a Provincia omni prorsus insignitus dignitate, nam sacrista, Vicarius, Guardianus, Definitor, Custos, et etiam Minister fuit Provincialis: quin anno praeterito ob indictum Generale Capitulum, absente Vicario Provinciali, Commissarii sui obivit munus. Virtutem ergo, verumque laborem ediscant posteri ab aliis; ab ipso fortunam. Ceterum summe comis in amicos fuit; iuvenumque, qui vacabant organo, quique ipsi famulabantur egregie, fautor satis studiosus. Nil mirum, quod hi lacrymis, quas non sperent nec doctissimi, nec benemerentissimi, eidem parentarunt; tandem enim ipsum amisere. Perpetuo ferme capitis dolore laboravit, et ante mortem mensibus sex, quamquam nunquam decubuerit, voluit nunquam Divina celebrare. Decubuit die 4 ianuarii; et rite omnibus S. Ecclesiae receptis Sacramentis, decessit die 9 circa horam 23 huius anni 1775, aetatis suae 74, religionis 52. Aperto defuncti corpore, inspectisque visceribus, cum ex spuria obiisse pleuritide, quod antea iam pronuntiaverant, affirmavere dd. medici: ceteri tamen dixere malum siccam phthisim.

755. — Ut P. Pacificus Tvardiscia n. 732 obsignatus, ita obsignandus num. hoc dnus Simon, olim P. Marcus Garmogliesi, item de Ragusio. Adhuc puer a parentibus Cyprum missus est ad suum patruum carentem prole, Ioannem Garmogliesi, ibi nostrae Consulem Reipublicae; et uti nonnihil turcicam, sic bene graecam, vulgarem tamen, didicit linguam. Cupiens nostri Ordinis esse, in patriam rediit; suamque apud nos emisit Professionem; quin, post studiorum curriculum, in gratiam patris, Artium Lector institutus est. Utrumque huiusmodi absoluto munere, Peloponnesum perrexit, acturus Missionarium: ubi quid egerit, ignotum, nisi quod familiae Ultramontanae habitum gestaverit etiam aliquando. Obaudivimus interim, quod ab annis

[1] Sugja. [2] Sinj.

pluribus, vel Protonotarii Apostolici, vel Episcopi in partibus, vel alterius Praesulis (id ipse scit) gerens vestem, primi sacellani obtinet titulum in urbe Neapolitana apud Dominum Legatum Regis Galliarum. Agit hoc anno 1775, religionis 46 cum dimidio, aetatis 62.

756. V. P. Hilarius Ghirardi ab Epidauro, sacerdos comis, et apprime affabilis; Praeses primum ad menses aliquot in conventu Daxae, dein Slani Guardianus factus, incolumis quamquam, nonnihil sanguinis exspuit; quod malum postmodum non una vice perpessus est. Diu interim aeger, tandem decubuit, petiitque valetudinarium; in quo non semel Sacris omnibus expiatus, praefocante eum sanguine, repente decessit ad horam 24, die 19 octobris 1775, aetatis suae 52, religionis fere 16. Inspectis post mortem visceribus, quod foetidissima obierit phthisi, repertum.

757. — R. P. Innocentius Garghich [1] de Narenta, a Ragusio tamen vulgo dictus, nam a puero Ragusii educatus; pervicacioris, idest suae sententiae vir; fuit tamen regularis observantiae studiosissimus: tercentum nummos aureos, sibi legatos ab avunculo, renuntiavit haeredibus; nudis semper pedibus incessit; laneaque interula usus est. Ob haec A. R. P. Angelus Franchi eum selegit in socium, cum Orator nostrae Reipublicae adivit Viennam, interimque noster Archiepiscopus est inauspicatus. Primum Definitoris; postea Commissarii Provincialis obtinuit munus; et merito, nam pluries Guardianus, bisque Ragusinus; nunc Novitiorum Magister, nunc lanificii praeses, nunc sacrista, innata sibi parcitate ac parsimonia nonnihil Provinciae profuit. Elucubravit vero illyrice, atque etiam typis dedit anno 1745 Doctrinae Christianae Rudimenta brevia, et anno 1750 longiorem ipsorum explanationem. Prosperrima praeditum valetudine, deiecit tandem apoplexiae malum, ni dicenda paralysis; non enim totum infecit corpus, sed dexterum tantum corporis latus. Delatus in valetudinarium, Sacris omnibus statim expiari voluit; sed plusquam sex supervixit menses decumbens in lecto; incommode quidem, sed non admodum impatienter: festivisque omnibus diebus sacra refectus Synaxi, incidit in lethargum, in quo decessit, agens aetatis annum fere 85, religionis 65 cum dimidio; idque die 15 ianuarii 1776, hora 12 [2].

Hucusque Adm. R. P. Sebastianus Dolci.

---

[1] Grgić iz Neretve.

[2] Cf. Gliubich, *Dizionario*, p. 139. Dolci, *Fasti Letterarii*, p. 30. — Stephanus Scjugljaga A. R. P. Innoncentio Garghich Minoritae Romanae Fidei Encyclopediam illyrico sermone primum tradenti (hoc) *Encomion* (direxit):

Illyricis haec nostra ferant quid saecula Terris
  Si quaeras? lingua est barbara, mixta Fides.
Illyricae sed tanta inter discrimina Gentis
  Haud passa est similes, sola Ragusa, vices.
Puram namque vigil, servat linguamque Fidemque,
  Sic purus sermo, nil nisi pura docet.
Tanta hinc se Garghich, natum esse Parente,
  Dum cuncta haec calamo, moribus, ore docet.

In « Nauk Kršćanski » P. Grgić. Venetiis. Occhi. 1750. Ragusinus etiam fuerat dein Siuljaga. Goldoni illum inter doctissimos et philosophos recensuit. Varia scripsit. Quae ad Dalmatiam referuntur, essent: *Opuscoli latini ed italiani,* quoad D. Pauli naufragium. *Confutazioni anticritiche* in eodem argumento etc. *Lettera sopra il libro del P. Carlo Giuseppe di S. Floriano M. O. R. dell' origine della fede cristiana in Malta* etc. etc. Cf. Gliubich, *Dizionario*, p. 277.

758. — A R. P. Sebastianus Dolci, illyrice *Slade*, a Ragusio. Anno aetatis XIV Rethorices expleto studio, nostro Ordini nomen dedit, emissaque fere post biennium professione, Anconae philosophicum, Perusiae cursum absolvit theologicum. Vix sacerdos, Artium Lector institutus est, et eodem anno in Polensi urbe quadragesimales habuit conciones: par interim utrique muneri citissime cum lubilationis lauream, tum concionatoris tunc clarissimi nomen obtinuit. Trigesies octies in praeclarioribus suggestis fuit: Romae, Florentiae, Genuae, Camerini, Lucae atque alibi; quin bis Senogalliae et Brixiae, ter Cathari, Neapoli, Venetiis et Patavii; septies in hac ragusina Cathedrali, primaque vice, bis successive. Audivimus etiam in funere Archiepiscoporum duas eius latinas Orationes, quatuorque in laudem B. Thomae Aquinatis panegyres; quamplurimas autem illyricas conciones, quarum postremam senex annorum 76 apud Moniales dixit in Parasceve Domini. Prosa et versu elucubravit plurima, debemusque ipsi praesens *Necrologium*, *Responsoria* SS. Francisci Solani, Blasii, et Didaci, nec non *Dystichon* [1] quod supra ianuam conventus est. Pluribus Academiis, Quietorum Hyspelli, Recovratorum Patavii, Historiae Ecclesiasticae Venetiis adscribi promeruit. Minister Provincialis ad annum 1746 fuit; munus Examinatoris Synodalis et Praefecti nostrorum Studiorum obivit diu, illud vero theologi excelsi Senatus ab anno 1755 usque ad obitum. Suarum Concionum eleemosynis stravit lateribus coctis dormitorium maius; aedes lanificii erexit, alteri huiusmodi attributa laude, gradus altaris Ssmi Crucifixi e marmore fecit; deficientem aromatariam pristino statui restituit; quingentis voluminibus bibliothecam auxit, eique ex superstitibus eleemosynis religiose rassegnatis, mera supplicatione Ministro Provinciali facta, valde consuluit. Praeter concionem politico-moralem in Senatu Lucensi ab se dictam, panegyrim S. Vincentii Ferrerii Ragusii habitam, Hymnum in laudem S. Margaritae Cortonensis, alterum typis datum Venetiis in honorem D. Ioannis Gradonici, elegiam in laudem S. Thomae, aliaque plura evulgata, libros sequentes edidit: I. *Monumenta Historica nostrae Provinciae;* II. *Vitam S. Hieronymi cum eiusdem Vindiciis;* III. *Antistitum Ragusinorum Chronologiam;* IV. *Fastos Litterarios Ragusinos;* V. *Dissertationem de Illyricae Linguae vetustate et amplitudine;* VI. eiusdem Dissertationis *binas vindicias*. Effigies agentis annum XXXIX in bibliotheca est [2]; merces, ut pie licet credere, laborum eius in coelo,

---

[1] En versus:

Pauperiem minime, sed caetera cedimus ultro,
More Patris: non haec ambitiosa domus.
MDCCLXX.

Prius hoc dystichon leoninum legebatur:

Sex mille ducentis Ordo Minorum
Numero, Dux quorum bis decem vixit annorum.

[2] Sub ipsa effigie haec leguntur:

D. O. M.
EDIDIT LIBROS
QUINQUE QUINGENTIS
BIBLIOTHECAM AUXIT
CENSU ANNUO
EAMDEM DOTAVIT.

nam quoad vixit studuit de omnibus benemereri. Excepta levi podagra, prospera ut plurimum utens valetudine, denique senio attritus, ac hydrope correptus, bonorum omnium dolore ad plures abiit anno 1777, die prima iunii, circa horam fere sextam, saepe ante obitum peracta sacra Exhomologesi, susceptaque in Oratorio triduo ante sancta Synaxi, nec non, instante iam morte, extrema Unctione. Aetatis annum agebat 79, religionis autem 64 [1].

Sic de praelaudato Adm. R. P. Sebastiano Dolci
Adm. R. P. Ludovicus Radich.

---

[1] Ad haec nonnulla addere possumus ex pluribus ragusini Minoritarum conventus bibliothecae codicibus desumpta. In codice cui titulus: *Memorie ritrovate da un quinterno autografo del P. Seb. Dolci ragusini O. M.*, legitur brevis Dulcii autobiographia, non autem post annum 1745 prolata; in variis codicibus opera eiusdem exstant nondum edita: *a)* Concionatoria: *Prediche quadragesimali,* 19 (1724-1745); *Prediche d'Avento,* 11 (1723-1742); *Sancti Thomae panegyricum* (s. d.). — *b)* Poetica: *Carmina diversa* (in codice 310), decem; in codd. 273 et 301, *Epigrammata* latino sermone scripta; in cod. 667, *Nonnulla P. Seb. Dulcii poetica fragmenta,* tum latine tum italice scripta. — *c)* Liturgica: Cod. 310, *Hymni et responsoria;* cod. 273, *Hymnus in honorem B. Ioh. Gradonici.* — *d)* Litteraria: Cod. 258, *Biographiae illustrium virorum ragusinorum,* unde postea *Fastos,* infra citatos, desumpsit. — *e)* Historica: Cod. 251, *Diatriba del P. Dolci di Ragusa sopra l'origine e progressi d'essa città.* = Haec Pisani in *Num Ragusini ab omni iure Veneto a saec. X usque ad saec. XIV immunes fuerint,* Lutetiae Parisiorum 1893, p. 8-9. — Etsi P. Sebastianus noster in pluribus, quos conscripsit, libris, sedulitatis, laboris, patientiaeque maximae laudem promeruerit, tamen non in omnibus criticus et omni ex parte veritati amicus sincerus apparet, quamvis conetur lapsu temporis errores corrigere in quos irrepserat. P. Antonius Aghich (Agić) O. F. M. (cf. Fabianich, II, 206 etc.) scribens amico cuidam circa opera Aelii Lampridii Cervini, haec inter alia profert: « Se a V. Eccell. sono venuti o verranno qualche volta sott'occhi o i *Fasti letterari ragusini* del p. Seb. Dolci, o le *Notizie storico-critiche* dell'Appendini, non creda affatto a quanto essi dicono di un poemetto fatto da Elio in lode di Girolamo Colonna di Aragona. Hanno succhiato l'errore dal P. Serafino Cerva, il quale è stato il primo a prender questo abbaglio con molti altri. Quel poemetto è di Elio Corvino tedesco poeta laureato ». 30 Agosto 1820. — Sed et Pisani citatae disputationis pluribus in locis hoc idem asserit et probat. Hinc eius elucubrationes sedulo cribandae sunt. Tamen et ipsemet Fr. Sebastianus hoc quodammodo fatetur in huius Necrologii praefatione, ut visum est. — Quod etiam probatur ex ipsa notula quam habui ab illmo dno Iosepho Gelcich, inscripta: *Monitum auctoris Fr. Sebastiani Dolci ad « Monumenta Historica »*; ex qua arguere quoque possumus ipsi in animo fuisse non tantum corrigere sed et typis edere iterum eadem *Monumenta.* — Placuit fr. Sebastiano aliquando sub pseudonymo opera edere; inscribebaturque: Albinus Esadastes de Vargas. Cuius litterae, si alio ordine disponantur, dabunt: Sebastianus Slade de Ragusa. — Cfr. Fabianich, II, 199. Gliubich, p. 114. Farlati, VI, 33. — Ignatius Cantù in *Galleria degl illustri Ragusei.* Ragusa, 1841. Dolci, *Fasti letterarii,* p. 56. Kuzmić, *Cenni,* p. 53. — Nescio loquatur necne de nostro P. Sebastiano, tamen quia de quodam eiusdem nominis et his annis mentio fit in litteris a Senatu datis 1765, aug. 17. Commissario Generali P. Josepho M. de Vedano, haec adiicere existimavi. Scribebatur itaque, quod cum Sebastianus, Theologus Consultor Reipublicae per Episcopum Mercanensem ad Conventum S. Antonii Aletii (Lecce) iussus fuerit iter parare, commendatitias litteras dant, quia Sebastianus munus sibi impositum semper optime absolvit. Sed si Frater aliquid contra Provinciam Religionemve molitus est, non ideo Senatus mens est illum a poena a Superioribus data subtrahere. At speratur quod P. Joseph poenam (si res exigat) possit adhibere quae cum Sebastiano tributis muneribus componi optime possit (*Ponente, 1765,* n. 81, p. 58).

Sequuntur Necrologia nostrorum Fratrum Defunctorum a Fratre Ambrosio Marcovich ab Umbla Anno Dni MDCCCXXIX exarata.

739. — Leo, Nicolai Ghjurcovich de Iaseniza [1] in Canalibus filius, Regulam Divi Patris nostri Francisci in statu laicali professus est; fuit humilitatis, obedientiae, in fungendo sibi creditis officiis summae diligentiae et regularis observantiae studiosissimus. Dum in hoc valetudinario nostro suam operam infirmis Fratribus navabat, in morbum incidit, mortemque sibi appropinquantem praenoscens, ad divinam voluntatem se totum pie religioseque conformans, omnibus SS. Sacramentis refectus die vigesima sexta novembris 1778 animam Deo reddidit, aetatis suae annorum 52, quorum 25 Deo nostroque Instituto laudabiliter devoverat.

740. — R. P. Vincentius Beneveni e spectabili ragusinorum civium coetu, sagax fuit, et in obeundis negotiis et Ordinis nostri officiis maxima dexteritate expeditus. Pluries in diversis Provinciae coenobiis Guardiani, semel etiam Definitoris, et semel Commissarii Visitatoris, Comitiorumque Praesidis munus obtinuit. Post haec exacta munera iterum Definitor, et una tantum vice huius Ragusini coenobii fuit Guardianus. Illmus tamen et rmus d. Fr. Anselmus Cattich, Mercanensis et Tribuniensis Episcopus, et extraordinarius huius Provinciae nostrae Visitator, nec non Apostolicus Delegatus, formali sententia in Vincentium lata his muneribus, dotibus ac privilegiis, quae illatenus in Provincia acquisierat, nec non activa et passiva voce in posterum illum expoliavit. Post non multum vero temporis, pristini ei gradus restituti fuere; ac deinceps semel in Epidaurensi, semelque in Slanensi coenobio Guardiani munus exercuit; ubi die 18 februarii 1779 septuagesimum octavum aetatis suae, religionis sexagesimum tertium annum agens mortem oppetiit.

741. — P. Dominicus Benvenutus, Pauli Radibratovich [2] Stagnensis filius, studiorum suorum curriculo in Italia laudabiliter exarato, patriam Provinciamque nostram repetiit. Summae expectationis speique adolescens, in primis Provinciae Comitiis Slanensis coenobii Guardianus fuit designatus. Possessione huius administrationis inita, ex libro in quo Missarum legata exscripta fuere, praedecessorem suum, qui fuit P. Blasius Lettunich [3], decem huiusmodi Missarum celebrationes proxime elapso anno omisisse cognovit, et ipse his satisfacere illo anno renuit, eo quod illarum eleemosynis ipse fraudatus se illas celebrare non debere existimabat. R. P. Angelo Dolci, tunc temporis Provinciae nostrae Ministro, de hac re litteras misit, sed ob peculiarem animi evagationem, qua P. Dolci saepissime laborabat, ut supradicto decem Missarum legato satisfieret, mandare omnino praetermisit. Interea A. R. P. Ioannes Antonius de Alexandria Statiellorum, qui, ut Albaniae Provincialis Minister illa infidelium loca petebat, Provinciam nostram tamquam Commissarius Visitator (utinam nunquam venisset, omni enim humanitatis sensu erat expoliatus!) lustrandam huc primo advenit. Hic formales querimonias a quodam religioso nostro, haud sibimetipsi dissimili, in Ministrum Provincialem Dolci, in P. Dominicum et P. Blasium ob supradictam Missarum omissionem sibi factas excepit, eosque omnibus officiis, muneribus in religione habitis et in posterum habendis, orbavit. P. Dominicus, cui honor proprius bonumque nomen summopere cordi erat, hac sententia veluti ignominiosa et turpi perculsus, tantum sibi animi moerorem inflixit, ut subito aegrotare coeperit;

[1] Gjurković; Jaseniza = Iasenica. [2] Radibratović. [3] Letunić.

tandem lenta consumptus phthisi, munitus omnibus Sacramentis, summa animi demissione, indubiisque religiosae pietatis signis in hoc nostro valetudinario die 8 februarii 1781 animam Deo reddidit, vigesimo sexto aetatis suae anno et religionis octavo.

742. — Fr. Stephanus, filius Pauli Radovich de Potomgne[1], peninsulae Rataneae pago, ob integerrimos mores, laudabilemque in laicali professione suae vitae rationem hic commemorandus, die vigesima tertia novembris 1781, expleto aetatis suae sexagesimo secundo anno et religionis trigesimo nono, in hoc nostro valetudinario Sacramentis munitus in osculo Domini, uti decet religiosum virum, e vivis decessit.

743. — R. P. Gregorius, filius Lucae Maslach[2] de Canalibus, ob mite suum ingenium, animi demissionem, mediocremque cognitionum sufficientiam, pluries coenobiorum Provinciae huius administrationem tamquam Guardianus obtinuit, ac semel etiam Definitoris munere fuit adauctus. Podagra laborabat, religioseque, uti vixit, in hoc nostro valetudinario mortem obiit die 20 aprilis 1782, aetatis suae septuagesimo quinto, religionis autem anno quinquagesimo septimo.

744. — Adm. R. P. Ludovicus, filius Iacobi Radich[3] de Epidauro. Expleto tirocinii anno, in Italiam studiorum causa profectus est. Ibi tantum in sacris divinisque litteris profecit, ut necdum sacerdotio insignitus in celeberrimo Lucae coenobio, quod inter prima nostri Ordinis formalia Studia numerabatur, Philosophiae Lector cathedram ascenderit, et deinde Theologiam explanare aggressus sit. Hoc munus per decem annos tum in Italia tum in patria sua, magna nominis sui laude, auditorumque suorum admiratione et progressu sustinuit; et postquam hoc temporis decursu Custodis ac Definitoris gradum ei Patres merito contulerunt, Iubilationis laurea fuit decoratus. Magna erat sua in Deum et in proximum, qua ardebat, charitas; Creatoris sui gloriam promovendi, salutique animarum prospiciendi fuit studiosissimus. Sanctissimi Iesu nominis christisfidelibus pietatem augere, immo Sodalitia in huius sanctissimi nominis honorem instituere in deliciis habebat. Sacras et italico et illyrico sermone conciones maximo animi sui fervore magna dicendi copia et vi, et incredibili adstantium fructu, persaepe habebat. In adventu illmi et rmi d. Nicolai Pugliesi Archiepiscopi Ragusini sacram-panegirico-moralem in hac Cathedrali ecclesia apud omnes nostrorum civium ordines orationem idiomate latino habuit; quae Anconae typis Petri Pauli Ferri 1770 edita fuit; nec non illyrico idiomate piissimum ac perutile opusculum, quod *Rukolisti Duhovni* nuncupaverat, Liburni anno Dni 1776 typis mandavit[4], illudque propinquo suo Antonio Casilari, spectando ragusino civi, dicavit. Ad audiendas piaculares poenitentium confessiones eosque e vitiorum coeno ad meliorem vitae rationem revocandos, erat assiduus; continuo et ubicumque versabatur, orationi deditus, aliosque ad assidue orandum hortabatur. Quamquam fuit ille vir doctissimus, omniumque oculos ac venerationem ad se convertebat, semper unicuique hominum coetui affabiliter praesto erat, et perhumiliter semper de se ipso sentiebat. Tandem ad propagandam Iesu Christi fidem Corcyram[5] se contulit, et deinde Sanctae Maurae Insulam petiit; ubi multos ex illis incolis schismate infectos sanctae Romanae Ecclesiae communioni restituit. Hinc aliorum schismaticorum, qui

[1] Radović; Potomgne — Potomje. [2] Maslač. [3] Radić.

[4] Librum etiam edidit orationem latinam in morte Archiepiscopi Ragusini defuncti anno 1676. Cf. Gliubich, *Dizionario*, p. 263. [5] Corcyra Nigra — Curzola — Korčula

in errore pertinaciores persisterunt, invidiam, odiumque nactus, ibidem, uti creditur, venenatus in aedibus cuiusdam domini Corafà spiritum Deo reddidit, die 4 augusti 1782, expletis quadraginta septem aetatis suae annis, religionis vero triginta duo; cuius corpus in ecclesia Immaculatae Conceptioni Beatae Mariae Virginis dicata, tumulo contectum requiescit.

745. — P. Ladislaus Mathias, filius Ioannis Marcovich[1] de Umbla, fuit vir bonus, ingenuo candidoque animo apprime praeditus, et non mediocri doctrina ornatus. Dum Franciscus M.ª Sorgo-Bobali e nostra familia, Stagnensis Episcopus renuntiatus, Romam versus iter aggredi statuebat, hunc religiosum virum itineris sui socium sibi adscivit. Sacras piaculares christifidelium confessiones benevole excipiebat; pluries, praesertim quadragesimali tempore, in hac etiam nostra ecclesia conciones habebat; illas et linguae facundia et vocis flexibilitate et vultus maiestate ita condiebat, ut unus ex primis illyrici idiomatis tunc temporis concionatoribus apud nos haberetur. Fuit etiam novitiorum Magister, ac tandem coenobii in insula Daxae Guardianus. Quivis Daxae Coenobiarcha, uti in more positum erat, vel alius nostri Ordinis sacerdos illius loco, uniuscuiusque anni die S. Eliae festivitati dicato, ob quaestuas, quae ibidem fieri solebant, ad Missam in sacello non procul ab ecclesia parochiali de Ossonik[2] Deo, nomine eiusdem Sancti Prophetae, sacrato, celebrandam se conferre consueverat. Ladislaus ergo summo mane festivitatis dictae illud sacellum adivit, sed in eius adventu ipsius sacelli ianuas apertas nondum invenit. Itinere defessus, sudore madefactus, in una illius coemeterii sepulcrali petra recubans obdormivit, ibique tantum frigidefactus fuit, ut non modo unquam convaluerit, quin immo paullatim phthisi consumptus, extremum sibi diem absque dubio appropinquare senserit. In hoc valetudinario, quo nimis sero se conduxit, nullumque infirmitati suae de consilio medicinae remedium praeberi potuit, dum sese ad aeternitatis iter faciendum praeparabat, saepius dicere auditus est, sibi in votis esse, die S. Ioannis Evangelistae, quem inter divos Patronos suos praecipue colebat, festivitati dicato, ex hac terrena valle ad supernam patriam migrare. Ita evenit; nam die 27 decembris anni 1782, trigesimo sexto aetatis suae, religionisque decimo octavo expleto anno, Creatori suo inter nostrorum Religiosorum preces spiritum reddidit placidissime.

746. — Fr. Elias Frobok de Prizdrina, Rathanensis peninsulae pago, laicus, ingenio rudis, indole asperior, animoque nec disciplinis nec rerum usu expolito, mortuus est in Slanensi coenobio die 24 iulii 1783, aetatis suae annorum triginta sex, et religionis duodecim.

747. — Fr. Vincentius, filius Nicolai Martelletti aurificis de Ragusio, fuit adolescens probus, pius et vere religiosus. Sed lenta quadam febri, qua corpus suum tabescebat, iamdiu laboravit, ab eaque ad extrema cito deduci videbatur. Mater Vincentii, quae tenero eum amore prosequebatur, ad melius valetudini eius quodammodo consulendum, ut domum propriam infirmum filium adducere possit a Superioribus expostulavit, ibique die 7 septembris 1783 animam religiosus iste exhalavit. Vespertinis vero horis Fratres nostri, supplicatione in comitandis funeribus consueta, cum accensis cereis illum in coenobium transtulerunt, et deinceps inter nostros tumulo condiderunt. Duos et viginti annos natus, Diaconatus ordinem susceperat, quorum quatuor tantummodo annos in religione exegit.

[1] Marković. [2] Osojnik.

748. — P. Ignatius, Matthaei Sciseich[1] filius, de Umbla, nostri Ordinis sacerdos, iucundam, hilaremque sortitus indolem, in loquendo facetus, et fortasse non sine aliqua regularis observantiae iactura, aliquanto liberior visus est. Per multos annos pharmacopolae artem, quam bene noverat, hic apud nos exercuit; sed ob nimiam eius liberalitatem ab hoc munere Superiores nostri omnino illum removendum esse duxerunt. Semel coënobii Cunnensis Guardianus fuit electus; at numquam, etsi ad tardiorem senectutem pervenerit, Definitoris gradum obtinuit. In variis Provinciae coenobiis, uti familiae socius, Guardianis addebatur; in omnibus tamen locis, quae ad tempus incoluerat, aegrotis perhumaniter praesto erat, illosque et consiliis et opportunis herbarum remediis, in infirmitatibus etiam illis, queis pene ulla salus speranda fuerat, et uti pharmacopola et uti medicus, saepius e mortis faucibus eripiebat. Appropinquante sibi morte, conscientiae suae directorem A. R. P. Lectorem Antonium Aghich[2], eximium doctumque virum, elegit; dieque 17 augusti 1784, septuaginta novem aetatis suae annorum, religionis vero quinquaginta novem, pretiosam in conspectu Domini mortem oppetiit.

749. — R. P. Augustinus Mª. filius Vincentii Givulin[3] de Umbla, optimis moribus et christianae patientiae et regularis observantiae rarum omnibus exemplar fuit; et quamvis nec vivacioris nec perspicacioris ingenii vir, tamen Theologiae illius, quae ad christianos informandos mores pertinet, studio deditus, sacra illa doctrina perbelle animum suum locupletavit. Pluries fuit novitiorum Magister, pluries in variis Provinciae huius nostrae coenobiis Guardianus; nec non in hac nostra Ragusina ecclesia sacristae munus obivit, et Definitoris gradu ibidem pluries fuit honestatus. Laterum doloribus lethaliter correptus, dum annos aetatis suae octoginta tres, religionis sexaginta tres exegerat, in hoc valetudinario sancte pieque expiravit.

750. — Fr. Natalis, Pauli Scirun[4] Medioinsulani filius, suscepto iam Diaconatus ordine, de se probus adolescens optimam spem praeseferebat. Propinquos parentesque suos visendi causa in Insulam Mediam se contulit; sed variolarum morbum, quo iam hic infectus fuisse videtur, secum illuc tulit inter suos. Febris morbique malignitate ad extrema redactus, post quatuor dies sui in illam Insulam adventus, Creatori suo animam illic reddidit, die 11 februarii 1785, aetatis suae vigesimo quarto, religionis septimo anno nondum completo.

751. — Fr. Aegidius, filius Petri Matthaei de Ragusio, laicus, nec multum habilis, nec ad hoc regulare Institutum, quod elegerat, valde aptus fuit. In huius nostrae ecclesiae sacrario servitutem suam vel mediocriter impendere pene semper consueverat. Mortuus est die 7 decembris 1785, annorum aetatis suae duorum et sexaginta, religionis autem quadraginta.

752. — Fr. Ioannes, Ioannis Scivkovich[5] de Umbla filius, cooptatus fuit inter laicos. Fuit natura ad iram, vel ex parva causa, proclivis; sed eodem tempore et virtutis et religionis fraeno semetipsum domare, iramque in mansuetudinem et patientiam commutare diligentissime noverat. Ioannes primus ex ragusinis Fratribus laicis post Italos, qui in coenobio nostro lanificii artem per anteactum tempus exercebant, huius artis magisterium inter nostros laudabiliter exercuit. Sed huic muneri, cui summa Superiorum satisfactione per plurimos annos functus erat, ob iam gravescentem aetatem suam inhabilis redditus, coenobii ianitoris officium ei fuit deman-

[1] Sišić. [2] Agić. [3] Gjivulinović. [4] Širun. [5] Živković.

datum; quo in officio, quantum vitae illi supererat, omne id tempus in orationibus, in Missis audiendis, aliisque pietatis operibus consumpsit. Die 15 decembris anno Dni 1785, nonaginta aetatis suae annorum et religionis sexaginta novem, in hoc nostro valetudinario pie sancteque in Domino obdormivit.

753. — Fr. Ioannes Baptista, Pauli Nicolini Radovich[1] de Rathanea peninsula filius, clericus diaconus, fuit felici memoria, perspicaciori ingenio, sed, quod in religioso viro praestabilius est, angelicis moribus a Deo ditatus. Has eximias dotes in optimae spei iuvene Superiores nostri conspicientes, illum in Lucae, Thusciae celeberrimae urbis coenobium, ad animum philosophicis sacrisque doctrinis magis magisque informandum, mittendum esse duxerunt. Omnium ibi Patrum benevolentiam et praedilectionem sibi comparavit; sed Lectorum suorum praesertim animum ita sibi devinxit, ut illum et amore prosequentes et in studiorum progressu de die in diem summopere admirantes, Philosophiae cathedram quocitius ei collatam omnes exoptarint. Sed Deo aliter de hoc iuvene disponente, pectoris dolore phthisique laborare coepit; ideoque de medicorum consilio aeris salubritatem illamque coeli clementiam, in qua natus est, subito repetere coactus fuit. Iter faciens P. Vitali Boscovich, ex hac nostra familia sacerdoti, in patriam pariter reduci, se sociavit. Adriatici maris insulam aliquanto a nobis remotiorem, inter Dalmatiam et Istriam sitam, quae vernacula lingua *Loscign*[2] appellatur, ambo appulerunt, ibique in privatas aedes se receperunt; sed Fr. Ioannes Baptista morbo defatigatus, viribusque omnino destitutus, paucos post dies, omnibus Ecclesiae Sacramentis munitus, novembris mensis decursu 1785 ex hac ad meliorem vitam migravit. Viginti tres annos, nonnullosque aetatis suae dies, religionis vero nostrae septem annos exegit.

754. — P. Vitalis, filius Thomae Natalis Boscovich in Oroovi Doo[3], dioecesis Tribuniensis infidelium partibus pago, natus, Instituti nostri fuit vir observantissimus. Quamvis ipse crassam minervam, obtusamque ingenii aciem a natura sortitus, indefessa tamen assiduitate ita studio vacavit, ut tantum memoriae tantumque ingenii acquisiverit, quantum ad duo publica tentamina, unum Philosophiae, Theologiae alterum, non sine magno eruditorum hominum concursu et satisfactione, in hac nostra ecclesia, uti de more, sustinenda illi satis fuerunt. Tanto deinceps in studia amore exarsit, ut, quamvis hic ab eo absoluta essent, tamen ad magis magisque in illis proficiendum Italiam petere obtinuit. In patriam redux supradictum Fr. Ioannem Baptistam itineris socium nactus est; sed, vix praedictam insulam attigerunt, socium confratremque suum, cui sicut in itinere ita cunctis in morbi incommodis praesto erat, non sine maximo animi moerore extrema fata subeuntem conspexit. Incredibili hinc dolore confectus ipse quoque eodem loco fata eadem paucos post dies subiit die 22 novembris 1785, aetatis suae annorum duorum et triginta, et religionis undecim, per sacerdotem animarum illic curam gerentem omnibus Sacramentis praemunitus.

755. — P. Archangelus, Iacobi Radich Epidaurensis filius, A. R. P. Lectoris Ludovici[4] natu minor frater, omnia studia in Italia maxima laude absolvit. Quamvis admirabili memoria sublimique ingenio ornatus extiterit, tamen vix e studiis egressus scholasticis occupationibus illico valedixit, totumque se Musicae ita dedit, ut non solum in organis pulsandis neminem sibi hic parem habuerit, verum etiam

[1] Radović. [2] Lošinj = Lussino. [3] Bošković; Orahov do. Val di noce = Orašac.
[4] Cf. n. 744.

choralem cantum et verba chordis ad flexibiliorem concentum, molliorenque harmoniam redactis sociare optime noverit. Indolis tamen fervidae fuit, et pene ad omnia paratae. Dum hebdomadalia experimenta inter Philosophiae et Theologiae auditores in gymnasio nostro domestico apud Ordinis Lectores ceterosque Patres fiebant, ipse etiam quandoque illuc adveniebat; et theses atque argumenta in disputationem adducta eo animi ardore, ea vi refellebat, ut non solum auditores, sed Lectores etiam ipsos confutare et redarguere quodammodo videretur. Esset quidem laudabilis eximiusque Instituti nostri assecla, ni vino plus nimio indulgens paullatim talis vitiosa affectio ita illi adhaesit, ut nunquam minui, sed in dies augeri Coenobitae facile intelligerent. Superiores ergo illum ab hoc coenobio removendum esse et in illo Daxae Insulae collocandum duxerunt. Quid inde? Illic quoque occasione nacta, tantum vini, quantum usque ad satietatem, ad ebrietatem usque, hauriebat. E Daxa vero (quomodo tamen omnino ignoratur) in Dalmatiam perrexit, et in Signense [1] coenobium se recepit, ubi post aliquod tempus, currente novembris mense anno 1785, aetatis suae annorum quadraginta septem, religionis unius et triginta, suam exuit mortalitatem.

756. — Fr. Nicolaus, communiter dictus de Popovo, sed in nostrorum tironum libro filius Stephani Vucovich [2] de Slano nuncupatus, fuit homo valens, robustus, laboriosus et ad exequenda munia laicalis conditionis, cui se addixit, valde habilis atque aptus. Eodem tempore fuit humilis, obediens et pius. Plenus dierum, viribusque in senectute sua destitutus, huius coenobii ianitorio officio fungebatur. Tandem in valetudinario nostro octoginta circiter aetatis suae annorum, religionis autem quinquaginta quinque in osculo Domini e vivis decessit.

757. — A. R. P. Honorius, Petri Maltempich [3] de Ragusio filius, omnibus in Italia studiis honorificentissime absolutis, ibi et Philosophiae et Theologiae cathedram per aliquot annos est moderatus. In patriam regressus eadem Lectoris munera hic et prosequutus est, et consueto Lecturae curriculo satisfecit, donec emerito Iubilationis praemio fuit donatus. Acuti ingenii vir, in Theologia praesertim acutum cernebat, profundiorisque scientiae Lector existimabatur. Summa adstantium admiratione et satisfactione, necnon summo christifidelium animarum lucro sacras conciones illyrico idiomate habebat. Definitoris, Custodis, huius Ragusini, Umblensis et Canalitani coenobii Guardiani munera sustinuit. His omnibus muneribus tamen, necnon voce activa et passiva, ex illmi et rmi Episcopi Fr. Anselmi Cattich [4], Visitatoris et Apostolici Delegati, sententia fuit defraudatus; post paucos tamen annos, omnibus officiis et dignitatibus redintegratus, ad eaque iterum consequenda habilis adiudicatus fuit. Gravescente aetate, de sobrietate aliquantulum decessit; vinique pessima affectio maiores de die in diem in illo vires acquirebat. Huius vitii sui pene initio, quadam die ragusinae reipublicae Rectorem, suosque Consiliarios in minori Consilio adivit, illisque significavit, esse quosdam male affectos viros, qui adulterinas publicanorum telonii claves ad illud depraedandum condiderunt; quibus tamen clavibus suo consilio et opere in mare submersis, nihil inde huiusmodi mali evenisse. Ignotis scelestium horum hominum nominibus, quae nunquam delator patefacere volebat, ut sibi pro certo hoc crimen aliquo modo habere possent, Rector cum suis Consiliariis illico dictas adulterinas claves in illo, quem sibi circumcirciter perspectum inutiliter crediderant, maris tractu piscari iusserunt; sed nullo modo poterant inveniri. Haec Honorii de-

---

[1] Sinj. [2] Vuković. [3] Maltenpić. [4] Katić.

latio, partim imprudentiae, partim etiam ebrietati suae a nonnullis tributa fuit; illamque nominis sui existimationem, quam antea ille, et maximam quidem, apud omnes civium ordines habebat, apud omnes cito amittendam esse cognovit. Provinciae itaque Moderatores, et ut a civium conspectu, et ut a quacumque ebrietatis occasione eum removerent, Daxae ei coenobium assignarunt, ubi per aliquot annos reliquum vitae peregit. Numquam tamen vitiosam affectionem illam, quae potius proclivis bibendi cupiditatis morbus vocanda est, potuit superare; immo, si poculum fortioris aceti plenum in mensa aliquando sese illi offerebat, illud tamquam simplicis aquae poculum absque ullo discrimine exhauriebat. Die prima martii anno Dni 1787, in cubiculo suo inopinata morte correptus, animam exhalavit; octavus tamen dies vix elapsus fuit, ex quo ad piacularem Confessionem, conscientiae labes abstergendi causa, accesserat. Septuaginta annos aetatis suae, religionis quinquaginta quatuor exegit.

758. R. P. Timotheus, Ioannis Glegh[1] filius, fuit acutus, moribusque integerrimis vir. Multos annos in Dalmatia concionandi causa exegit. Post suum in Provinciam reditum, Vicarius, huius nostrae ecclesiae sacrista et tandem Definitor fuit renuntiatus. Non est quidem inficiendum, illum ad quascumque partes sectandas nimis proclivem et facilem fuisse; namque in hunc etiam bonum virum, ab aliis quidem seductum, a supradicto Visitatore et Apostolico Delegato, illmo et rmo Episcopo Cattich lata fuit sententia, quae et illum, uti nonnullos alios Patres, activa voce et passiva privatum declaravit. Non solum tamen Timotheus post paucos elapsos annos huius iniuriosae poenae absolutionem promeruit, verum etiam Definitoris, Custodis et Guardiani gradibus fuit honestatus. Illyricum idioma mirabiliter callebat; sic enim de illo A. R. P. Sebastianus Dolci in suo Litteratorum Virorum, qui in Ragusina ditione claruerunt, Prospectu, Venetiis 1767 in typographia Stortae edito, testatur: « Timotheus Glegh Ord. Min. plurima vertit illyrice; praesertim opus scenicum « P. Nicolai Ptolomaei e Societate Iesu inscriptum: *La vocazione di S. Luigi Gonzaga* « *alla Compagnia*, nonnullas Lectiones Spirituales P. Caesaris Calini eiusdem « Societatis; et fere omnia abbatis Metastasii Dramata, cuius rei venustatem, sen« sum saltem apprime assecutus est ». In hoc nostro valetudinario die 8 octobris 1787, nonagesimum primum aetatis suae, religionis septuagesimum quartum agens annum, pie religioseque mortalem hanc vitam cum immortalitate commutavit.

759. P. Ambrosius, Stephani Cosich[2] de Sabiuncello filius, felici exitu sua studia Mediolani absolvit, quibus absolutis in Provinciam reversus, Philosophiae cathedrae fuit Moderator. Hoc curriculo confecto, huiusmodi studiis omnino valedixit, totumque se illyricis concionibus dicavit; eoque nominis novus concionator pervenit, ut ad hoc sanctum ministerium sustentandum a Deo quidem unice servatum esse unusquisque fateretur. Semel Sabiuncellensis coenobii fuit Guardianus, cuius officii vix primo exacto anno, Definitorii nostri Patres ab illa eum administratione amoverunt; simulque ab omnibus aliis dignitatibus per quatuor tantum annos exclusum declaravere. Nondum annus cum dimidio post hanc sibi inflictam poenam elapsus erat, quum gravi malignaque febri correptus in valetudinarium nostrum se contulit, mortemque sibi imminentem esse animadvertens, summa divinae voluntatis conformatione ac pietate omnia Sacramenta poposcit. Tunc temporis antequam viatica refectus esset Communione, coram omnibus Fratribus a Deo et ab iis veniam petens,

[1] Glegj. — Cf. Gliubich, p. 159.

[2] Kosić.

huiusmodi habuit allocutionem, ut ab omnium oculis lacrymarum copiam elicere valuerit; deinceps eorum orationibus se fervide commendans die 22 decembris anno Domini 1787, quadraginta quatuor aetatis suae, religionis octo et viginti annos habens, in Domino obdormivit.

760. P. Sebastianus, filius Blasii Keles[1] de hoc Ragusino suburbio, candidos mores, egregiamque indolem sortitus, in hoc nostro gymnasio omnia studia perfecit, ingeniumque suum non mediocri doctrina excoluit. Sicut in diversis Provinciae coenobiis Guardiano socius addebatur; ita omnibus aliis occupationibus posthabitis, piscationi tantummodo et venationi, quarum desiderio perdite semper tenebatur, per aliquot annos vacavit. Quadam vero nocte, piscandi causa hispidos, nudosque scopulos, qui vernacula lingua *Grebeni*[2] appellantur, pererrans, praeceps ruit, et conquassato pectore per aliquot horae momenta vix anhelitum quidem ducere potuit. De hoc periculoso suo lapsu nemini unquam ne verbum quidem fecit; neque ad valetudini suae prospiciendum, nisi quum lenta febri, phthisique pene perditus in valetudinarium nostrum se contulit. Hic brevi se moriturum praesensit, atque ad piam sanctamque mortem obeundam se praeparare deliberavit. Generali igitur peccatorum suorum confessione expiatus, Superiores suos, ut ad sacrum peragendum sacras sibi vestes suppeditare vellent, exoravit. Sacrificii tempore totum animum ad se advocavit, tanta fuit in eo pietas, tot suspiria, tot lacrymas effudit, ut in omnibus adstantibus et pietatem et lacrymas excitarit. Quae fuit extrema dies anni 1787, fuit quoque Sebastiani vitae dies extrema, qua pie sancteque animam Deo reddidit, aetatis suae annorum triginta, decem vero nostrae religionis.

761. Fr. Michael, Antonii Devetak de Slano filius, in laicali conditione, quam amplexus est, fuit vir omni laude dignissimus; nam moribus, humilitate, obedientia, multaque in obeundis officiis ei demandatis dexteritate, quamplurimis aliis praeluxit. Phthisi eum (sed quando et quomodo, omnino ignotum) infecit; qua consumptus divinae voluntati se humiliter demisseque conformans, sanctisque Sacramentis praemunitus, in hoc valetudinario die prima octobris 1788 ad coelestem patriam migravit. Vixit annos quadraginta duos, quorum decem in religionis nostrae Deique servitute peregit.

762. P. Ignatius, Corcyrae Nigrae seu Curzolae natus, Divi Hieronymi in Dalmatia Provinciae sacerdos, apud nos infirmitati suae consulendi causa advenit; sed phthisi iamdiu infectus, in valetudinario nostro die 4 aprilis anno Domini 1789 pie defunctus est.

763. Fr. Ludovicus, Pauli Antonii Radovich de Potomgne[3], Rathaneae Paeninsulae pago, filius, clericus noster, Philosophiae auditor, optimi ingenii, summaeque expectationis adolescens, indefessa assiduitate, praecipuoque animi fervore in studium incumbebat. Fuit eodem tempore integra puraque conscientia, angelicisque moribus ornatus. Theses philosophicas publico in tentamine, in hac nostra Ecclesia habito, laudabiliter defendit. In hoc coenobio e quadam muri duorum tantummodo passuum altitudine ita praeceps decidit, ut illico mala pectoris affectione coeperit laborare; sed morbum omnino dissimulans, illum nemini adaperuit; donec ab eo in lethale discrimen sese abductum esse perspexit. Omnia tunc et medicorum consilia et medicinae remedia ei fuere inutilia; ideoque paternam domum, illamque aeris salubrita-

[1] Kelez. [2] *Greben* = roccia in mare, scoglio roccioso = saevus scopulus. Inveniuntur hi scopuli non longe a scopulo Daxensi. [3] Radović; Potomje.

tem, quae nascentem eum excepit, repetens, brevi elapso tempore, ibi die 2 augusti 1791, vigesimum secundum aetatis suae, religionis quintum annum agens ex hac miserrima valle ad aeternam requiem transivit.

764. R. P. Raphael Zibilich[1], antea dioecesis Stagnensis saecularis sacerdos, postquam paroeciam Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo in Sabiuncello, cuius animarum curam et charitate et vigilantia summa per multos annos administraverat, dimiserit, quinquagesimum quartum aetatis suae agens annum inter nos cooptari, nostraeque familiae nomen dare et desideravit et obtinuit. Pacis suae fuit homo, et ad tranquillitatem, bonitatemque suapte natura proclivis. Theologiae, quae ad mores spectat, tractatus optime callens, in christifidelium noxis sacramentali Confessione expiandis assidue versabatur. Semel Epidaurensis coenobii fuit Guardianus, et semel Definitor. Sancte pieque, ut vixit, in hoc valetudinario nostro, aetatis annorum septuaginta quinque, et religionis unius et viginti, die 22 novembris 1791 naturae debitum reddidit.

765. A. R. P. Angelus, Ioannis Florii Dolci (Slade) de Ragusio filius, clarissimi viri P. Sebastiani Dolci frater natu minor, completo in Italia laudabiliter curriculo, ibidem Philosophiae et Theologiae Lector cathedras est moderatus. In Provinciam nostram demum se contulit, in qua et Theologiam ad perficiendum lecturae decennium edocuit, et Iubilationis lauream cum iure merito est consequutus. Magni ingenii fuit vir, mentisque perspicacioris; sed necessaria sese in dicendo explicando, sensaque sua exponendi facilitas ei defuit. Hac de causa etsi fratrem in doctrina aequiparare posset, inter eruditos tamen, doctosque viros nec claruit, nec quoddam, uti par erat, celebritatis nomen acquisivit. Pluries in hac nostra Ecclesia esurialibus feriis illyrico, semel etiam italico idiomate in maiori ragusino templo conciones habuit. Sed ad hoc munus, omnibus illis dotibus, quae in sacro oratore requiruntur, a natura minime instructus, ne mediocrem quidem famam evangelicus praeco sibi comparavit. Perhonestus tamen, candidus, ingenuusque vir erat, et tranquillitatis amantissimus. Definitoris, Custodis, totiusque tandem Provinciae Ministri dignitatibus fuit adauctus. Huiusmodi administrationis metam iam iam attingebat, quum omnibus his honoribus, ceterisque in posterum in Provincia obtinendis privatus fuit; eo quod Praeses, qui eum his privavit, plus nimio inflexibilis et inhumanus visus fuit. (Vide supra in P. Dominico Benvenuto Radibratovich sub n. 745). Post quatuor tamen annos omnes ei gradus honorifice restituti ac omnia pristina iura eidem redintegrata fuerunt; immo huius studii Praefecturae diplomate fuit condecoratus, ac Epidaurensis coenobii Guardianus et Definitor ab unanimi Patrum consensu renuntiatus. Viribus se magis magisque in diem debilitatum et ad quodcumque negotium inhabilem invalidumque recognoscens, in hoc valetudinarium nostrum se recepit, ubi inter prandendum aliquanto grandiusculo cibi frustulo (nam ne unus quidem dens ad terendam escam in maxillis eius numerabatur) gutturis fauces ita sibimetipsi obstruxit, ut illico animam efflaverit. Dies decimaquarta decembris anni 1791 fuit eius vitae extremus dies, aetatis suae septuagesimo quinto, religionis quinquagesimo nono peracto anno.

766. Illmus et rmus Fr. Anselmus, filius Michaelis Ghjurcovich[2] (uti in nostrorum tironum libro legitur), sed communiter Cattich[3] cognomento dicitur, de Iaseniza, paroeciae Stravciensis in Canalibus pago. Politioribus litteris hic apud Patres

---

[1] Ciblić vel Cibilić. [2] Jurković. [3] Katić.

Societatis Iesu operam dedit; deinceps ad hanc nostram Ordinis Minorum Familiam aggregari voluit. In Philosophiae ac Theologiae studia sic incubuit, ut Lectoris Iubilati titulum, maximamque sui existimationem obtinuerit. Dum Theologiae cathedram moderabatur, ad Definitoris gradum fuit evectus. Difficile dictu est, quantum prudentia, vitae integritate, singularique doctrina praestiterit. Clarissimus vir Iacobus Coleti in *Illyrici Sacri* volumine sexto, ubi de Ragusina ecclesia, eiusque suffraganeis agit, pag. 317 eximias Anselmi dotes vix primis labiis attingere visus est. Ab omnibus, et maxime a patriciis Viris magni factus, et amatus, a Ragusino Senatu Tribuniensis et Mercanensis Episcopi dignitate anno Dni 1760 fuit insignitus. Romam profectus a Clemente XIII Summo Pontifice huiusmodi nominationis approbationem obtinuit, postquam consuetum scientiae examen maxima purpuratorum Patrum illorum, qui ibi adstiterant, admiratione et laude subierit. Unus ex his Cardinalibus, tamquam Examinator adhibitus, a Summo Pontifice interrogatus, quid de hoc electo Antistite sibi videretur, sic respondisse ei fertur: « Tribuniensis et Mercanensis Antistes est quidem scientiae arca; et si Sanctitas Vestra quatuor quoque Episcopos adsimiles haberet, crastina die Generale Concilium indicere potuisset ». Ab illo Emo Cardinali, qui eum in Episcopum consecraverat, pretiosis sacris vestibus ad Missae sacrificium necessariis Anselmus noster fuit perhumaniter donatus, idemque in patriam reversus, easdem, quae adhuc etiam servantur, Divi Blasii Patroni nostri Ecclesiae dono obtulit. In Trebignae pago inter Turcas per quinque annos commoratus, in commissi sibi gregis salutem, christianamque institutionem pastorali sollicitudine ac incredibili labore incubuit. Anno vero 1765 a nostro Rmo P. Generale (sic Summo Pontifice iubente) huius Provinciae nostrae Visitator extraordinarius et Apostolicus Delegatus fuit renuntiatus. Omnia Provinciae coenobia diligenter perlustravit, illamque in noxios Religiosos viros sententiam tulit, quae illi honesta et aequa et ad concordiam pacemque inter Fratres, qui valde eam exoptabant, restituendam atque consolidandam accommodata videbatur. Cum tamen Turcarum vexationes et iniurias, quibus assidue in Dioecesi sua conflictabatur, diutius ferre non posset, in Cepikuchje [1] apud Primoriem, Ragusinae ditionis vico, qui suae Dioecesi propinquior et finitimus est, in domo Georgii Lallich [2], hominis inter illos villicos et honestioris et ditioris, domicilium collocavit. Quamvis a suo grege, illiusque Pastoribus tunc temporis absens, erat semper iisdem quodammodo praesens, namque et ipsi illum cunctis diebus facile adire poterant, et ille ipsos consiliis, monitis, praeceptisque quovis tempore et regere et adiuvare non omittebat. Solitudini huic suae tum multiplicia suae dignitati adnexa munera, tum etiam latina carmina, quibus ab ipsa iuventute conficiendis summopere delectabatur, quorumque adhuc extat aliquod exemplar, non parvum levamen afferebant. Ibidem post annos duos supra triginta episcopalis regiminis, inopia potius, miseriaque pressus, omnibus Sacramentis susceptis, die 24 ianuarii anno Dni 1792 obiit, peractis aetatis suae annis sex et septuaginta, religionis nostrae quinquaginta sex. Eius corpus e Cepikuchje in nostram Slanensem ecclesiam fuit delatum, ibique tumulatum requiescit [3].

767. P. Marius, filius Bartholomaei Garmogljesi [4] e spectando Ragusinorum civium coetu, tirocinio apud nos peracto, in Italiam studendi causa perrexit. In his

---

[1] Čepikuće. [2] Lalić.

[3] Cfr. Fabianich, II, p. 220. Gliubich, p. 80, ubi describitur ut « profondo teologo e poeta latino; come attestano le molte sue *elegie* inedite ». [4] Garmoljezi.

studiis vel modice profecit. Nec quidem ingenio caruit, immo perspicaci mentis acumine pollebat, sed ad omne aliud magis quam ad studendum mentem, animumque suum ibi convertit. In patriam cito redux fuit, ubi brevem inter nos moram traxit, iterumque in Italiam se conferre constituit. Paullo tamen post hunc sui in Italiam adventum, Rmi nostri Ordinis Patris Ministri Generalis iussu in aliquem Provinciae Divi Thomae sacrum Recessum se recipere debuit; atque in illo commoratus est, donec ab eodem Provinciam nostram iterum adeundi facultatem obtinuit. A nostris Patribus perhumaniter receptus, nescio quo eventu a Superioribus uti Praeses Medio insulani coenobii in illam Insulam fuit missus, ex qua iterum iterumque Italiam revisens armatas reipublicae Venetae naves conscendit, in illisque religionis, cultusque ministerio per aliquot annos functus est. Tandem in nosocomio, quod Venetiis ad aegrotos nautas excipiendos sub Divi Blasii nomine conditum assurgit, non sine sufficienti emolumento oeconomicam ac spiritualem curam gessit; ibidemque a Summo Pontifice regulari observantiae valedicendi et inter saeculares presbyteros se adnumerandi facultatem impetravit. Hoc autem consilium suum ad effectum ducere minime potuit; nam die octava martii anni 1792, morte omnia eius vota praeveniente, illum non modo sacro nostri Ordinis habitu, verum etiam et illo nosocomii munere et vita ipsa expoliavit. Annos aetatis suae quadraginta, religionis vero nostrae duo et viginti explevit.

768. Fr. Paschalis, filius Petri Baletin de Stravcja[1] in Canalibus, inter laicos a nostris cooptatus, fuit vir summopere industrius, et raro quidem ingenio a Deo donatus. Quidquid machinalis artificii oculis suis conspiciebat, hoc industria sua, manibusque perficere haud ignorabat. Coementarii, fabri-lignarii, fabri-ferrarii, sutoris artes, artiumque regulas (mirum quidem!) nullis unquam a nemine praeceptis instructus, et bene noverat, et optime exequebatur. Sed hoc quoque mirabilius: in aere liquefaciendo, in metallis fundendis, in horologiis construendis non ordinarius quidem, sed praestantissimus artifex putabatur. Unicuique coenobio Provinciae nostrae horologium, non ex ligneis, sed ex chalybeis rotis, a se excogitatum, suisque manibus compositum dono obtulit: immo hoc publicum Ragusinum horologium, cuius horarum index viginti quatuor horas illatenus usque signabat, ad duodecim tantum signandas in meliorem formam non sine magno labore reduxit. Quamobrem Senatus Ragusinus, ut ob grati animi sui significationem quotannis toto vitae suae tempore pro hoc publico beneficio triginta ducata eidem solvantur, liberaliter mandavit. Paschalis vero, ut hac pecunia marmoreum columellarum septum, quod ante maius huius nostrae ecclesiae altare et adhuc conspicitur, Superiorum suorum consensu collocaretur, curavit. Fratre Ioanne Umblensi, laico, lanificiique nostri praefecto, de quo supra (n. 752) dictum est, vita functo, lanificio nostro usque ad extremam senectutem praefuit vigilanter. Tot inter continuas occupationes tamen erat Regulae Divi Patris Francisci observantissimus; obedientia enim, humilitate, paupertate ac peculiari pietate coeteris praefulgebat. Omnibus Sacramentis corroboratus, magnumque sui in hoc coenobio desiderium relinquens, die 25 iunii 1792, aetatis suae annorum septuaginta septem, religionis autem sex et quinquaginta, dum Fratres animam eius Deo commendabant, eam placide exhalavit.

769. P. Bonaventura, Nicolai Vucovich, vulgo Mušeta[2], de Ragusio filius, maximae spei, maximique ingenii fuit adolescens. Nihil tamen haec ingenii vis illi

[1] Stravćja. — Cf. Fabianich, II, p. 220. [2] Vuković.

profuit; namque illud non ad severiores disciplinas, uti debuerat, sed futilis et irrequietus homo ad ineptias tantummodo convertit. Quamvis in Italiam ad animum suum sacris doctrinis informandum a Superioribus missus fuerit, in propriam tamen Provinciam in medio studiorum cursu rediit inopinate. Ob quamdam suam culpam levi quidem poena a Superiore multatus, apud hanc Ragusinam Divi Patris Dominici familiam confugium petiit et invenit; unde post aliquem mensem patriam deserere, iterumque Italiam petere deliberavit. Brevi tamen temporis intervallo in Italia commoratus est, patriosque sibi lares quo citius iterum repetendos esse satius duxit. In nostrum coenobium, miseratione quadam commoti, Superiores nostri illum benigne exceperunt; immo, ut primum Sacrum die Divo Bonaventurae dicato in nostra ecclesia peragat, meliorem aliquam in eo, sacro sacerdotii charactere insignito, vitae rationem in posterum sperantes, illi permiserunt. Nondum quatuor mensibus elapsis, ob quosdam eius ausus, et reipublicae gerendae rationi atque prudentiae infensos et christiano multoque magis religioso viro indignos (uti tunc vulgabatur), Senatus consulti ipsius iussu, in huius nostri coenobii carcerem miserrime detrusum se vidit. E carcere deinceps eductus, navim Anconam versus iter facientem, in Italiae ergastulis detinendus, conscendere iussus est. Ea tunc erat communis opinio. Verum Anconam devectum, vir quidam gravis et gravi auctoritate pollens, eum manu prehendit, domumque suam, quasi liberum et ab omni cura solutum, conduxit. Aliquanto post, opportuna occasione nacta, transfuga in Pannoniam profectus est, et in Vilnae comitatum se recepit; ubi die 2 augusti 1792, vigesimum octavum aetatis suae, nostraeque religionis decimum tertium agens annum, mortuus est, in illaque parochiali ecclesia tumulatus [1].

770. Fr. Rogerius, Ioannis Garkese de Podimoc in Primorie [2] filius, optimus quidem erat laicus noster, obediens, humilis ac pius, eodemque tempore hilaris et

[1] In *Lettere di Ponente* (an. 1790, n. 124, p. 22) Senatus Rhac. scribit 11 martii 1790 Benedicto Stay de hac re, adiungens quod ira furoreque Bonaventura Anconae captus officio sanitatis huius civitatis memoriale quoddam porrexit, in quo describebat Senatum Rhac. nullam curam adhibere quoad materiam sanitatis: in transitu militarium Albanensium cohortium ex Bossina secreto hic duos milites fuisse sepultos etc. Falsa esse quae dictitantur a Fratre. Praeveniendam esse S. Consultam. Mittuntur chartae formatae in P. Bonaventurae processu. Culpae, quarum reus erat Vuković, summario hae sunt: celebrasse non ieiunum; nunquam confessionem suam coram Sacerdote emisisse, ex quo ex Italia rediit; quamquam iussum habuisse in Provinciam redire via recta, ad Ricci se contulisse; retinuisse et legisse prohibitos libros, sensus haereticales quoad auricularem Confessionem, Presbyterorum coelibatum et Papae primatum coluisse; domus suspectas frequentasse, honestatem plurium personarum tentasse; devotionem, devotosque SSmi Cordis Iesu parvifecisse, hos vocantes *Chordiculos;* officium non recitasse, nunquam cursu quinque carceris mensium illud recitasse, et ab initio neque voluisse Missam audire. — Stay Benedictus, Ragusii natus 1714, fuit philosophus, rhetor, orator, poeta et politicus. Adhuc iuvenis epico poemate res gestas Alexandri Farnesii prosecutus est. Cardinalis Silvius Valenti Gonzaga curavit ut adipisceretur eloquentiae cathedram apud Romanam Sapientiam. Amicitia iunctus Passionei et Giacomelli, a Clemente XIII munus obtinuit a secretis ad litteras latinas; Clemens vero XIV illum evexit qua caput Secretariae Brevium ad Principes (1769), eodemque tempore condecoratus est titulo Canonici S. Mariae Maioris, Domestici Praelati, Consultoris Iudicis et Datarii Poenitentiariae. Pius VII iussit eum conscribere Bullam instaurationis Regiminis Pontificii. Obiit 25 febr. 1801. Multa scripsit. Cfr. Gliubich, *Dizionario,* p. 287, 289. Dolci, *Fasti Letterarii,* p. 10.

[2] Garkeš; Podimoć; Prjmorie.

facetus. In filialibus nostrae Provinciae coenobiis plerumque a Superioribus destinabatur. Ibidem a P. Ignatio Seisceich [1] olim pharmacopola nostro, de quo supra (n. 748) dictum est, in praeparandis ac suppeditandis pharmacis aliquantum instructus, unguentis, cerotis, potionibus, aliisque medicinalibus herbis summo aegrotantibus villicis fuit adiumento. In hoc valetudinario religiose pieque, uti vixit, die 2 novembris 1792, sexaginta trium aetatis suae, religionis sex et triginta annorum in Domino obdormivit.

771. R. P. Clemens, Antonii Cuchjevich [2] de Sabiuncello filius, et bonus et non mediocris habilitatis fuit Sacerdos. Pluries in variis Provinciae coenobiis, sed per multos annos in illo Sabiuncelli Guardiani munus non sine Superiorum satisfactione obivit. Definitoris gradu fuit quoque semel honestatus. Omnibus Sacramentis corroboratus, nonagesimo tertio aetatis suae, religionis nostrae sexto et septuagesimo, in hoc valetudinario die 3 martii 1793 ex hac vita decessit.

772. R. P. Claudius, Vincentii Cjakaldin [3] de Ragusio filius, etsi igneae indolis et facile ad iram proclivis vir, semetipsum tamen retinere novit; ideoque fuit et probitate et pietate et coeteris dotibus, quae in religioso homine requiruntur, laudabilis atque spectandus. In quolibet extra hanc urbem, sed praesertim in Epidaurensi coenobio Guardiani administratio usque ad extremam senectutem penes illum fuit. Gradum quoque Definitoris semel promeruit. Die 5 maii 1793, septuaginta octo aetatis suae annorum, et religionis unius et sexaginta in hoc valetudinario nostro extremum diem religiose clausit.

773. R. P. Angelicus, Ioannis Marcovich, vulgo Bukva [4], de hoc suburbio, filius, quantum rudis et durae potius indolis vir, tantum tranquillitatis et societatis amantissimus. Pene semper filialibus coenobiis huius Provinciae Guardianus praefuit; semelque Definitor fuit electus. Postquam in Stagnensi coenobio e gravi morbo convaluerit, die 8 octobris 1793, languidum adhuc et debilem stomachum inter coenandum ita gravavit, ut plus nimio indigestus sequenti mane in lectulo suo exanime cadaver fuerit inventus. Sex et quinquaginta aetatis suae, religionis vero triginta octo annos vixit.

774. — Fr. Iuniperus, filius Matthaei Herendia de Mocichi [5] in Canalibus, fuit tenuis ingenii et pene nullius dexteritatis laicus, sed ob optimos mores, praecipuamque eius erga pauperes charitatem commendandus. Ianitoris huius coenobii officio functus est. Dum annum aetatis suae sexagesimum circiter et religionis trigesimum sextum peragebat, in hoc valetudinario omnibus Sacramentis munitus, die 3 decembris 1793 ad aeternitatem migravit.

775. Fr. Andreas de Iuppana, Ioannis Bluns Galli filius, impatientis asperaeque indolis fuit laicus, ast multum sagax, habilis et obediens. Omnibus Sacramentis susceptis, die 26 decembris anni 1793, septuaginta septem aetatis suae annorum, religionis nostrae duorum et quinquaginta, in hoc valetudinario vita pie functus est.

776. — P. Benedictus, filius Lucae Mihajlovich vulgo Cjucjuk [6] de Ragusio, inter peculiarem simplicitatem suam, integerrimosque mores fuit optimus Provinciae nostrae sacerdos. Pietate vero et orationis assiduitate apprime commendabilis. Huius coenobii fuit pluries Vicarius, illiusque Insulae Mediae semel Guardianus. Hic pius, religiosusque vir putrida febri correptus, quadragesimum sextum aetatis suae,

---

[1] Sišić. [2] Čučević. [3] Čakaldin. [4] Marković; Bukva = balordo = fatuus.
[5] Herendija; Močići. [6] Mihajlović — Čučuk.

religionisque trigesimum agens annum, die 5 februarii 1796, omnibus corroboratus Sacramentis, in valetudinario nostro pretiosam in conspectu Domini mortem obivit.

777. — R. P. Felix, Andreae Amadei de Ragusio filius, non mediocris scientiae fuit Sacerdos. In ruralibus Ecclesiis saepius, quandoque etiam in hac nostra Urbis Ecclesia non contemnendas habuit conciones. Sacra Congregatione de Propaganda Fide sic de eo disponente, Ravnensis [1] paroeciae in Tribuniensi dioecesi animarum curam suscepit, cui muneri per decem pene annos non sine laude satisfecit. In Provinciam hanc reversus pluries nostrorum extra urbem coenobiorum fuit Guardianus, et Definitoris gradu Patres nostri illum semel adauxerunt. Morbus interea quidam, ad instar leprarum squamis totum eius corpus a capite usque ad plantam pedis obtexit, idemque paucis diebus ei vitam eripuit; sed postquam obiit, cunctae squamae ab eius corpore ita evanuerunt, ut tota eius pellis ceu quaecumque alia tersior et nitidior, remanserit. Ante obitum omnia Sacramenta magna animi demissione ac pietate in hoc valetudinario suscepit. Mortuus vero est die 27 februarii anno Domini 1796, sexagesimo septimo aetatis suae, religionis nono et quadragesimo expleto anno.

778. — P. Archangelus, Molis Formianis in Campania natus est, Felixque in saeculo fuit appellatus. A. R. P. Hilarius Banduri, de quo supra (n. 625), Definitor Generalis, qui tunc temporis in Neapolitano Regno moram duxerat, hunc adolescentem ibi de facie noverat et ob praestans eius ingenium, coeterasque eximias dotes, amore etiam erat prosequutus. Felici, Seraphico Ordini nomen dare exoptanti, Hilarius ad secum Ragusam versus iter faciendum et in hac nostra Provincia se Deo divoque Patri Francisco devovendum in animum persuasionemque induxit. Ambo demum huc advenere; Felixque Archangeli nomine assumpto, in Daxae coenobio coram ipso Generali Definitore inter tirones nostros fuit cooptatus. Tirocinio laudabiliter exacto, in hoc nostro Ragusino Gymnasio studiorum curriculo operam dare coepit; et quantum in Philosophiae, Theologiaeque disciplinis, tantum in regulari observantia illum cito vel maximum progressum facturum esse omnes quidem Patres non inaniter sperabant. Ad sacrum Presbyteratus Ordinem promotus, Sacrum maxima pietate in ecclesia nostra peregit; sed, vix ab eo quinto religionis exacto anno, dum communis mensae cum aliis Coenobitis aderat, ad superiorem nostrum recentes litterae pervenerunt, quae supradicti Patris Banduri, qui in Hispaniis Generalis Secretarii Ordinis officio fungebatur, mortem die 9 aprilis 1730 ibidem obitum illi nuntiabant; quas litteras coram omnibus Fratribus Superior legendas tradidit. Hoc tristi nuntio a P. Archangelo repente accepto, talis moeror animo suo inhaesit, ut subito hebescere coeperit, eoque obstupuerit, ut nec Sacrum amplius peragere, nec ullis studiis vacare in posterum unquam evaluerit. Sic stupidus, hebesque sexaginta sex annorum decursu, idest usque ad mortem, inter nos vixit; sed antequam obierit, in se ipsum aliquantulum redire, suique compos factus visus est. Inhabilis tamen ad ecclesiastica Sacramenta suscipienda, conditionali tantummodo absolutione, extremaque Unctione fuit praemunitus. Octoginta novem circiter aetatis suae, religionis autem unum et septuaginta annos agens in hoc valetudinario die 4 martii 1796 suam exuit mortalitatem.

779. — A. R. P. Ioannes Chrysostomus, Andreae Clescovic [2], de Breno filius, absoluto tirocinio, ad operam studiis dandam in Italiam se contulit, queis stu-

[1] Ravno. [2] Klešković — Cf. Gliubich, p. 87. Fabianich, 205.

diis non mediocres brevi tempore fructus percepit. Illyricum idioma bene callens, multas sacras conciones habuit; ipsoque idiomate duo spiritualia ac pia opuscula in lucem vere pius vir edidit. Alterum horum sic inscribitur *Priprava duhovna sa bogogljubno pristupiti na Svete Sacramente od Ispovjesti i Pricestjegna, druga diella krepostji Karstjanskieh* [1], quod Ragusii 1784 Caroli Antonii Occhi, suppresso quidem suo nomine, typis mandavit. Alterum vero in quo agitur: *Novena na slavu prisvetoga Sarza Jesusova is Italianskoga u slovinski jesik prinesena po Otzu Fr. Grisostomu Clesckovichju is Dubrovnika Malobrachjaninur Reda S. Franceska* [2], iisdem typis Ragusii 1787 editum fuit. Prudentia, charitas, peculiaris in Christifidelium audiendis Confessionibus, et in sacris fundendis precibus assiduitas, puri, integerrimique mores ad omnes eum Provinciae dignitates cito evexere. In omnibus filialibus coenobiis, et praecipue in hoc Ragusino fuit pluries Guardianus; fuit tironum Magister et verum regularis perfectionis exemplar. Pluries fuit Definitor, semel Custos, semel Minister, semel Vicarius Provincialis, semel Commissarius Visitator, nostrorumque Comitiorum Praeses. Tandem meritorum dierumque plenus in hoc nostro valetudinario, tribus et nonaginta aetatis suae, religionisque sexaginta sex expletis annis, die 5 martii 1796 sancte ac pie, uti semper vixit, animam suo reddidit Creatori. Postero die ad exequias ex catholico more ei persolvendas, eius corpus in sacram aedem fuit delatum. Nondum sacris precibus inchoatis, ob summam in Chrysostomum omnium civium reverentiam, brevi huc convenit tanta omnis generis multitudo, ut plures ex nostris non satis essent, qui populum undique confluentem in officio continerent. Unusquisque eum videre certabat; certatim libata vestibus, pressa pedibus, ingeminata manibus oscula, nemoque recedebat nisi rei aliquid inde auferret. Cepta deinde in frustula abscindi vestis, illamque et secunda et tertia suppleri oportuit. Praeter supercilia animosior pietas crines ipsos resecare persuasit, donec Superiores nostri et adstantium auctoritate et militum terrore ad arcendam multitudinem in sanctissimae Trinitatis sacellum [3] cadaver transferendum esse excogitarunt. Tertia tandem die, ne cadaveris sepultura diutius differatur, non sine militum ope in chorum fuit deductum, ubi in nostrorum Patrum tumulo sub n. IV conditum quiescit. Nemini quidem compertum est Chrysostomum post mortem suam aliquid portenti perpetrasse, sed pro certo habetur, corpus suum per cunctos tres hos dies morbidum, flexibile et tractabile fuisse. In hac eadem sepultura post paucos annos duorum ex nostris Patribus (id est P. Dionysii a Sabiuncello et P. Silvestri a Ragusio) cadavera fuerunt tumulata, nec quisquam nostrum (oh! detestabilis incuria!) ad Chrysostomi cadaver tunc temporis observandum, minime sollicitum se praebuit.

780. — Fr. Humilis, Ioannis Butierich [4] de Umbla filius, in laicali conditione, quam professus erat, fuit et probitate, et aliqua dexteritate laudabilis. Ab adolescentia sua sandaliis, quae iam Religiosus quidam podagrosus gesserat, usus, pergravem et permolestum hunc morbum sibi acquisivit. Immo non solum podagra, verum etiam chiragra ita laborabat, ut per quamcumque manuum, pedum, digito-

[1] *Spiritualis praeparatio ad devote suscipienda sancta Sacramenta Confessionis et Comunionis, aliaque opera christianarum virtutum.*

[2] *Novena in honorem Sanctissmi Cordis Iesu, ex italico in illyricum idioma versa a P. Fr. Chrysostomo Klesković a Ragusio fratre Minore Ordinis S. Francisci.*

[3] Sacellum istud est prope Sacrarium nostrae Ecclesiae, quod etsi sacrum quandoque perficiatur, parum decori convenit.

[4] Butjerić.

runque scissuram cuiusdam lactei humoris frustula quasi ex calce conglutinata et ad instar nuclei grandiuscula, prodirent. Quamobrem totum vitae suae tempus in valetudinario nostro transigens, gravissimos huiusmodi morbi dolores magna patientia et divinae voluntati conformatione tolerabat; donec 25 februarii 1797, annorum aetatis suae unius et septuaginta, religionis quadraginta octo, pie, sancteque expiravit.

781. — R. P. Salvator, Eliae Moretti, vulgo Gromaeja [1], de Ragusio filius, asperioris et duriusculae indolis, scurrilisque dicacitatis, at honestus, religiosus, piusque Coenobita fuit. Ne ingenio quidem carebat, non mediocremque doctrinae supellectilem sibi acquisivit. In piacularibus Christifidelium confessionibus excipiendis impiger, quandoque etiam illyrico idiomate concionabatur. Semel tironum Magister, aliquoties in filialibus, ter tamen in hoc ragusino coenobio fuit Guardianus; semel etiam Definitor. Septem aut octo annis ante obitum suum elapsis apoplexia correptus, etsi aliquanto convaluerit, nunquam huius morbi incommodis, doloribusque fuit exemptus. In sanctissimae Trinitatis sacello, vel in illo sanctissimo Mariae nomini dicato, privatim Sacrum peragebat. Tandem omnino invalidus, continuoque febricitans, die 10 martii 1797, septuaginta aetatis suae annorum, religionis trium et quinquaginta, in proprio cubiculo suo, omnibus Sacramentis munitus, mortalitati suae finem dedit.

782. — A. R. P. Urbanus, Stephani Garkesc de Podimoc paroecia de Lissaz [2] vico filius, exacto tirocinio suo, Lucae in Tuscia studiis laudabiliter operam navavit. Tantum his profecit, ut studiorum vix confecto curriculo, statim in Liburnensi coenobio Philosophiae cathedram sit moderatus. Hoc primo perhonorifice peracto cursu, in patriam reversus est; iterumque paullo post ad generalia doctrinae suae subeunda tentamina Italiam repetiit. Maius quoque tunc adeptus nomen, pro Calaritana Sardiniae urbe diplomate praemunitus theologiae cathedram conscendit. Ibi non modo Theologiam explanando, verum etiam eximias conciones habendo, omnium illius urbis civium peculiarem amorem, suique existimationem acquisivit. Post triennium vel quadriennium iterum in patriam se contulit, et docendo inter nos cathedrae decennium absolvens, emerita Iubilationis laurea fuit donatus. Hoc temporis decursu Custodis gradu in Provincia Patres nostri illum adauxerunt. Semel in catharensi, in pharensi, in corcyrensi Cathedralibus, bis vero in hac nostra Metropolitana ecclesia esurialibus Feriis inaudita circumstantium frequentia conciones habuit. Praestanti doctrina, qua ornatus eminebat, coeteras praeclaras dotes, quae omnibus civium ordinibus pergratum illum reddiderunt, Urbanus adiunxerat. Affatu facilis, comis, honestus, aequus, tenacissimus amicitiae cultor, religiosus, piusque et in universa vita aequalis semper fuit. Verum (veneranda sint semper infinitae Divinae Sapientiae arcana) in ipso aetatis et existimationis flore, pleuritide correptus, SS. Sacramentis in cubiculo suo corroboratus, quadragesimum quartum tantummodo aetatis suae, religionisque vigesimum octavum annum agens, ab omnibus defletus, maximumque sui desiderium relinquens, die 20 martii 1798 mortalem hanc cum immortali vita commutavit.

783. — Fr. Didacus, filius Christophori Pauli de Oskoruscgne [3], in Rathanea peninsula Pago, rarae probitatis fuit Laicus in hac nostra Provincia; nam fuit et obediens et pauper et honestus et humilis et pius. Omne id tempus quod post dili-

---

[1] Gromača = maceria.   [2] Garkeš; Lisac.   [3] Oskorušno.

genter obita sua officia illi superecrat, in precibus, aliisque piis operibus impendebat. Continua laborabat paralysi, quam tamen patientissime tolerabat. Obitus sui decem annos ante in valetudinarium nostrum secessit, et quamvis firmis validisque adhuc pedibus deambulare potuerit, nunquam extra coenobii ianuas gressum educere voluit. Duorum et octoginta aetatis suae annorum, religionisque sexaginta, die 25 martii 1798 e vivis piissime excessit.

784. — Fr. Augustinus, Nicolai Ierovich[1] de Ragusio filius, die 24 octobris 1790 vix decimo quinto aetatis suae inchoato anno, habitum nostrum suscepit. Verum, regulari suscepto habitu, ab illis vitiis, quae tenerrima adhuc aetate in saeculo familiaria sibi fuerunt, se minime abdicavit. Sub pelle ovina, lupi mores servans, religiosam debito suo tempore professionem et solemnia vota emisit; Perusiamque ad excolenda studia missus fuit. Ibi nec studiis nec pietati minime deditus, studiorum Moderatores ita exacerbavit, ut e Gymnasio illum tandem expellere consilium inierint. Perusiam deserens, in Viterbii coenobium se recepit; sed nullam vitae immutationem in intolerabili iuvene Coenobitae illi sperantes, post non multum temporis a suo coenobio quoque removendum esse duxerunt. Tunc iterum Perusiam petiit, ubi a Superioribus illis denuo receptus et per menses nonnullos (etsi nil tale meruerit) patientissime toleratus; sed magis magisque in dies intolerabilior factus, et ob perversam vitae rationem non modo sacris Ordinibus, sed nec prima quidem clericali tonsura dignus habitus, rmi P. Commissarii Generalis iussu propriam Provinciam illico repetere coactus fuit. In patriam pergens, nulla tunc navi Ragusam versus iter faciente, Anconae moratus est, ubi invenit Gallorum cohortem, cum quibus tanta necessitudo sibi fuit, ut horum consiliis plus nimio indulgens, Christi militiam et sacra Divi Patris Francisci castra derelinquens, Gallicae militiae nomen dederit. Eodem anno (1797) haec ipsa cohors in Ragusinum portum appulit, et cum illa Augustinus, qui militari veste amictus et militum decurionis gradu insignitus, omnium civium oculis spectandum se obtulit; immo pluries hoc coenobium adire, Familiamque nostram saepe invisere impudentissimus iuvenis non erubuit. Corcyram dein versus profectus, nullum amplius unquam de se nuncium ille misit; quamobrem illum uti vixisse, ita mortuum esse et merito suspicamur.

785. — A. R. P. Dionysius, Francisci Crivelliae de Sabiuncello filius, curriculo studiorum suorum, e quibus vel mediocrem fructum percepit, Pisis absoluto, in Provinciam suam regressus est. Concionem illyrico idiomate quandoque habuit; sed piscationis affectu praeoccupatus, inter retes et nassas tempus suum impendere consueverat. Variis in Provincia dignitatibus fuit insignitus; in coenobiis extra urbem pluries Guardiani, in urbe vero sacristae, bis Guardiani, ter Definitoris, semel Vicarii, iterumque Ministri Provincialis, semel tandem Commissarii Visitatoris, Comitiorumque nostrorum Praesidis et per multos annos Provinciae Procuratoris munera non sine laude adimplevit. Anno Domini 1774 tanquam Vicarius Provincialis ad Generalia Comitia, quae Romae celebranda erant, illuc se contulit. (Haec autem Comitia tunc temporis ne celebrata quidem fuerunt; eo quod, quae a Patribus iam pene convocatis omnibus, suffragiis suis in illis erant decernenda, ea Clemens XIV Summus Pontifex Apostolicis Litteris motu proprio decrevit). Senectutis suae tempore vertigine maxime laborabat, at Beatae Mariae Virginis rosarium continuo re-

[1] Jerović.

citabat. Tandem in hoc valetudinario, septuaginta octo aetatis suae annorum, Religionis vero duorum et sexaginta, omnibus Sacramentis piissime susceptis, die 24 Iulii 1798 in Domino obdormivit.

786. — P. Blasius, filius Blasii Letunich[1] de Ragusio, erat ingenii non mediocris et non mediocris etiam doctrinae vir. Illyrico idiomate ex spiritus unctione concionabatur, ut facillime Christifidelium corda movere atque in illis noxarum dolorem et abominationem excitare novisset. Quibuscumque difficillimis temporibus Deus Optimus Maximus, scelerum iustus vindex, ad misericordiam erat flectendus, P. Blasius ad pravos mores corrigendos, ad imminentia divinae iracundiae flagella removenda, destinabatur; concionibusque suis id efficiebat, ut populus universus obortis lacrymis poenitentiae suae publica signa daret et indubia. Piissimas illas Viae Crucis precationes, quae statis Dominicis diebus quolibet mense innumerabili utriusque sexus Christifidelium frequentia in nostra Ecclesia fieri solent, ipse religiosa quidem exemplaritate dirigebat; immo Viae Crucis Opusculum ad harum Stationum pietatem promovendam Anconae typis in lucem edidit[2]. Nihilominus (credi vix quidem potest) ipse, et forsan rationabili de causa, optimam quamdam sui existimationem, uti debuerat, apud concives suos nunquam sibi acquisivit. In aliquo ex ruralibus nostrae Provinciae coenobiis fuit quandoque Guardianus; immo ob negligentiam suam, dum Slanensis Coenobii administrationem gerebat (*Vide supra sub* n. 471) activae vocis et passivae privationem sibi promeritus est. Aetate iam maturior Neapolim petiit, ubi otiose et inepte dies impendebat; sed Dei gratia resipuit tandem, et in unum ex sacris illius Regni Recessibus se recepit, ubi per aliquot annos poenitentiam agens, regularisque disciplinae observantissimus Coenobita, mortuus est die 3 Februarii 1799, sexagesimo quarto aetatis suae, et Religionis anno quadragesimo octavo.

787. — Illmus et rmus Dnus Fr. Aloysius Spagnoletti, Archiepiscopus Ragusinus, Stagni nobilibus parentibus Antonio Spagnoletto et Francisca Natalia natus est XVII kal. ianuarias 1726. Ab eximio praeceptore Georgio Grisich, saeculari sacerdote, pietate ac litteris exeultus in Ordinem ecclesiasticum fuit rite adscitus. Hyacintho Milcovichio, qui peculiari eum est amore prosequutus, Episcopalem Stagni sedem tunc temporis tenente, iam sacerdos sacra Mysteria primum peregit XIV kal. aprilis 1751. Nec multo post, quod animo iam ante conceperat, perfectioris ineundae vitae desiderium explevit, et in Franciscanam huius nostrae Ragusinae Provinciae Familiam nonis Iulii eiusdem anni Michaelis nomine, quod in Baptismate acceperat, in Aloysium commutato, fuit cooptatus. Pluries illyrico idiomate et per sacros Adventus Domini et Quadragenarii ieiunii dies in nostra ecclesia, bis in ragusino Maiori Templo, idiomate italico, concionatoris munere eximie, utiliterque perfunctus est. Optime enim et illyricum et italicum et gallicum quoque idioma callebat. Regendis sui Ordinis coenobiis aptissimus, praeter aetatis et initae nostrae Franciscanae Sodalitatis tempus praestitum toti huic Provinciae Ragusinae, praeesse iussus fuit anno 1761; quo tempore Generalibus Comitiis cum dignitate Mantuae interfuit. In suam Provinciam redux, illam anno 1786 iterum administravit. Atque hisce quidem et muneribus et meritis auctum iam fuerat Aloysii nomen; eiusque perspecta virtus atque doctrina omnium in illum oculos, animosque converterant. Quare cum Senatus

---

[1] Letunić. [2] *Put sveti od Kriscja (Križa).* Jakinu Ferri, 1768. Quod opusculum denuo per P. Franciscum Jurić O. F. M. correctum editum fuit Zagabriae, Hrv. kat. tisk. društvo, 1909.

Ragusinus de novo Archiepiscopo in locum Gregorii Lazzeri eligendo consuleret, unus fuit Aloysius, quem sanctae dignitati parem cunctis suffragiis die 12 ianuarii 1792 approbavit, et, ut a Summo Pontifice eius electio rata firmaque haberetur, enixe petivit. Assensu a Pontifice habito, Aloysius una cum illmo et rmo Dno Nicolao Ferrich Tribuniensi et Mercanensi Episcopo, a Senatu designato, die 24 februarii Romam versus profectus est. Pius VI Pontifex Maximus perhumaniter eum excepit, Archiepiscopumque Ecclesiae Ragusinae usitato ritu declaravit, et ab amplissimo Cardinali Francisco Zelada cum praelaudato Episcopo Ferrich, aliisque viginti octo e Regno Neapolitano Episcopis in Divi Petri ecclesia iussit consecrari. Ragusiam reversus, Aloysius solenni pompa et effuso totius civitatis plausu, sui demum Archiepiscopatus possessionem die 22 maii 1792 adiit. Dum Breni rusticabatur, quod summa saepissime voluptate adibat, inopina quadam febri correptus fuit, et die 17 iunii 1799 rure in urbem fuit delatus. Medici febrim hanc cum cuiuslibet cibi potusque incredibili fastidio coniunctam, podagrae, laterumque incommodis, queis laborare Aloysius quandoque consueverat, tribuentes, nullius illi hunc morbum momenti esse existimarunt. Sed brevi tempore, ingravescente febri, pessima putredine illam vitiatam esse cognoverunt, et de eius salute minime sperandum esse ab illis fuit significatum. Die ergo vigesima prima iunii, Divi Aloysii festivitati dicata, piaculari Confessione et viatica Communione refectus et die 24 eiusdem mensis extrema quoque corroboratus Unctione, moestissimam eius desiderii Ragusinam Ecclesiam, quam septem omnino annis pie sapienterque gubernaverat, relinquens, de mane spiritum emisit. In sepulcro, quem illmus et rmus Dnus Frater Angelus Franchi Archiepiscopus Ragusinus in nostro choro sibi olim paraverat, eius quoque corpus tumulatum requiescit. Vixit annos tres et septuaginta, in religione autem nostra, Archiepiscopatu quoque comprehenso, octo et quadraginta. Sic de illo Daniel Farlatus et Iacobus Coletus (paucis immutatis et additis) in *Illyrici Sacri* volumine sexto, pag. 285 [1].

788. — R. P. Sabinus, Pauli Pavlovich, vulgo Karmenko, de Gradaz [2] in Popovo filius, in humaniores litteras, a quibus optimos percepit fructus, in hac ragusina urbe incubuit. Theologiam, quae ad informandos mores pertinet, apprime callebat; illyrico etiam sermone Quadragenarii ieiunii tempore non solum in hac Provincia, verum etiam in Curzolensi et Catharensi dioecesi pluries eximias habuit conciones. Optimis quidem Coenobitae dotibus enituit, urbanitate videlicet, honestate, bonis moribus et regulari observantia; ideoque omnium qui eum noverant, et aestimatione et amore dignus. Bene illatenus nonnullis coenobiis extra urbem nostram administratis, Provinciae Definitor et Sabiuncellensis Coenobiarcha, ut proximis in Provincia futuris Comitiis adesse possit, Ragusium versus e Sabiuncello iter faciens, improviso turbinis impetu, in conspectu Vallis appellatae « *Kupjenova* » die 25 iunii 1800 in mare demersus, ibi vitam et ossa reliquit, aetatis suae uno et quadragesimo, religionis vigesimo tertio anno. Una cum eo variae, et non parvi momenti, Sabiuncellensis nostrae ecclesiae, coenobiique supellectiles perierunt, nec non coenobii eiusdem matricularis liber *Vacchetta* nuncupatus.

[1] Cf. Farlati, *Illyricum Sacrum*, VI p. 285 et 250. Pro quo ad Archiepiscopatum evehendo scriptum est S. P. Pio VI ian. 13 an. 1792, eodemque die Benedicto Stay, ut ex *Lettere di Ponente* eruitur, an. 1792 n. 126 p. 4 et 5, cui rependuntur grates in actis pro exaltatione, necnon recommendatur ut eidem Romam venienti assistat (ibid. p. 85, 18 feb. 1792).

[2] Pavlović; Gradac.

789. — Illmus rmus dnus Fr. Franciscus Maria Sorgo-Bobali, ex antiqua et perillustri familia Sorga, filius Stephani, viri clarissimi et amplissimi, Reipublicae Magistratibus et muneribus egregie functi, Ravennae in Collegio Patrum Societatis Iesu politioribus litteris animum excoluit. Post praecipuas Italiae civitates eruditionis adipiscendae et voluptatis ingenuae causa peragratas, in patriam cum rediisset, divino spiritu afflatus, commodis ac divitiis domus paternae posthabitis, in hanc nostram Minorum Observantium familiam nomen dedit. Philosophiam ac Theologiam Fratribus alumnis sui Ordinis tradidit, et gradum, nomenque Lectoris Iubilati promeruit. Conciones oppido elegantes, doctas, et fructuosas, tum in urbibus Italiae tum Ragusii coram Senatu per Ferias Quadragesimales habuit. Ab Senatu ad Regem Galliarum Ludovicum XV gravissimi cuiusdam negotii causa missus cum fuisset, illud e sententia et feliciter confecit. Ragusium reverso annuam in perpetuo pensionem rei bene gestae praemium, Senatus cum summa eius meritorum testificatione decrevit. Titulum munusque adeptus Ministri Provincialis, toti Ragusinae nostrae Familiae ingenti cum laude praefuit; eique Rex Poloniae Stanislaus Augustus amplissimo diplomate titulum Regii Theologi perhonorificum contulit. Tot virtutibus meritisque adauctum, mortuo Petro Budmani Episcopo Stagnensi, Senatus Ragusinus die 7 septembris 1772 in illa Episcopali Sede Franciscum collocandum esse decrevit. Incredibile dictu est, quanta et quam insolita omnium ordinum laetitia, faustaque acclamatione electionem illius aeque Ragusini ac Stagnenses exceperint; quippe qui eximiis suis dotibus omnium et singulorum existimationem ac benevolentiam iamdudum sibi conciliavit. Stagnensem Ecclesiam per viginti et octo annos summa charitate, munificentia ac prudentia gubernavit. Tandem die 29 iunii 1800 septuagesimum nonum aetatis suae, Religionisque nostrae, Episcopatu comprehenso, quinquagesimum nonum agens annum in osculo Domini animam suam efflavit. Corpus eius in nostra Ecclesia Stagni conditum fuit; eiusque memoria eleganti epitaphio in pariete prope tumulum fuit honestata. Haec de eo (perpaucis immutatis, nonnullisque additis) Farlatus et Coletus in *Illyrici Sacri* volumine sexto pag. 362 [1].

790. — R. P. Gabriel, Lagustae natus ex Ioanne Pitarevich [2], fuit igneae indolis et asperioris, duriorisque ingenii vir. Ipse equidem anno 1780 huius Provinciae nostrae pacem perturbavit, omniumque communium molestiarum privatarumque iniuriarum causa fuit atque instrumentum. In *Libro Actuum et Provincialium Decretorum* sub pag. 225 haud grata illius nominis memoria extat, et futuris quoque temporibus diuturna extabit. De his nostrae Provinciae calamitatibus nonnulla in hoc Necrologio sub n. 745 dicta sunt. Aliquantulam doctrinae supellectilem ipse sibi

---

[1] Cf. Farlati, *Illyricum Sacrum*, VI p. 362. — Ex *Lettere di Ponente* n. 90 p. 75, de die 13 april. 1772, Benedicto Stay nunciatur fuisse a Senatu in Episcopum Stagnensem P. Sorgo designatus: hinc Benedicto XIV qua talis proponitur et summis laudibus commendatur (30 apr. 1772 n. 97, p. 4), eodemque modo scriptum est cardinali Ioanni Francisco Albano Protectori eodemque die, necnon 18 maii e. a. iterum laudato Stay; cui denuo iussum datur ut Sorgo tradat 55 nummos aureos venetos (zecchini: ibidem, n. 98 (2) p. 3). — Deindeque ipsi Sorgo respondetur eius petitio in consilio esse proponenda pro 100 nummis ab se requisitis, quorum 55 acceperat (ibid p. 16, 18 aug. 1772). Sorgo Episcopatum tenenti Senatus 19 ian. 1792 (*Ponente* 1792 n. 126, p. 12) scribit, Provincialem MM. Obs. iussum commisisse Guardiano Conventus Stagni ut infirmis adsistentiam praebeat, sed 20 oct. 1792 (ib. p. 173) eidem refert quod ob carentiam sacerdotum et morbos ibi acquisitos, Provincialis neminem mittere Stagnum possit.

[2] Pitarević.

comparavit, nihilominus in hac nostra Ragusina, in illisque Catharensis et Curzolensis dioecesis Ecclesiis non contemptibiles illyrico idiomate per Quadragesimales Ferias habuit conciones. Pluries in coenobiis extra urbem Guardiani administratio penes illum fuit; semel fuit huius nostrae ecclesiae sacrista et bis in Provincia Definitor. Quidam pectoris morbus, quem illi, uti creditur, iracunda indoles inflixerat, in tabidam febrim illum deduxit, qua corpus suum paulatim extabescere coepit. De aeternitatis periculo animadversus in hoc valetudinarium nostrum ad tempus se recepit; ibique summa diligentia conscientiam suam perscrutatus, omni labe eam expiavit, seque ipsum in novum hominem omnino immutavit. Nil aliud revera in posterum usque ad mortem, nisi affabilitatem, humilitatem, charitatem, obedientiam, animique sui raram demissionem praesetulerat. Lacrymis per genas effusis ab omnibus Fratribus veniam petivit, et divinae voluntati se conformans mortalitatis suae extremam horam placide expectabat. Omnibus tandem incredibili pietate susceptis Sacramentis, die 15 iulii 1800, quinquaginta octo aetatis suae, religionis vero octo et triginta annorum in Domino obdormivit.

791. — R. P. Marcus-Antonius, Marci Orebich[1] de Sabiuncello filius, Perusiae studiis vacavit, sed parum quidem in illis profecit. Piscationi apprime deditus fuit, in illisque coenobiis, quae in maris littore assurgunt moram trahens, continuas piscibus hamo, nassis, retibusque insidias excogitare delectabatur. Diversis in Provinciae filialibus coenobiis Guardianus fuit; sed, dum 1786 cunnensis coenobii administrationem gerebat, in privationis activae et passivae vocis poenam, ob causas in *Libro Actuum et Provincialium Decretorum* sub pag. 245 expressas incidit. Huius tamen poenae absolutione obtenta, iterum coenobiis extra urbem, uti Guardianus, praefuit; et tandem ad Definitoris gradum fuit evectus. Nunquam aequabilis fuit sibimetipsi: modo hilaris et facetus, modo moestus et taciturnus, sed semper plus nimio tenax et avarus. Inter hanc tamen instabilitatem suam, fuit pacis et regularis observantiae amantissimus Coenobita. Apoplexia correptus per biennium aegrotavit. Viribus demum omnibus destitutus, in hoc valetudinario Sacramentis praemunitus, die 2 iulii 1801, sexagesimum aetatis suae, religionisque quadragesimum quartum agens annum, ad meliorem vitam migravit.

792. — A. R. P. Bernardus, vulgo Cjukotà[2], Georgii Begheta de Ragusio filius, Emmanuelis Grammaticam ita bene noverat, ut, si illa forte periisset, se totam memoriter dictaturum affirmaret. Sufficientem etiam Theologiae, quae ad mores spectat, scientiam sibi comparaverat. Multa in rebus agendis dexteritate non caruit, primisque iuvenilibus annis eo licentior, quam par fuit, vixerat, ut usque ad Romam de indecenti eius vitae ratione (verum an falsum, nescio) nuncium pervenerit. Tumultuosum certe hunc virum fateri debemus, quoniam ipse erat unus ex illis, qui publicas, pessimique exempli inter nostros Patres dissensiones disseminaverant anno 1765, quae vix post septem aut octo annos extinctae fuerunt. Hinc Sacrae Episcoporum et Regularium Congregationis iussu, in vim latae ab illmo et rmo Fr. Anselmo Cattich sententiae, non solum in Provincia nostra fuit activa et passiva voce orbatus, verum etiam in coenobium Divi Angeli Ruborum, Provinciae Barensis in Apulia, exul missus fuit. Post aliquem temporis decursum ab huiusmodi poenis fuit absolutus; deinceps huius ecclesiae nostrae fuit pluries sacrista, pluries in coe-

[1] Orebić. [2] Čukota.

nobiis extra urbem Guardianus, et ad Definitoris gradum fuit promotus. Titulum quoque cum diplomate, munusque Ministri in Observanti Albanensi Provincia obtinuit, et per octo et decem annos Ex-Provincialis honore gaudebat. Tali apoplexia tandem fuit correptus, ut omnibus statim sensibus destitutus, post triduum occubuerit in hoc valetudinario die 4 aprilis 1802. Septuaginta octo aetatis suae, religionis novem et quinquaginta annos exegit.

793. — P. Franciscus, filius Ioannis Antizza[1] de Lagusta, sincerus, honestus, optimusque erat adolescens et ingenio et memoria non mediocriter ornatus. Dum Philosophiae vacabat, in hoc studium ita incubuit, ut una ex venis in pectore aperta ingentis sanguinis copiam per os inopinate effuderit. Sanguinem deinceps emanabat, quotiescumque ad studium et praecipue ad aliquid memoriae tradendum se applicuerat. Quamobrem Gymnasio valedicens, meliori coeli clementia, aerisque salubritate fruiturus, in campestribus coenobiis commorabatur. Post huiusmodi vitae triennium ad conciones habendas animum suum convertit, et non mediocre concionatoris nomen acquisivit. In Cunnensi coenobio moram trahens, in illud Sabiuncelli, animum recreandi causa, se contulit in illoque pago variolarum morbo multos laborantes invenit. Nondum ille hoc morbo unquam impetitus, contagiosum variolarum pus sibimetipsi inoculavit, et Cunnense coenobium repetiit. Sed eo iter faciente talis pluvia ex aere decidit, ut non modo vestibus, sed toto corpore madefactus, in sacra illa tecta se vix recipere potuerit. Febris dein accessus illi supervenit, utque pustulae facilius erumpere possint, fervidis calidisque potionibus adeo immoderate usus est, ut cito morbus in malignam febrim degenerans, tunc cum pustulae erumpere incipiebant, vitam eidem sustulerit. Mortuus igitur est in coenobio Cunnensi, die 14 maii 1802, triginta suae aetatis, religionisque novem elapsis annis.

794. — Frater Leonardus, filius Nicolai Cusetich[2], alias Tvardko, de Stuppa, laicali professione inter nos cooptatus, variorum extra urbem coenobiorum servitio addictus fuit. In urbem deinde translatus, valetudinarii huius nostri cura ei fuit demandata, cui deinceps usque ad mortem praefuerat. In exequendis huiusmodi muneribus nil unquam dexteritatis ei defuerat, et ob eius diligentiam, charitatemque erga infirmos Fratres erat quidem commendandus. Hoc tantum in eo vituperabile, quod eadem sedulitate atque amore non omnibus aegrotis inserviebat; quod haud aequum discrimen eius virtutem non modice obscurabat. Omnes ad valetudinarium spectantes supellectiles nitidissimas ad quemcumque Superioris nutum bene dispositas servabat. Honestarum, liberalique institutarum Familiarum consuetudine utebatur; ideoque in vestibus ipsis peculiarem munditiam et plus nimio debitam elegantiam affectabat. Omnibus, ut uno verbo complectar, coeteris Laicis praecedentia quadam praestabat. In orationibus tamen erat pene assiduus, ad sanctissima Sacramenta frequentius accedebat, pietatisque suae haud indubia signa demonstrabat. Postemis demum, quae vomicae vocantur, defatigatus, certam sibi mortem praesensit, dieque 17 maii 1802 omnibus Ecclesiae Sacramentis corroboratus, postquam sexaginta tres aetatis suae, Religionis unum et quadraginta annos peregisset, extremum diem in hoc valetudinario clausit.

795. — P. Bonaventura, Seraphini Corbetti armeni-catholici de Adrianopoli filius, a patre suo ad aliquam pharmacopolae artis cognitionem sibi acquirendam inter nos Ragusium missus fuit; sed in hoc coenobio moram trahens, Familiae no-

[1] Antica. [2] Kušetić.

strae ita se addixit, ut illi nomen dare summopere exoptans inter Tirones nostros fuerit cooptatus. Partim in nostro ragusino Gymnasio, partim in Italia studiis vacavit et aliquantum in ipsis profecit. Vivido ac sagaci ingenio praeditus fuit, sed magis ad illiberales artes, quam ad liberalia studia, litterasque proclivis. Organa egregie pulsabat, horologia restaurabat, et caetera huiusmodi industrius adolescens noverat excogitare. Affatu facilis, honestus, hilaris, oboediens; optimaeque indolis erat Coenobita. Quaecumque tamen vel levis offensio illius animum adeo permoleste angebat, ut morbo pene inaudito correptus diutius aegrotaret. Quo magis magisque macilentior fiebat, eo magis cupida edendi et bibendi aviditas in eo augeri videbatur. Quanta esca quatuor viros exsaturare poterat, illi ne sufficiens quidem erat; et una nocte tantummodo pergrandes duas aquae situlas exhauriebat. Ad illum pristinae saluti restituendum quidquid consilii et remedii medica ars hic adhibere novit et potuit, a Fratribus quidem nostris eius salutis studiosissimis adhibitum fuit; sed omnia incassum. Tandem Neapolim ad illos etiam adhibendos medicos missus fuit, ibique post triginta circiter dies mense Iulii 1802, viginti septem aetatis suae, religionisque octo annorum, e vivis decessit.

796. — Fr. Mathias, Nicolai Radich[1] de Maglkovich[2] filius, Coenobita noster ad quemcumque laborem impiger, oboediens, humilis, pius et in laicali conditione quam professus erat, eximius. In hoc ragusino coenobio per complures annos, coquinariam callens artem, ad dapes Coenobitis nostris, parandas, coquinae directoris officio functus est. Reliquum vitae tempus in inserviendo extra urbem coenobiis laudabiliter consumpsit. Aegrotus demum in hoc valetudinarium se contulit; ubi omnibus Sacramentis pie susceptis, die 2 septembris 1802, sexaginta septem aetatis suae, et religionis quadraginta quinque completis annis, inter mortuos est adnumeratus.

797. — Fr. Nicolaus, filius Nicolai Ghjurich[3] de Stuppa, laicus quidem noster ob suam oboedientiam, patientiam, mansuetudinem et honestatem omni dignus commendatione. Inter nos cooptatus, omni fere vitae suae tempore in Daxaë coenobio moram duxit, ex quo maligna febri correptus, in hoc valetudinarium se recepit, ibique omnibus Sacramentis refectus, die 28 septembris 1802 expiravit. Quadragesimum tertium tantummodo aetatis suae religionisque undecim annos agebat.

798. — Fr. Cherubinus, Pauli Palihnich[4] de Rathanea peninsula filius, nostrae Familiae laicus, mediocris quidem in inserviendo dexteritatis et natura sua piger, fuit tamen humilis, oboediensque Coenobita. Coenobiorum extra urbem nostrorum servituti semper fuit addictus. In hoc valetudinario sexaginta quinque aetatis suae, religionis vero trium et quadraginta annorum, die 10 septembris 1803 in Domino requievit.

799. — A. R. P. Silvester, Natalis Pripisalich[5] de Ragusio filius, optimus quidem erat noster Coenobita. Haud inficiandum est, illum iracundiae non parum proclivem fuisse, sed talis ira momentanea illi fuerat, seque ipsum illico optime noverat superare. Affatu facilis, haud ambiguus, aequus, honestus, piusque, omnium quidem animos ad se converterat. Moralis Thologiae tractatus apprime callebat; et maxima auditorum frequentia et satisfactione illyrico idiomate concionabatur. In pervigilio diei festivitatis Omnium Sanctorum, vespertinis horis, cum multis aliis peronustam cymbam in Gravosano portu eo conscendit, ut summo mane sequentis diei

---

[1] Radić. [2] Majkovo. [3] Gjurić. [4] Palihnić. [5] Pripisalić.

Stanense Coenobium, cuius tunc temporis administrationem gerebat, posse adire et Sacra ibi pro illius populi commoditate Mysteria peragere. Vix in conspectum Calaphodii pervenere, cum horribili tempestate subito exorta, inter tonitrua et fulgura, toto aethere turbido imbre ruente, omnes in cymba conterriti, noctem hyememque ferentes, fluctibus undequaque iactati, omnes demum praeter hunc unum Coenobitam nostrum in mare dermersi perierunt. Silvester noster, quamvis valde ab opposito littore distans, fulgurante coelo, suisque iter fulgoribus praemonstrante, iam tunica exutus natatu, si fieri posset, salutem quaerere, Vallemque Nucis versus cursum suum dirigere incepit. Post diuturnum cum hyeme, undisque certamen in Cannosae tandem littus, fortunatus quidem naufragus, sed toto corpore fractus, dilaniatus ac prope exanimis appulit, ibique a nobili, amplissimaque Familia Gozzaea perhumaniter exceptus denuo renatus est. Post naufragium omnino incolumitati redditus in administrandis filialibus pluries et deinceps in hoc coenobio urbano Guardiani auctoritatem promeruit. Fuit quoque Definitor, et demum totius Provinciae Mfnister. Hac tamen dignitate insignitus (vix quidem fide dignum est!) in novum hominem se omnino immutavit; namque ille, qui anteactis annis natura sua hilaris, laetus, festivusque semper fuit, ex illa hora animum suum teterrimo moerore quodam praeoccupatum atque obrutum semper praeseferebat. Hic insolitus, nimiusque moeror in lethalem hydropisim degeneravit, qua ad extrema redactus, omnibus Sacramentis in hoc valetudinario humillime et pie susceptis, die 29 decembris 1805 ad immortalem vitam migravit, postquam annos aetatis suae unum et sexaginta, religionis quadraginta quatuor, supremaeque suae in Provincia auctoritatis unum annum, menses quinque, diemque unum exegerit.

800. — A. R. P. Paulinus, Ioannis Molani, alias Manzarach[1], de Ragusio filius, studiis in Italia vacavit. Inter nos reversus, in hoc Gymnasio Philosophiae cathedram moderatus est. Mediocre mediocris doctrinae suae specimen ibi dedit; sed non mediocri auditorum frequentia in hac nostra ecclesia et alibi sacras pluries habuit conciones. Provinciae nostrae Secretarii, in hisce nostris ruralibus nec non in urbano coenobio Guardiani, Definitoris etiam, ac tandem Ministri Provincialis dignitatibus fuit adauctus. Provincialis Ministri Officio functus, in Italiam se contulit, ibique Provinciae Observantis in Umbria Commissarii Visitatoris insignitus fuit; sed Provincia illa eius lustrationem omnino improbans, alium futurorum Comitiorum Praesidem exquisivit, et Paulini loco Nocerae Episcopum obtinuit. In Provinciam nostram tunc ille graviori quodam supercilio, animoque potius elato reversus est; sed hoc se gerendi modo nil aliud, nisi et Coenobitarum et civium irrisionem quamdam et commiserationem sibi comparavit. Graviter tamen aegrotans, divinaque gratia tactus, tandem resipuit, et statim ac convaluerit, dum coeteros fratres, serotinae refectiunculae causa, communis mensa exceperat, funiculo, quo Coenobitae nostri cinguntur, in poenitentiae signum humeris suis imposito, humi prostratus, transactae suae vitae culpas confessus est, dein effusis lacrymis ab omnibus Fratribus veniam petiit, dissimilemque posthac et religioso viro dignam vitae rationem amplecti et sequi proposuit. Regularis revera observantiae in posterum se amantissimum et studiosissimum praebuit; et quamvis non immodica dapium cupiditate laboraret, tamen non modo statis, debitisque diebus, verum etiam illis, quibus ieiu-

[1] Manzarać.

nium addictum non erat, veluti feria quarta aut die sabbati, libentissime ieiunabat. Orationibus semper erat intentus, corpusque suum flagellis virgisque macerabat. Haec eius vivendi ratio per quatuor aut quinque annos fuit, quibus exactis, hydropisi graviter et praepropere laborare coepit. In hoc valetudinarium igitur se recepit, ibique opportuno tempore, omnibus susceptis Sacramentis, sexaginta quinque aetatis suae, religionis vero nostrae octo et quadraginta expletis annis, die 7 Ianuarii 1804 pretiosam in Domino mortem obivit.

801. — P. Ignatius, filius Antonii Paschalis Clescovich[1] et pronepos A. R. P. Ioannis Chrysostomi de Breno, erat angelicis quidem moribus, eximioque ingenio praeditus adolescens. In hoc coenobii nostri Gymnasio ad sublimiora studia incumbere coepit: sed ob infirmam corporis constitutionem et periculosos, queis semper affli-ctabatur, pectoris dolores, ea omnino illi erant deserenda. Hinc statim ac primum Sacrum piissime peregerit, ad meliore aeris salubritate pectus, animumque reficiendum, in Canalitanum coenobium se contulit. Ibi moram trahens, aliquanto firmiores vires prosperioremque valetudinem sibi acquisivit. Tunc Epidaurensis primum, deinde Umblensis coenobii Guardiani gessit administrationem; sed ibi quoque pectoris dolores et quidam lentae febris accessus illum afflictare reiterarunt. Se phthisi paullatim consumi animadvertens, in hoc nostrum valetudinarium se recepit, ubi omnibus Sacramentis praemunitus, aetatis suae annorum unius et triginta Religionisque novem, die 27 februarii 1804, animam suo reddidit Creatori.

802. — R. P. Iosephus Maria Gaudenzio, ragusinus, Minorum Ordini inter Fratres Capuccinos in Italia primum nomen dedit, deinceps Capuccinorum Ordini valedicens, Minorum Observantium Familiae in Picentina Provincia se addixit; tandem Ragusam adveniens, facultate ad hoc habita a rmo P. Raphaele a Lugagnano, totius Ordinis Generali Ministro, die 9 maii 1745 sacerdotio iam insignitus, tanquam huius nostrae Provinciae filius unanimi Patrum consensu fuit receptus. Bonus quidem Coenobita fuit et in Theologia illa, quae Christifidelium mores informat, peritissimus. Illyrico etiam idiomate concionabatur; verum, aut quia memoria carebat, aut quia in concionibus suis memoriae tradendis aliquanto negligentior erat, auditores suos fastidio potius quam delectatione afficiebat. Pluries in filialibus Provinciae coenobiis Guardianus fuit; fuit semel Definitor, Custos, Visitator, Comitiorumque Praeses. Quamvis choralis cantus non multum cognitionis vocemque haedinam potius habuisset, per multos tamen annos huius nostri chori directoris officio functus est. Aetate iam maturior in valetudinarium se transtulit, atque ibi omnibus Sacramentis pie susceptis, die 29 novembris 1804 mortuus est. Vixit aetatis suae annos quatuor et octoginta, quinquaginta novem vero postquam inter nos fuerit cooptatus.

803. — P. Gregorius, Ioannis Giuglko[2] de Rathanea peninsula filius, die 15 decembris 1795 inter tirones nostros fuit adnumeratus. Parum ingenii, minusque voluntatis ad animum suum scientiis excolendum hic iuvenis praemonstrabat. Philosophica facultate in hoc nostro Gymnasio quomodocumque absoluta, eamdem ignorantiam, eamdemque crassam Minervam, uti prius ex hoc studio retulit. A Lectoribus suis, apud quos ut ad sacros Ordines promoveretur, scientiae suae specimen dare debuerat, se nullo modo approbatum iri animadvertens, a Romae Superioribus Italiam petendi facultatem obtinuit. Quo modo id obtinuerit, nunquam Coenobitis nostris fuit com-

[1] Klešković. [2] Žuljko.

pertum. Furtim interea ex hoc coenobio egressus Dalmatiam versus perrexit; ibique non solum exceptus, verum etiam ad omnes sacros Ordines brevi tempore fuit promotus. Sacerdotali dignitate honestatus in Venetam Provinciam se contulit, in qua de uno in aliud coenobium se transferens, Summum Pontificem, ut regulari Minorum Observantium coetui valedicere et inter saeculares presbyteros adnumerari possit, tandem exoravit. Anno igitur Domini 1804 in saecularis presbyteri conditione uti dicitur, cuiusdam non procul a Tergestina civitate ecclesiae servituti se addixit, ibique, si vera est fama, domicilium suum collocavit.

804. — A. R. P. Benignus, Damiani Mitrovich[1] de Slano filius, in Italiam tum ad animum sacris studiis excolendum, tum etiam ad vocem choralis cantus regulis praeceptisque adaptandam, missus fuit. Absolutis studiis in Provinciam redux, seque morali Theologia praesertim optime imbutum, sufficienterque in cantu instructum esse significavit. Quamobrem huius nostri chori, cantusque choralis, eodemque tempore tironum nostrorum cura ei fuit demandata; cui officio per decem integros annos egregie est perfunctus. Erat bene moratus, exemplaris, optimusque Coenobita; et nemo unquam tirones, iuvenesque nostros in regulari disciplina instituendi fuit illo studiosior. Hoc temporis decursu Definitor fuit electus, et paullo post Minister Provincialis et tandem etiam sacrista. Verum maligna febri inopinate correptus, quam infirmitatis initio medici non cognoverunt, nec ideo debita ad eam statim fugandam remedia adhibuerunt, omnibus Sacramentis munitus, die 7 augusti 1805, ab omnibus defletus, pie, sancteque mortalitatem suam exuit; quinquaginta aetatis suae, Religionisque duobus et triginta expletis annis.

805. — Fr. Deusdedit, seu Adeodatus Sejabadin[2] de Slano, laicus noster, quamvis aliquanto iracundior, obediens tamen, humilis, in omnes Coenobitas observantissimus et in inserviendo non mediocris fuit dexteritatis. In coenobiis extra urbem plerumque moram traxit, paucis illis exceptis annis, quibus coquinae directoris cura coenobiique huius ianitoris officio functus est. Die 18 decembris 1805 in hoc valetudinario piam mortem obivit, aetatis suae annorum quinquaginta octo, Religionis nostrae sex et triginta.

806. — Fr. Modestus, Nicolai Marnavich[3] de Slano filius, Divi Patris nostri Francisci habitum suscepit die 29 iunii 1776, vigesimo sexto aetatis suae anno. Huic vix inter nos cooptato, servitutem illam, quam laici sacristae in ecclesia nostra praestare solent, Superiores demandarunt, cui uni officio tantummodo, donec inter nos erat, semper fuit addictus. Acri ingenio quidem et praecipua dexteritate praeditus erat; namque propria munia ea sollicitudine et sedulitate adimplebat, ut omnium, ipsorumque graviorum Patrum et amorem et aestimationem sibi conciliaverit. Huiusmodi aestimatio, nimiusque omnium amor in Modesti animum stolidam hanc opinionem induxit, se singularem esse virum, immo coenobio pernecessarium; ideoque animo elatus eo superbiae pervenit, ut inoboediens, petulans, insolens et omnino intollerabilis omnibus visus sit. Ut resipiscat, ab illo officio eum removendum et in Sabiuncellensi coenobio collocandum esse Patres duxerunt. De his a quodam familiari suo ad aures admonitus, laicique sacristae officium, quod ei semper pergratum fuit, deserere permoleste ferens, opportuno tempore a Summo Pontifice (servando tamen toto vitae suae tempore solemni castitatis voto in religiosa professione emisso) in saecu-

[1] Mitrović. [2] Šabadin. [3] Marnavić.

lum redeundi facultatem obtinuit; immo, ut ita dicam, extorsit. Hoc suum consilium, inconsultus quidem vir, sacro habitu nostro deposito, die 8 iunii 1804 et hilari quoque vultu ad effectum ducere nec veritus est, nec erubuit. Multam illico ceram sibi comparans (quo tamen censu, uni Deo compertum) candelarum opifex officinam in hac urbe aperuit, et cereas cuiuscumque generis candelas vendendas publice exposuit. Anno tamen Domini 1806 Scordisci (vernaculo nostro idiomate *Zarnogorzi* dicti) simul cum Moschis sibimet foederatis urbem nostram obsidentes, Slanum quoque devastandum accesserunt, ubi fugientibus coeteris illius pagi incolis, Modestum rem domesticam custodientem domi propriae invenerunt. Omni supellectile et pecunia, si quae erat, expoliata, eius manus pedesque compede ligarunt, verberibus eum onerarunt, vulneratumque et quasi exanimem humi deiectum dereliquerunt. Nemo erat, qui languenti, mortique proximo ullum nec corporis nec animae auxilium praeberet; posteraque die omni spe salutis, consortioque humano destitutus, animam suam exhalavit. Miserabilia corporis sui ossa, quae a canibus dilaniata ac devorata supererant, post nonnullos dies fuerunt tandem a Christifidelium charitate collecta, et in una e sepulturis, quae ante nostram Slanensem ecclesiam extant, fuerunt tumulata.

807. — Fr. David, Georgii Masciurani[1] Curzolensis filius, die 7 iulii 1784 huic nostrae Familiae laicali conditione fuit aggregatus. A suscepto habitu elapso anno, tirocinioque suo absoluto, et solemni votorum professione comprobato, domum paternam, suosque consanguineos invisendi a Superioribus nostris facultatem petiit et obtinuit. Corcyram ergo Nigram versus profectus est, atque ex illa hora, nec quo perrexisset, nec ubi se recepisset, nec si inter vivos esset, nullum unquam nuncium ad nos pervenit.

808. — P. Michael Angelus, Demetrii Mitrovich[2] Ragusini filius, adolescentulus adhuc Reipublicae expensis ad idiomatis Turcici cognitionem adipiscendam, illudque deinceps interpretandum, Constantinopolim missus fuit, et brevi tempore multum in hoc studio profecit. Ad perfectiorem tamen vitae rationem a Deo vocatus, Divi Patris Francisci Institutum, nostramque Familiam aliis praeposuit; quamobrem et Turcarum idioma et Turcici interpretis officium derelinquens, decimum nonum aetatis suae agens annum inter nostros Coenobitas cooptatus fuit. Bononiae et Taurinorum Augustae studiis suis honorifice absolutis in patriam rediit, in qua ad iuvenes nostros erudiendos Philosophiae cathedram primum conscendit. Post biennium tamen huius curriculi ab A. R. P. Ioanne Antonio Alexandrino Commissario Visitatore, de quo Provinciae nostrae perturbatore pluries in anteactis huius Necrologii articulis, Lectoris Philosophiae titulo et muneribus expoliatus fuit, eo quod (uti ex vanis quibusdam coniecturis male affectus ille vir colligere conabatur) eius ad Lectoratum concursus debitis legalibus formis caruisset. Vehementi huiusmodi iniuriae offensione perculsus, Michael Angelus quibuscumque studiis in posterum valedixit, seque ipsum in nostris extra urbem coenobiis, veluti Coenobiarchae socium tantummodo et obtulit et addixit. Nihilominus quandoque et illi horum coenobiorum administratio fuit demandata. Ad concionandum deinceps se contulit; et quamvis plusquam quadragenarius, tamen quia vivaci ingenio, felicique memoria praeditus, erat unus ex praestantibus, melioribusque in illyrico idiomate nostris concionatoribus. Ab

---

[1] Mašuran. [2] Mitrović.

ineunte pene aetate in Constantinopoli Turcis, Turcarumque modis assuefactus, primo quidem aspectu asperae duriorisque indolis homo videbatur, revera tamen urbanus, affatu facilis, optimisque animi dotibus omni dignus erat commendatione. Gravi dessenteria laboratus nondum perfecte convaluerit cum, occasione quadam nacta, plus nimio ventri indulgens in inopinatam atque adeo vehementem febrim incidit, ut quasi apoplexia correptus brevi temporis spatio in hoc valetudinario nostro die 2 octobris 1806, quinquaginta quinque aetatis suae, religionis autem sex et triginta annorum, praeter omnium expectationem e vivis excesserit.

809. — Fr. Paulus, filius Petri Parilo de Zarnagora [1], dioecesis Stagnensis in Rathanaea peninsula pago, fuit laicus Familiae nostrae addictus, solers et ad omnem servitutem praestandam perhabilis. Ad inserviendum variis extra urbem coenobiis primaevo eius iuventutis flore a Superioribus fuit destinatus, donec in hoc urbano coenobio coquinae directoris primum, dein vinariae cellae custodis officia ei fuere demandata; queis officiis per complures annos functus est, et quidem laudabiliter. Renum morbo ille laborabat; qui quo magis senescebat, eo magis dolorum vi afficiebatur; hisque doloribus omnino labefactatus, in hoc valetudinario nostro omnibus refectus Sacramentis, die 14 novembris 1806 sexagesimum octavum aetatis suae, religionis quadragesimum sextum annum agens, in Domino requievit.

810. — P. Adrianus, Nicolai Cotorasc [2] ragusini filius, nostro Minorum Observantium Ordini die 28 maii 1775 decimum octavum agens annum nomen dedit. Praestantis ingenii, optimaeque spei adolescens, e tironibus nostris egressus, in Italiam studiorum causa missus fuit; queis absolutis, laudabilique in studiorum progressu specimine dato, in nostro Liburnensi coenobio Philosophiae cathedram est moderatus. Hac nacta occasione, piaculares illyricae nationis hominum Confessiones excipiendi coeteraque illis Sacramenta administrandi munus ei fuit demandatum; ideoque in illa urbe domicilium suum collocavit. Nautas quoque arithmetica et navigationis arte laudabiliter informabat. Anno Domini 1799 Ragusam repetiit; Senatus Ragusini tamen iussu ad Daxae Insulam tantummodo incolendam se contulit; eo quod (uti dicebatur) non solum eius mores, uti hominem Deo dicatum decet, nec puri nec irreprehensibiles fuere, verum etiam doctrina eius, opinandique innovationes quaedam veneno infectae fuerunt et perniciosae. Per paucos menses Daxae moram traxit, deindeque Liburnum versus profectus est; sed non multo elapso tempore, regulari Instituto valedicendi facultate a Summo Pontifice obtenta, inter saeculares presbyteros fuit reputatus. Huiusmodi tamen vivendi rationem haud diutius protraxit: nam anno 1806 ob repentinum sanguinis per os profluvium et viribus et vita destitutus, firmiori adhuc aetate animam efflavit.

811. — Fr. Iacobus, Ioannis Ghjurovich [3] de Umbla filius, laicus noster, cui post emeritum Fr. Paschalem Baletin Lanificii directoris cura fuit demandata. Huic Lanificio nostro Gallicarum cohortium in hanc urbem adventus, obitusque huius commendabilis Coenobitae finem imposuit. In laboribus indefessus, et ad quodcumque opus, sibi religiosaeque suae conditioni conveniens, aptus, semperque erat paratus. Otio infensissimus, adeo fuit solers et fidelis, ut omnem oeconomicam totius Provinciae administrationem Superiores nostri illius fiduciae tutissime committere potuissent. Ut uno verbo complectar omnia, erat laicus honestus, oboediens, probus,

---

[1] Crnagora. [2] Kotoraš. [3] Gjurović.

pius, omnibusque egregiis dotibus exornatus. In proprio huius coenobii cubiculo maligna febri consumptus die 12 maii 1807, aetatis suae 49, religionis vero 27 annorum, piam mortem opetiit.

812. — P. Lucas, filius Georgii Vucizà de Pechine [1] in Popovo, tenuis ingenii, modicaeque habilitatis erat Coenobita, sed honestus et probus. Sacerdotio insignitus, post paucos annos in Italiam se contulit et Vicentiae in nostri Ordinis coenobio, non sine Superiorum consensu, domicilium sibi elegit. Ibi, quidquid ei vitae supererat, commoratus est; ibique die 12 Augusti 1807 sexagenarius aetatis suae, Religionisque nostrae unum et quadraginta annos enumerans, ad immortalem vitam placidissime transiit.

813. — Fr. Rogerius, Michaelis Obod de Canalibus filius, laici nostri conditionem amplexus, fuit in expediendis negotiis dexter, oboediens, optimusque Coenobita. Phthisi brevi tempore consumptus, in hoc valetudinario omnibus Ecclesiae Sacramentis praemunitus, quadragesimo aetatis suae et Religionis decimotertio anno, die prima februarii 1808 in Domino obdormivit. Primus ex nostris Coenobitis in coemeterio Sanctae Mariae Angelorum ad Dancias duabus sepulturis a Superioribus nostris ad id ibidem extructis, fuit tumulatus.

814. — P. Innocentius, Lucae Matthaei Cosićh [2] de Sabiuncello filius, vigesimum secundum aetatis suae agens annum, die 2 iulii 1777 inter nostros tirones fuit adnumeratus. In hoc Ragusino nostro Gymnasio non sine aliquo progressu studia perfecit. Nostrorum deinceps extra urbem coenobiorum administratio plerumque penes illum fuerat. Piscari, tornoque aliquid elaborare, eius praedilectae fuere occupationes. Affatu facilis, honestus, probusque fuit. Supradictus tamen Pater Adrianus (*vide sub* n. 810) Daxae insulam adveniens Innocentium illius Familiae Coenobiarcham invenit; tantamque inter se familiaritatem inierunt, ut eadem opinantes, eademque sentientes, moribus aliquanto remissior, regularis Instituti observantiam Innocentius permolestam sibi in posterum futuram esse existimavit. Hic inconsultus vir, Adriani consiliis adhaerens, a Romano Pontifice regularem habitum dimittendi facultatem quaesivit et obtinuit; annoque Domini 1805, die 21 iunii presbyter saecularis factus, Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo in Sabiuncelli paroecia animarum curam suscepit. Huius vero novae et laboriosae vivendi rationis Innocentium cito taeduit; ideoque Comitia nostra, quae die 12 iulii 1808 erant celebranda, ut eum ad habitum nostrum denuo suscipiendum exciperent exoraturus adire constituerat. Dum tamen ad quemdam parochianum suum aegrotum invisendum se gerebat, pleuritide correptus, antequam Comitia essent celebrata, die 4 iunii 1808 domi suae omnibus Sacramentis munitus animam reddidit Creatori.

815. — Fr. Stephanus, Felicis Camilleri de Melita filius, a patria sua nostro Tertii Ordinis habitu cum cucullo indutus huc inter nos advenit, et die 14 iulii 1795, vigesimum octavum agens annum, in humili laicali statu, nostrorum tironum numero fuit adscitus. Pacificus, oboediens, piusque erat; sed ad ecclesiae tantummodo inserviendum aptus atque habilis. Post biennium, ex quo solemnibus votis semetipsum Ordini nostro devinxerit, ad invisendos parentes suos a Superioribus nostris Melitam repetendi facultatem obtinuit. In illam Insulam appulsus, nunquam amplius nec Ragusam nec coenobium nostrum revisit.

[1] Vučica-Pečine. [2] Kosić.

816. — Fr. Lucas a Pastrovich[1], graecus schismaticus natus, dein Romanae Ecclesiae communioni redditus, toto iuventutis suae tempore, quanquam laevo oculo laesus, Orientis et Occidentis loca navigando peragravit. Ragusam tandem anno 1784, quinquagesimum octavum circiter aetatis suae agens annum, advenit; et quamdam pecuniariam eleemosynam coenobio nostro offerens a Patribus petiit, ut Tertii Ordinis nostri habitum cum cucullo seu caputio, illi impertiri dignarentur. Voluntati precibusque eius Superiores nostri obsequuti sunt, eumque nostri sacrarii servitio addixerunt. Acriori quidem ingenio, patientia, humilitate, pietate et in suis muneribus exequendis vigilantia erat vir iste commendabilis. Post viginti quinque annos in nostra Familia exactos, die 5 aprilis 1809 in hoc valetudinario piissime obiit; eiusque corpus in sepulcro coemeterii Sanctae Mariae ad Dancias, laicis nostris parato, conditum quiescit.

817. — Fr. Didacus, Vincentii Sette de civitate, cui Vigiliae nomen, filius, iam Tertii Fratrum Capuccinorum Ordinis, Apuliam deseruit, et a nostro Fr. Iacobo ab Umbla (vide sub n. 811) qui ad lanas huic lanificio comparandas in Apuliam pergere consueverat, Ragusam ductus fuit. Die 5 iunii 1801, trigesimo sexto aetatis suae anno, laicalem amplectens conditionem, tirocinium nostrum ingressus est, debitoque tempore solemni religiosa professione se Deo, Divo Patri Francisco nostraeque Provinciae servituti devovit. Exactis inter nos septem vel octo annis, paternam domum, suosque in Apulia invisendi, eodemque tempore illam, qua vix recipere et reddere anhelitus poterat, difficultatem medendi, a Superioribus nostris facultatem impetravit. Abiit ergo, et abiens nos omnino dereliquit. Valeat; nam exigua vir iste virtute praeditus erat, irae tamen plus nimio indulgebat.

818. — Fr. Ioannes, filius Ioannis Viskovich de Vruchiza[2], laicus noster, quamvis aliquando ad obloquendum promptus, tamen ad hortos colendos et quemcumque alium durandum laborem habilis fuit et perutilis. Oboedientia quoque et probitate eminebat. In valetudinario nostro febri consumptus, die 11 augusti 1809 mortuus est, quinquaginta trium aetatis suae annorum, religionisque novem et decem; eiusque corpus in coemeterio Sanctae Mariae ad Dancias fuit sepultum.

819. — A. R. P. Celsus, Marci Mitrovich[3] ragusini filius; Grammaticae et Rethoricae praeceptis eximie imbutus, regulare nostrum institutum amplexus est et e tirocinio egressus in Italiam sublimioribus scientiis operam daturus se contulit. Mediolani studia sua, in quibus plurimum profecit, laudabiliter absolvit; sed natura sua plus nimio timidus nec ulli tentamini ad necessarium scientiae suae pro Lectoratus consursu specimen dandum se exponere, nec sacram ad concionandum cathedram ascendere unquam voluit. Tironum Magister pluries fuit, pluries in diversis Provinciae coenobiis Guardianus, dein Ecclesiae huius nostrae Sacrista, deindeque Guardianus etiam huius urbani coenobii. Fuit quoque multoties Definitor, semel Custos, bis Minister Provincialis, Commissarius Visitator et Praeses nostrorum Comitiorum. Torno aliquid faciendi optimus artifex aliquam temporis partem in huiusmodi occupatione libenter impendere consueverat. Celebres auctores, ex quibus pulchras et litterariae rei et historiae cognitiones sibi acquirebat, prae manibus crebro habere delectabatur. In piacularibus, quandocumque ei occasio sese offerebat, Christifidelium confessionibus excipiendis, et in orando fuit assiduus; nec non comis, aequus, hone-

[1] Paštrović. [2] Visković; Vručica. [3] Mitrović.

stus atque humilis. Aliis bonis operibus ieiunia quoque adiiciebat, patientissimaque animi sui demissione permolesta pedum ulcera et podagram, qua saepe laborabat, Deo sic disponente, in peccatorum suorum expiationem offerebat. Demum in nostro Sabiuncelli coenobio die 22 augusti 1809, aetatis suae septuaginta quinque annorum, et religionis octo et quinquaginta, pie, sancteque, uti vixit, ad Dominum migravit.

820. — A. R. P. Alexander, Stephani Peiovich[1] ragusini filius, fuit praestanti ingenio, felicissimaque memoria exornatus. Brixiae studiis maxima cum laude vacavit; queis peractis, Cremae fuit Lector Philosophiae renuntiatus. Ad Theologici Lectoris nomen sibi comparandum, doctrinae suae huiusmodi specimen dedit, ut Lectoris Generalis titulum munusque promeruerit. Per decennium in hoc nostro Gymnasio Theologiae tractatus auditoribus suis perhonorifice explanavit; quo absoluto curriculo fuit Iubilationis laurea donatus. Tum illyrico in hac nostra ecclesia, tum italico idiomate in ragusina Cathedrali per quadragesimales ferias, omni zelo et magno Christifidelium fructu habuit conciones. Gallicum quoque idioma optime callebat. Per plures annos Medioinsulani et Epidaurensis coenobii administrationem gessit. Bis fuit Definitor, semel Minister, semelque Vicarius Provincialis, et post obitum A. R. P. Angeli Dolci, Generalis Superior huius nostri Studii Praefecti titulo illum voluit decoratum. Cum anno Domini 1802 clariss. vir Pater Aloysius Mozzi, eximius Missionarius, ad omnes nostrorum civium ordines institutionibus, concionibusque suis in Metropolitana nostra non modico animarum lucro habitis, bonae frugi restituendos, a Senatu Ragusino ex Italia vocatus esset, Senatus idem in hac nostra Ecclesia Alexandrum concionatorem tunc temporis praeelegit. Fervidi, vereque apostolici huius concionatoris sermones id effecere, ut in plebe nostra effrons morum licentia quaedam evaserit, studiumque christianae vivendi rationis permanserit quidem diutius. Ob rem bene gestam gratum animum suum liberaliter Senatus Alexandro significavit; namque illi triginta ragusinorum ducatorum annuum, dum viveret, honorarium stipendium de publico solvendum decrevit. Hic venerabilis Pater affatu fuit et facilis et dulcis, hilaris, sincerus, humilis, misericors et benignus; ieiunio vero, sacris meditationibus, precibusque assiduus et indefessus. Per quatuor continuos annos in lectulo semper decubuit, acutissimoque tibiarum, pedumque dolores, queis laborabat, patientissime toleravit. Anno Dni 1809 demum, die 5ª octobris in hoc valetudinario hic sanctus vir sanctissime obiit, expletis aetatis suae septuaginta duobus, religionisque duobus et quinquaginta annis, et in sepulcro coemeterii Sanctae Mariae ad Dancias pro defunctis Sacerdotibus nostris constructo corpus eius quiescit tumulatum.

821. — R. P. Stanislaus, filius Marci Boretti ragusini, non mediocris ingenii Coenobita, Theologiae praesertim Moralis doctrina et Historiae cognitionibus pollebat. Aliquantulum venationis amans, piscationis vero fuit amantissimus. In pluribus Provinciae Coenobiis Guardiani auctoritate fuit adauctus; sed in Medioinsulani coenobii administratione variis in rebus imprudentissime se gessit. Erat homo quam maxime suspiciosus. Nihilominus Definitoris gradum et in urbana nostra Familia Guardiani dignitatem illi aetate consilioque iam maturiori Patres nostri contulerunt. Nondum tamen primo huius dignitatis anno expleto, hebescere coepit: dein paullatim mente aberrans, eo stoliditatis devenit, ut per reliquos quatuordecim vitae annos et Sacramenta ipsa suscipiendi incapax omnino extiterit. In morbum demum incidit et in

[1] Pejović.

lectulo, etsi invitus, decubuit, in quo ullam sibi ipsi servitutem vitae necessariam praestandi impotens et ab aliis Fratribus, vel unam quidem aquae guttam sibi oblatam, ob veneni timorem, haurire pertinaciter renuens, toto corpore extenuatus, fame, sitique consumptus, viribusque omnino destitutus, aetatis suae annorum septuaginta trium et religionis quinquaginta quinque die 16 ianuarii 1810, miserrime mortuus est, eiusque corpus in coemeterio ad Dancias fuit tumulatum.

822. —.R. P. Anselmus Marianus, Francisci Vocativo de Ragusio filius, e tironibus egressus, ad Philosophiae, Theologiaeque curriculum perficiendum in Italiam perrexit. In his tamen scientiis parum profecit. Etsi enim praestanti ingenio et mirabili memoria fuerit praeditus, tamen ad scientias istas sibi comparandas illi parum inerat voluntatis. Saeculari vivendi instituto potius adhaerens, saecularibus negotiis et conversationibus se immiscebat, et quamvis honestae, beneque moratae gentis consuetudine uteretur, inutiliter tamen dies suos impendens, propriis quoque muneribus saepe deesse consueverat. Nonnulla extra urbem coenobia administravit; immo, cum Stagnensis Coenobiarcha fuerit in activae et passivae vocis privationis poenas, vi Litterarum Innocentii XII, quae incipiunt: «*Nuper*» et sententia ab Adm. R. tunc temporis Provinciali Ministro aequiter in eum latae et pag. 245 *Actuum et Provincialium Decretorum* relatae, incidit. Elapso anno, his absolutus poenis, huius nostrae ecclesiae fuit sacrista, dein Definitor et demum etiam Custos. Hic Coenobita, qui hilaris, festivaeque indolis semper fuit, per aliquod ante obitum tempus adeo hebescere et stupefieri coepit, ut magis magisque de die in diem viribus menteque destitutus, videretur. Inter lucida tamen suae mentis intervalla sanctis Ecclesiae Sacramentis praemunitus, sexagesimo quarto aetatis suae, religionisque quadragesimo nono expletis annis, die 10 maii 1810 e vita decessit. Eius corpus in Seraphidum sepulcro coemeterii Sanctae Mariae ad Dancias conditum iacet.

823. — R. P. Hieronymus, filius Petri Lucatti de Cannosa, expleto probationis suae anno, non mediocris ingenii adolescens, in Aracoeli Romam Philosophiae studio operam daturus se contulit. Cuidam clerico Ordinis nostri, gymnasiique socio, qui ingenii facultate potius carebat, familiaritate coniunctus, ne hic socius in Philosophico progressu sibi inferior videretur, ipse quoque ad hoc studium, uti par erat, de industria incumbere negligebat. Cathedrae moderator de hac Hieronymi negligentia et de negligentiae causa animadversus, ut ipse propriam repetat Provinciam a Superioribus petiit et obtinuit. Inter nos reversus, studiis laudabiliter absolutis, Theologicas Theses in publico tentamine defendendas sibi proposuit, honorificeque defendit. Illyrico idiomate mirabiliter concionabatur, omnibusque egregii concionatoris dotibus ita natura eum exornavit, ut e sacra cathedra ad conciones sacras in ecclesiis habendas natus videretur. Vix duabus aut tribus vicibus in Coenobiis nostris extra urbem Guardianus fuit, et senectuti proximus Definitoris gradu honestatus fuit: sed ille hunc gradum statim sponte dimisit: a Patribus tamen inter Ex-Definitores adnumeratus est. Sincerus, mitis, pacificus, probusque fuit Coenobita, sed prodigalitate nemini secundus. Aetate maturior orationi, coeterisque operibus religioso viro dignis, assiduum, indefessumque se praebuit. Apoplexia correptus, non modo corporis viribus, verum mentis etiam facultatibus fuit destitutus. Per integrum annum huiusmodi morbo afflictatus, dies suos protraxit; demum tamen conditionali Absolutione, extremaque olei sancti Unctione praemunitus, in hoc valetudinario, octogesimum secundum aetatis suae, religionisque secundum et sexagesimum annum

agens, die 12 ianuarii 1811 defunctus est, eiusque corpus in coemeterio ad Dancias quiescit tumulatum.

824. — Fr. Carolus, Blasii Andricich[1] de Trapan[2] filius, laicus noster fidelis ac probus, sed parum ad inserviendum habilis fuit et utilis. Omnibus Ecclesiae Sacramentis refectus, in hoc valetudinario, sexaginta novem aetatis suae annorum, religionis vero septem et quadraginta, die 15 novembris 1812 mortalitatem suam exuit, eiusque corpus in coemeterio ad Dancias fuit sepultum.

825. — R. P. Eugenius, Andreae Diedovich[3] ragusini filius, Moralem Theologiam sufficienter callebat, et organa mediocriter pulsabat. Fuit quandoque in filialibus Provinciae nostrae coenobiis Guardianus, semelque ad Definitoris gradum evectus. Italiam petiit et per aliquod tempus in quodam ex illis sacri Recessus coenobiis commoratus est: dein Hierosolymam invisit, et post triennium in patriam reversus est. Iterum Hierosolymam petens, illam sacrarum Reliquiarum thecam, quae super altare Crucifixi Domini in nostra conspicitur ecclesia, apud nos reliquit. Post iteratum suum in Hierosolymam adventum nobis pulcherrimam crucem, intestinis concharum corticibus contextam, dono misit, eademque in mensilibus Viae Crucis precationibus Fratres nostri modo utuntur. Eugenius erat charitatis, humilitatis pietatisque studiosissimus, verumque coenobiticae perfectionis exemplar. Ignotum adhuc est nobis, quo die, mense et anno ex hac vita illic migravit; sed quantum coniici potest, mortuus creditur mense decembri 1815, quartum supra septuagesimum aetatis suae religionisque quinquagesimum septimum agens annum.

826. — P. Fortunatus Crivellia[4] de Sabiuncello, iuvenili sua aetate in quodam Italiae seminario in humaniora studia laudabiliter incubuit. Perspicaci ingenio praeditus, plurimum deinde in illis scientiis profecit, queis quicumque optimus saecularis presbyter exornari debet. Primo peracto Sacro, per aliquod tempus illmo et rmo dno Fr. Francisco Mariae Sorgo-Bobali, Stagnensi Episcopo, a secretis fuit; deinde in Iuliana paroecia animarum curam administrandam suscepit. Parochialis curae officiique pertaesus, inter nostros Coenobitas cooptari petiit, quod et obtinuit; verum in nostro regulari Instituto, cui die 21 ianuarii 1799 nomen dederat, per tres tantummodo sequentes annos perseveravit. Eum enim illmus et rmus dnus Gregorius Lazzeri, Divi Benedicti primum assecla, deinde Archiepiscopus ragusinus, facultate a Summo Pontifice habita, inter Monachos Sancti Iacobi in Viscegniza sub nomine Mauri-Fortunati adnumeravit, adeo ut Philosophiae ac Theologiae Moderator scientias illas adolescentibus, paullo ante Monachali Ordini adscitis, explanaret. Post paucos a suscepto habitu dies, vi apostolicae dispensationis, Divi Benedicti Regulam professus, solemnibus votis illi Instituto se devinxit, et a praelaudato Archiepiscopo Gregorio Lazzeri Sancti Michaelis in Iuppana insula coenobii Abbas, congregationisque Melitensis Praeses fuit renuntiatus. Contentiones inter praefatum Lazzeri et ipsum Crivellia in posterum exortas, Crivelliae a nostra urbe exilium eius Romam versus discessum, quaerimoniasque ab eo apud Pium VI Romae factas, hic referre ad nos non attinet, quia et ipse tunc temporis ad Franciscanam Familiam amplius non attinebat. Benedictini tamen Abbatis et habitu et dignitate insignitus, Dalmatiae in Pharensi urbe, anno Domini 1815 supremum diem obiit.

827. — Frater Georgius, Martini Glavicich[5] de Rathanea peninsula filius, laicus noster et bonus et habilis, nostrorum extra urbem coenobiorum famulatui quasi

[1] Andričić. [2] Trpanj. [3] Djedović. [4] Krivelja. [5] Glavičić.

semper addictus. In hoc demum ragusino coenobio coquinae directoris officio per complures annos non sine sedulitate et Superiorum satisfactione functus est. In proprio coquinae directoris cubiculo hernia, qua laborabat, ad extrema deductus, duorum et sexaginta aetatis suae annorum, religionis vero unius et quadraginta omnibus Ecclesiae Sacramentis corroboratus, die 20 Maii 1815 vitae cessit, eiusque corpus sepulturae nostris laicis in sacrario nostro sub n. X destinatae traditum fuit.

828. — R. P. Ladislaus, filius Matthaei Ssiscich[1] de Umbla, igneae potius indolis, sed sincerus, fidelis et officiosus fuit Coenobita. Philosophicas theologicasque disciplinas in hoc Gymnasio nostro persolvit, ex quibus magno percepto fructu, eo quod praestans eius ingenium cum incredibili semetipsum erudiendi voluntate fuerat coniunctum, bis laudabiliter et perhonorifice theologicas Theses in publico tentamine defendendas exposuit. Canonicas quoque leges, Rubricas, Ritus, Historiamque Ecclesiasticam sufficienter callebat. Harmonicam et ad perbelle canendum aptam vocem habuit et organa egregie pulsavit, adeo ut nostri chori, cantusque choralis, donec vixerat, directoris officio est functus. Bis huius coenobii Vicarius, semelque fuit Definitor. Optime moratus, summa regularis observantiae exemplaritate praefulsit. Tam gravi rheumatismi causa, articulari morbo laborabat, ut ab eodem totum eius corpus attractum fuerit et consumptum. Appropinquanti morti semetipsum divinae voluntati magna animi sui demissione conformantem iamdiu praeparabat, illique Sacramenta sponte sua petenti ab A. R. P. Ministro Provinciali, qui huiusmodi Ladislai desideriis adhaerere ex animo sategit, fuere administrata. In hoc nostro valetudinario demum die 16 novembris 1815, quadragesimum sextum aetatis suae, religionisque nonum et vigesimum annum agens animam Conditori suo piissime reddidit, eiusque corpus in sepulcro sacrarii nostri sub n. I, tumulatum requiescit.

829. — Fr. Stephanus, Ioannis Rescich[2] de Lagusta filius, trigesimum quartum aetatis suae agens annum, die 16 decembris 1796, uti laicus inter nos fuit cooptatus. Solemnibus obstrictus votis, modo alterius, alterius modo coenobii servituti destinabatur. Sed, nonnullis et gravioribus vitiis, quae secum a saeculo tulerat, iam depravatus, ne inter coenobitas quidem, in ipsis inveteratus homo, novit resipiscere; ideoque Guardiani omnes in propria Familia inviti quidem eum adnumerabant. Cunnensi coenobio addictus, ne ob quamdam suam culpam ab illo Guardiano condigna poena multaretur, pertimescens, in provinciam SS.mi Redemptoris in Dalmatia profugum se recepit. Aliquo ab eius discessu elapso mense, illius Provinciae Minister ad nostrum litteras misit rogans eum, ut huic laico in illa Provincia remanendi facultatem concedere dignaretur. Libentissime huic petitioni Superior noster Provincialis annuit, illique Franciscanae Provinciae, viginti circiter inter nos exactis annis, se omnino addixit.

830. — R. P. Ioachimus, Marci Stulli[3] ragusini filius, cerebrosus homo, adeoque irrequietus et ad tumultus excitandos proclivis, ut vix e tironibus egressus, et regulari Instituto nostro solemnibus votis devictus, una cum sui tirocinii socio Fr. Blasio Letunich, de quo supra (n. 786) disseruimus, proprium Magistrum, Patrem Iosephum Gaudenzio, nocturnis horis, in cubiculo suo, immo in suo lectulo decumbentem, ad eum verberandum fuste aggredi sit ausus. Ambo tamen in huius nostri coenobii carceres statim coniecti, gravi poena hoc tam grave crimen expiarunt. In hoc nostro gymnasio Philosophiae, at Theologiae in Aracoeli Romae vacavit. In his

---

[1] Šišić. [2] Rešić. [3] Štulj.

disciplinis Ioachimus non mediocriter profecit, et Moralis praesertim Theologiae tractatus plusquam mediocriter callebat. Absolutis tamen hisce studiis, statim Lexicum illyricum componendi perseverans iniit consilium, dieque ac nocte ad hunc tam improbum laborem, etiam tunc cum alicuius extra urbem coenobii nostri administrationem gerebat, suas omnes cogitationes, totumque animum suum intendebat. Ut facilius, quod sibi proposuerat, ad effectum ducere posset, Vindobonam se contulit, ubi per aliquot annos moram traxit, donec tandem ad hoc opus perficiendum a Caesareae Regiae Maiestatis Iosephi II benignitate annuum stipendium obtinuit. Quamvis de rebus ad vitam sibi necessariis hoc modo satis instructus aliena ope non indigeret, tamen multoties inter coenobitas, apud quos morabatur, contentionum causa fuit et molestiarum. In Pannoniam deinceps se transtulit, Bohemiam, Borussiamque peragravit; demum Imperialis aerarii sumptibus Lexicum Latinum Italicum Illyricum Budae 1801 typis edidit. Vindobonae autem in mensa nummulariorum, qui argentariam exercent, eam pecuniarum quantitatem deposuit, ex qua omnibus deductis expensis, in huius nostri valetudinarii beneficium (ex eiusdem P. Ioachimi dispositione) florenorum triginta septem et duorum karantanorum annuum fructum hodierna etiam die Procurator nostrae Provinciae percipit. Post viginti quinque annos in his occupationibus et itineribus ab eo exactos, ad Provinciam tandem regressus, Definitoris gradu a Patribus fuit honestatus; sed in Superiores suos et in ipsa Comitia vehementer ille concitatus nulla alia ratione, nisi quia A. R. P. Antonium Aghich in Ministrum Provincialem elegerant, eo indignationis imprudentiaeque devenit, ut in poenas a Pontificio Gregorii XIII Diplomate, quod incipit « *Quoniam Nostro Pastorali* [1] » etc. huiusmodi Coenobitis inflictas incursus, in ecclesiastica excommunicatione duos menses transegerit. Interea alteram Lexici Illyrici-Italici-Latini partem ragusinis typis, propriisque expensis, anno Domini 1806 vulgavit. Tandem tertiam, postremamque Lexici Italici-Illyrici-Latini partem anno Dni 1810 Typis Ragusinis publici iuris fecit, eamque Augusto Marmontio, tunc temporis Supremo Illyricarum Provinciarum Moderatori et Ragusae Duci, qui et omnes expensas pro duobus huiusmodi edendis voluminibus necessarias solvere iussit, Ioachimus dicavit. Quantum tamen laudis hoc auctoris nomen apud benemeritos reipublicae litterariae viros illi comparare poterat, tanta reprehensione ob pene intolerabilem eius inveteratam indolem coenobitae et praesertim Superiores nostri, queis semper fastidiosus et molestus fuit, illum dignum existimabant. Nihilominus quotidie non parum temporis in sacris precibus impendebat diesque nulla aberat, qua praeter Sacrum Mysterium, quod ipse pie peragebat, incruento Altaris sacrificio, ab alio Sacerdote peracto, piissime adstabat; et extra coenobii septa exemplaris quidem, optimique coenobitae dotibus ornatus videbatur. Antequam supremum diem obiisset, Ducatorum Ragusinorum tria milia, quae debitis (id ipso affirmante) munitus facultatibus penes se habebat, coram Superioribus nostris Provinciae Procuratori tradidit, nec non octingenta Lexici Illyrici-Italici-Latini exemplaria in Provinciae nostrae commodum, utilitatemque remanserunt. Sanctis demum Sacramentis in hoc valetudinario susceptis, ab omnibus Fratribus noxarum suarum veniam petiit et die 12 aprilis 1817, aetatis suae trium et octoginta, religionisque sexaginta sex annorum, ad meliorem vitam migravit, Fratrumque sepultura in sacrario nostro penes Reliquiarium sub num. III posita eius corpus excepit [2].

---

[1] Wadd., *Annales*, XXI, p. 476. [2] Cf. Fabianich, II, p. 205.

851. — P. Aloysius, Michaelis Lupi de Rucik[1] filius, die 4 martii 1802, aetatis suae novem et decem annorum, Franciscanae huic Familiae nomen dedit, et in nostro domestico gymnasio studia sua, et honorifice quidem perfecit. Statim ac e gymnasio fuerit egressus, Vicarius, nostrique chori vice moderator fuit renuntiatus. Honestus quidem, optimusque Coenobita fuit, verum his, etsi parvi momenti muneribus ante diem decoratus, aliquantum coepit superbire. Cum autem omnes ecclesiastici viri die 8 octobris 1810 in publicum forum ad fidelitatem Neapoleoni Gallorum Imperatori et Gallicis Constitutionibus oboedientiam iureiurando firmandam una cum ipso Archiepiscopo fuerint acciti, plerique tum ex coetu saeculari Sacerdotes, tum ex Dominicana, tum ex nostra etiam Familia coenobitae huiusmodi iusiurandum praestare renuerunt, Dominicani tunc Patres et saeculares presbyteri in nostro coenobio, nostri vero in illo Fratrum Praedicatorum, donec resipiscerent, veluti inobedientes, fuerunt detenti. Inter hos fuit Aloysius; sed in eadem mente diutius non steterunt; praestitoque iureiurando omnes in propriam Familiam illico sunt reversi. Post aliquot menses coenobita hic, aut illum iurasse poenituisset, conscientiaeque stimulus, ut ipse affirmabat, continuo exagitasset, aut hoc praetextu Provinciam nostram derelinquere et natale solum, illasque Turcarum regiones repetere illi cordi fuisset, praestitum iuramentum reprobavit, eoque revocato, in Bosniam Argentinam se contulit. A Rmo P. Generali Ministro, insciis nobis, facultate obtenta, inter illos eiusdem Instituti Fratres, nullo tamen huic Provinciae nostrae, quae illum, ut benefica mater et educavit, et erudiit, de huiusmodi sibi capto consilio nuncio dato, fuit adnumeratus.

852. — P. Franciscus, Gregorii Marich[2] ragusini filius, die tertia ianuarii 1775 vigesimo primo aetatis suae anno, nostris se tironibus adiecit. Viro isti, cui tenuissima litterarum cognitio erat, plurimum erat audaciae et arrogantiae. Omne habilitatis, suaeque dexteritatis meritum in nimia domesticae rei oeconomica cura ille reponebat. Pluries in filialibus coenobiis nostrae Provinciae Guardiani munere honestatus fuit, quamvis coenobitas secum una degentes et imprudentia et avaritia sua male semper affectos habuerit. Illmus et Rmus Dnus Fr. Aloysius Spagnoletti Archiepiscopus Ragusinus, ut Francisco praediorum, quae ad archiepiscopalem mensam pertinent, eorumque annuorum fructuum curam possit demandare anno Dni 1792 debitam a Summo Pontifice Regulari Instituto nostro valedicendi et saecularium presbyterorum coetui se addendi facultatem illi obtinuit. Donec hic Archiepiscopus vixerat, plerumque Franciscus campestres Archiepiscopi domus incolebat, annuis terrarum proventibus, omnibusque, a colonis praestare solitis, operibus, tamquam unus ex archiepiscopali familia, invigilabat. Statim ac tamen Aloysius vitae cesserit, Franciscus etiam huic administrationi, cunctisque rebus ad Archiepiscopalem domum pertinentibus omnino cessit; verum ad vitam sustentandam istiusmodi generis munia apud alios dominos praedia possidentes obire per aliquot annos protraxit. Tandem in Brennensem de Cuppari pagum, ad Sacrum diebus festivis pro illius populi commoditate ibi peragendum, se recepit; ibique die 27 augusti 1817 sexagesimo quinto aetatis suae anno, omnibus Sacramentis refectus, animam Deo reddidit.

853. — R. P. Ioannes Evangelista, filius Lucae Lucich[3] de Rathanaca peninsula, in medio Philosophiae curriculo, Superiorum suorum iussu, Gymnasium

[1] Ručik. [2] Marić. [3] Lučić.

omnino deserens, officinae medicamentariae nostrae se totum dicare debuit. Optimi ingenii adolescens in sublimioribus studiis, si illa esset persequutus, multum quidem proficere potuisset; sed quod in litterariis disciplinis obtinere non potuit, id in pharmacopolae arte obtinuit. Tantum nominis haec ars cito illi comparavit, ut felicissimo quidem eventu ad chirurgicas se accinxerit operationes, salubria praestantique medico digna remedia praescripserit, pharmacopolas adaequaverit, immo in difficillimis maximique momenti eventibus usu non solum experti, verum etiam probatissimi medici illum saepius consuluerunt. Medicamentariam officinam nostram et elegantiorem reddidit et vasorum multitudine et instrumentis locupletavit. Melioramenta plurima et beneficia, pulchra quidem laboris, industriaeque suae monumenta coenobio, valetudinario, ecclesiaeque nostrae contulit. Unoquoque praeterea anno convenientem pecuniarum summam in Provinciae subsidium suppeditabat. Vir erat hilaris, quietus, honestus, misericors et beneficus. Pluries huic coenobio Guardiani auctoritate praefuit; pluries Definitoris et semel Custodis gradu fuit decoratus. Excrescentia quaedam parva, globuli instar, quae stomachi corium aliquantulum detersit, nullam ab initio mali suspicionem illi attulerat, ideoque nec debita remedia adhibuit sed deinceps eodem loco in gangrenam evasit, quae illum ad extrema deduxit; dieque 19 septembris 1818, octoginta aetatis suae, et sexaginta duorum religionis annorum in suo cubiculo piissime obiit; eiusque corpus in una ex nostris sepulturis coemeterii ad Dancias quiescit humatum.

854. — R. P. Thomas, Christophori Tassovich[1] de Slano filius, studiis Lucae vacavit, et quia mediocris ingenii fuit, mediocres etiam ex hiis fructus percepit. Cum tamen Moralis theologiae tractatus die nocteque prae manibus habuisset, in hac doctrinae parte eximius, praestansque ab omnibus habitus fuit Theologus. Absoluto studii curriculo in quemdam sacrum Thusciae Recessum se contulit, ibique per paucos annos commoratus, in propriam Provinciam reversus est; ubi statim a suis Superioribus munus Magistri Novitiorum ei demandatum fuit. Ab huius Magistri exemplis, consiliis, monitisque edocti tirones nostri in perfectiori coenobiticae vitae ratione proficiebant. Sed anno Domini 1771 in Italiam redux, quemdam sacrum Picenae Provinciae Recessum sibi elegit; ab illaque Provincia inter proprios alumnos adnumeratus, se illi totum addixit et Guardiani munere pluries donatus fuit. Tandem illius Provinciae partem anno 1796 Gallicis copiis occupantibus, Thomas Italiam deseruit, in patriam advenit, nostrique Patres illum perhumaniter, tamquam Fratrem suum, exceperunt. Denuo tironum Magistri officio, deindeque Definitoris et huius coenobii Guardiani dignitate fuit adauctus. Multum temporis in orando impendebat, in piacularibus Christifidelium confessionibus audiendis erat assiduus; coeteraque charitatis et misericordiae opera exercebat. Ne plura addam, ab omnibus exemplaris, pius, optimusque coenobita habebatur, et erat revera. Interna consumptus febri, in proprio cubiculo, die 26 augusti 1820 e vivis pie decessit, septuagesimo nono aetatis suae, et religionis sexagesimo tertio anno. In coemeterio ad Dancias corpus suum conditum iacet.

855. R. P. Petrus, Vincentii Radosc[2] de peninsula Rathanaca filius, tres et viginti annos natus inter nostros coenobitas adnumeratus fuit; ideoque aetate aliquanto maturior e saeculo egressus, per multos annos in coenobio pueri mentem consilium-

---

[1] Tasović. [2] Kadoš.

que gessit. Humaniores litteras ne extremis quidem labiis unquam attinxit; immo quandoque libros lectitabat, sed quidquid legebat, parum aut aliter quam intelligi deberet, intelligebat, et non saepe auctoris sensum, opinionemque penetrabat. Et verbo et opere fuit aliquanto liberior, ideoque acerbissimis reprehensionibus et durioribus poenis, ineptiae tamen, suaeque stultitiae adaequatis erat multatus. Nihilominus quia in agendis rebus dexteritate non caruit, pluries Provinciae extra urbem coenobiorum penes eum fuit administratio. Sexaginta quatuor annos agens Definitoris gradum anno 1796 obtinuit; qui gradus (quisnam hoc crederet?) ad rectam religiosae vitae semitam eum ita deduxit, ut totus mutatus ab illo videretur. Tunc quidem bene morati, pii, observantissimi, exemplarisque coenobitae dotibus eminere coepit, et usque ad mortem hisce virtutibus ornatus perseveravit. Triduo antequam obiisset, viatico eucharistico pane praemuniri voluit, eidem, quamvis nullum proximae mortis indicium daret, quia ad beneplacitum suum et scamno assidere et in cubiculo deambulare adhuc poterat, tamen ad quamcunque molestiae, afflictionisque causam ab eo removendam, fuit administratus. Post triduum vero ab illo divino pane suscepto Superiorem Provincialem accersivit, scamnoque absque minimo febris ascessu assidens enixe eum rogavit ut extremam quoque sacri Olei unctionem impertiri sibi vellet. Huic suae petitioni tunc temporis Superior, ne remotam quidem eius obitus suspicionem habens, adhaerere renuit; sed illius precibus et iteratis eiusdem asseverationibus, quod nimirum nocte sequenti esset ille moriturus, tandem commotus, tunica tunc expoliatum, lectuloque decumbentem Oleo sancto inunxit. Hoc quoque Sacramento habito, febris illico accessus et quaedam senilis pituita adeo illum praeoccuparunt, ut paullatim perbrevi tempore hic ingravescens morbus ante mediam ipsius diei noctem vitam ei surripuerit. In hoc valetudinario igitur die 12 septembris 1820 venerabilis senex octoginta octo aetatis suae annorum, religionis vero quinque et sexaginta ad Creatorem suum migravit, et corpus eius in nostra Fratrum Laicorum sepultura coemeterii ad Dancias fuit tumulatum.

836. — Fr. Iulianus, Sorbae Raschie Scodrensis in Albania filius, a Domino, ut nostro Seraphico Ordini servitutem suam devoveat, afflatus, una cum Missionario quodam e Turcarum regionibus Italiam repetente, Italiam etiam ipse, ad nostrum ibi suscipiendum habitum, petebat. In Ragusae portum ambo appulsi fuere, Iulianusque dimisso itineris socio, e nostro coenobio decedere noluit nostraeque Familiae in laicali conditione se addixit. Omni studio atque solertia ad omnia ea, quae illi iniungebantur, officia incubuit. Variis extra urbem coenobiis inserviendis primum, deinde cellae vinariae cura in Ragusino coenobio ei fuit demandata. Dictu quidem difficile est, quanti huic optimo laico Provinciae utilitas, coenobitarumque commune bonum intererat; quantum sollicitudinis et dexteritatis in propriis exequendis officiis ille adhibebat. Reliquum temporis, post obita sua munia, in orationibus, in piorum librorum, Sanctorumque Patrum et Sacrae Bibliae lectione, quam ipse Latinum idioma callens saepe prae manibus habebat et bene intelligebat, libentissime impendere consueverat. Igneae potius indolis erat, sed semetipsum cohibere, suumque naturalem hunc defectum mansuetudine noverat superare. Ideoque humilis erat, pius et exemplaris. Interna putrida febris brevi tempore eum consumpsit, diemque supremum obiit die 4 februarii 1821 sexagesimo tertio aetatis suae, religionisque quadragesimo anno; eiusque corpus in coemeterio Sanctae Mariae Angelorum ad Dancias fuit humatum.

857. R. P. Marianus, Florii Zvjetovich de Maglkovi [1] filius, studiis suis in hoc domestico nostro Gymnasio non sine aliquo progressu absolutis, Theologiae praesertim Moralis sufficientem sibi doctrinam acquisivit. Concionibus operam dedit, eiusque conciones a plebe plurimi habebantur. Quamvis eaedem potius essent ad delectandum et commovendum concinnae, tamen ob malam concionatoris repraesentationem saepissime languescebant; omnes enim Mariano sacri Oratoris dotes, praeter memoriam, qua multum praestabat, claramque ac intelligibilem vocem qua verba sua proferebat, natura ipsa negavit. Nihilominus per Quadragesimae, Dominique Adventus ferias et in nostra ecclesia et in Ascriviensi, Seniensi, Corcyraeque Nigrae dioecesibus sacros sermones habuit, Verbumque Dei Christifideli populo annuntiavit. Ecclesiae nostrae pluries Sacristae, et in variis Provinciae coenobiis atque in hoc etiam ragusino Guardiani, semel Definitoris, semelque Custodis muneribus functus est. In Comitiis nostris die 1ª Iulii 1812 in hoc coenobio habitis Minister quoque Provincialis fuit renuntiatus, sed tanto oneri imparem se existimans, hoc munus illico ab se abdicavit. Coeterum vero ipse erat asperioris potius indolis, magnique ipsis Superioribus incommodi, et vexationis causa fuit plerumque. Aliis autem coenobitis sive sibi aequalibus, sive inaequalibus qui illius morem gerere vel nequiverant vel non noverant, eo importunitatis et molestiae pervenit, ut pene intollerabilis dici potuisset. Sed, ut tandem resipiscat, ipsa Dei gratia effecit; nam ut mentis oculos aperiat, amborum corporis oculorum aciem amittere coepit. Quidquid consilii, quidquid medicaminis medica et chirurgica ars ei suppeditare novit, Marianus adhibuit, sed nil inde remedii, adeo ut paullatim oculis omnino captus remanserit. In seipsum tunc divina illum gratia adiuvante, reversus, omnibus statim rebus quae in cubiculo suo extabant, non modo superfluis sed necessariis etiam libentissime se expolians eas Superiori suo tradit, a coenobitis omnibus veniam petit, poenitentem vitae rationem amplectitur, corpus suum fame, siti, verberibus, paupertate ac squallida etiam nuditate, ferreis tandem flagellis castigat, totumque semetipsum pietati ac orationi devovit. In gravem magno vitae discrimine morbum incidit, sed, quia nondum obitus sui horam advenisse dicebat, viatica Eucharistia se praemuniri renuit; ideoque Eucharistico pane Christifidelium, qui incolumes sunt, more tantummodo tunc fuit refectus. Non multo vero tempore elapso, denuo lethali morbo correptus, omnibus de propinqua sua morte certioribus factis, valde mane e lectulo exurgit, consueto habitu se induit, ecclesiam petit et sacro Viatico inibi corroboratur. Post prandium ipsius diei, ut Oleo sancto ungatur, enixe exquirit et sequenti vespere animam Conditori suo reddit. In hoc valetudinario igitur die 8 martii 1822, septuaginta septem aetatis suae, religionisque quinquaginta octo annorum mortuus est, eiusque corpus in coemeterio ad Dancias conditum requiescit.

858. — Frater Didacus, Christophori Letillich [2] de Rathanaca peninsula filius, fuit in Laicali statu obediens, humilis, in rebus agendis dexter, optimusque Coenobita, Sabiuncellensis Familiae nostrae servituti addictus una cum adolescente quodam ipsius coenobii cymbam conscendens, Lagustam versus profectus est ad illuc exportandum P. Alexandrum a Ragusio, qui in parochiali illius insulae ecclesia per quadragesimales ferias sacras conciones habiturus se conferebat. Furebat ventus et procellosum mare illis adversabatur. Nox interea supervenit, medioque itinere

---

[1] Cvjetović; Majkovo. [2] Letilić.

nondum peracto et tempestate oborta, coeloque densissimis tenebris cooperto, nec ubi essent videbant, nec quomodo cymbam gubernarent prorsus noverant, donec ad Curzolensis insulae scopulos appulsa illico fracta et naufraga omnino deperierit. Pater Alexander cum adolescente, quem secum habebat, mirum quidem in modum vivus sed humero sinistro luxato, evasit; at Didacus, bonus plane Coenobita, fluctibus obrutus die 26 februarii 1824 mortem oppetiit, trigesimo septimo aetatis suae et religionis vix nono expleto anno.

839. — Pater Dominicus, filius Lucae Iacobovich[1] Catharensis, in ipso natali solo pharmacopola non mediocriter instructus, Ragusium se contulit, ut habitum nostrum susciperet, eodemque tempore pharmacopolae artem inter nos exerceret. Voti sui compos factus fuit; verum Superiores nostri animadvertentes medicamentariam officinam illam, guloso nimisque prodigo adolescenti commissam ab eodem quo citius esse dilapidandam, ab hoc officio illico amotum Stagni coenobio eum addixerunt, ut in illa cathedrali ecclesia cum aliis religiosis viris choraiia munera obiret. In eadem urbe ad sacros Ordines promotus primum Sacrum etiam peregit. Eximii quidem ingenii Dominicus fuit, sed nunquam illud excoluit, ideoque perpaucas etiam sibi cognitiones acquisivit. In diversis extra urbem coenobiis Guardiani auctoritas penes illum fuit, verum in administrandis cuiuscumque coenobii oeconomicis rebus ob eius prodigalitatem non mediocre huic nostrae Provinciae semper attulit detrimentum. Vivaci, hilarique indole sua ad quemcumque hominum coetum exhilarandum promptus atque aptus ad aliorum etiam laetitiam cachinnos, voluptatesque, quidquid facultatis sibi erat, libenter insumebat. Hi coetus quidem bibendi intemperantiae occasiones et causae eidem fuerunt, a quo turpi vitio nemo unquam deinceps eum amovere poterat, quodque iamiam inveteratum pene impotentem et inhabilem ante diem eum effecit. Ad invisendos propinquos suos anno Dni 1824 Catharum versus profectus est, sed iter facientem huiusmodi pluvia eum madefecit, ut totius artubus corporis constipatus ad quamdam nepotem suam Stolivi divertere fuerit coactus. Ibi tunc cum pristinam eum cito valetudinem recuperaturum esse unusquisque existimabat, inopinata quasi morte correptus. ictu oculi animam exhalavit. Dies prima aprilis 1824 fuit eius vitae extrema, postquam sexaginta quatuor aetatis suae, Religionisque tres et quadraginta annos expleverit; eiusque corpus in ecclesia Fratrum Reformatorum Perasti fuit tumulatum.

840. — Frater Damianus, Pauli Andrievich[2] rathanensis filius, fuit in statu laicali non mediocris habilitatis et dexteritatis coenobita. In omnibus Provinciae coenobiis laudabilem potius Familiae nostrae praestitit servitutem; in hoc vero Ragusino, coquinae directoris, cellaeque vinariae custodis officio per complures annos functus est. Generoso corde, festivaque indole a natura fuit donatus et iuvenili aetate praesertim plus nimio laetus atque hilaris. Sua vero senectute mente quasi omnino destitutus, in hoc valetudinario nostro die 21 septembris 1824 septuaginta aetatis suae, religionis autem octo et quadraginta annorum occubuit, eiusque corpus in coemeterio ad Dancias sepultum fuit.

841. — A. R. P. Isidorus, Marichi Marichievich[3] de Stagno filius, moestae, tetraeque indolis homo plerumque fuit, at si quando hanc in serenam, festivamque immutabat, immodica, nimiaque hilaritate et laetitia affici videbatur. Multum natu-

[1] Jakobović. [2] Andrijević. [3] Maričević.

ralis ingenii, sed nunquam exculti; ideoque perpaucam doctrinam, tenuesque habebat cognitiones. Retibus, aliisque piscationis instrumentis libentissime piscibus insidiabatur, et plurima opificia torno eximie elaborabat. Pluries diversis in coenobiis, sed speciatim in hoc ragusino Guardiani gessit administrationem; et pluries quidem Definitoris, semel Custodis, semel Ministri, deindeque Vicarii Provincialis dignitatibus fuit adauctus. Ascriviensibus et Scordiscis seu Montenegrinis, anno 1806 Ragusinum territorium hostili incursione devastantibus, Isidorus tunc temporis Slanensis coenobii Guardianus, cum suis retibus nonnullisque rebus usui suo necessariis coenobitanam cymbam conscendit atque in Insulam Mediam se recepit, Slani deserens senem sacerdotem P. Hieronymum a Ragusio et fratrem laicum Paschalem ab Umbla, nec non quidquid domesticae in coenobio et quidquid sacrae supellectilis in Ecclesia a nostris servabatur. (Ex hoc quidem dignosci potest, virum hunc, qui nec sociorum suorum nec ullius rei praeter quam quod ad seipsum tantummodo spectabat, vel minima sollicitudine aut cura tangebatur, sibi soli vixisse). P. Hieronymus ab illis scelestissimis hominibus et verberatus fuit et vulneratus; et frater Paschalis ob tormentorum timorem locum ipsum, in quo Isidorus, antequam abierit, pecuniam deposuerat, praedonibus illis significavit, ita ut coenobium illud et pecunia et rebus omnibus, nec clavis quidem in parietibus relictis, expoliatum remanserit. Quamvis ipse et renum doloribus et podagra laboraret, tamen si cibo, potuque moderato uti nosset, etsi senex, aliquot probabiliter annos adhuc supervixisset. Gravissimi, lethalesque ventris dolores (quorum ipse, prout videbatur, occasionalis causa fuit) eum ita per duas continuas dies afflixerunt, ut tandem tertia, postquam omnia Ecclesiae Sacramenta religiosissime excepisset, fractus omnino corporis viribus animam exhalavit. Haec autem dies fuit 2 novembris 1824, octogesimo quarto aetatis suae expleto anno, religionisque octavo et sexagesimo. Corpus eius in coemeterio ad Dancias iacet humatum.

842. — Frater Lucidus, Ioannis Scurla [1] de peninsula Rathanaea filius, die 19 iulii 1778 triginta annos natus inter nostros Laicos Fratres fuit cooptatus. Igneae potius impatientis et aliquanto pigrae indolis fuit; verum oboediens, fidelis et honestus coenobita. In diversis Provinciae coenobiis commendabilem potius Familiae nostrae suam praestitit servitutem; sed hostili Scordiscorum seu Montegrinorum et Moscorum incursione in Epidaurum, ubi Lucidus morabatur, anno 1806 facta, ab eisdem deprehensus, minis, verberibusque perterritus, loca in quibus illius et coenobii et ecclesiae nostrae tum supellectiles tum argentea vasa abscondita fuere, illis infensissimis hostibus nostris manifestavit. Ut autem omnia ulteriora mala in posterum evitaret, Epidauri Moscorum navim conscendit et cum eisdem Catharum petiit. Ibi Patres Minores de Observantia coenobii Sanctae Clarae benigne eum exceperunt, illorumque servituti reliquum vitae suae tempus Lucidus devovit, quia a nostris Superioribus ad Provinciam propriam redeundi nunquam mandatum, ab eo quidem efficaciter optatum, percepit. Demum omnibus Sacramentis praemunitus die 7 decembris 1825, septuagesimum septimum aetatis suae, religionisque septimum et quadragesimum annum agens in Domino obdormivit, eiusque corpus in illa Sanctae Clarae ecclesia conditum fuit.

843. — R. P. Bernardinus, Ioannis Vuicich [2] ragusini filius, studia sua, ex quibus paucos percepit fructus, in Italia absolvit. Picturam, aliasque machinales scien-

[1] Skurla. [2] Vuičić.

tias, ad quas natura potius proclivem eum fecerat et in quibus mediocriter profecit, maiori solertia, quam litteras, sacramque doctrinam excoluit. Pingere argenteo, aureoque colore tabularum coronas, altariumque palmas obducere novit, illaeque, queis modo nos in ecclesia nostra utimur, omnes fuerunt a Bernardino elaboratae. Excellens quidem ingenium ipse habebat, sed cerebrosus homo illud deturpabat; ideoque inquietus, arrogans, morosus et pertinax fuit. Ob immoderatam eius libertatem Superiores nostri eum multoties reprehendendum et corrigendum esse duxerunt; immo ea de causa illi ampliores coenobiticas dignitates nunquam contulerunt. A. R. P. Bernardus Boghela illum in Albaniam secum conduxit et honorificum a secretis titulum ei donavit, tunc cum illius Franciscanae Provinciae Minister ad illam lustrandam perexit. Vix alicuius extra urbem coenobii nostri Guardiani munus obtinuit; munusque huiusmodi in Daxae Insula anno Domini 1800 obiens a Superioribus suis, ut de quodam suspecto consortio, de quo apud eosdem erat insimulatus, se purgaret, Ragusam accitus, proprium deserens coenobium, noctuque aufugiens, apud Franciscanam scopuli prope Corcyram Nigram, Abbadia vocati, Familiam se recepit, et modo illic, modo Hissae commorans, usque ad annum 1814 extra nostrae Provinciae fines vagabatur. Tunc in patriam redux, a Patribus nostris humaniter fuit exceptus; sed illam ipsam indolem suam, suos mores ipsos, seque metipsum, uti antea fuit, huc retulit, hoc solummodo discrimine, quod salutem suam multo magis deteriorem secum inter nos reportavit. Post suum in patriam reditum, iterum atque iterum in gravem et pene lethalem morbum inciderat; nihilominus inordinate vivere non pertimescebat. Viribus demum destitutus, seriaque ventris infirmitate omnino debilitatus, habitis omnibus Sacramentis, e valetudinario nostro ad Divini Iudicis tribunal accessit die 5 martii 1826, expleto sexagesimo quarto aetatis suae et religionis quadragesimo octavo anno; eiusque corpus in coemeterio ad Dancias tumulo traditum fuit.

844. — Pater Athanasius, Ragusae natus, Antonii Albertini neapolitani filius, in domestico nostro gymnasio Philosophiae rudimentis attinctis, in Italiam missus studiis vacavit, eaque ibi iuxta Constitutiones nostras absolvit. Ingeniosus homo satisque ad propria munera obeunda sagax, in sacris disciplinis et praesertim in ea Theologiae quae ad mores spectat, doctrina peculiari modo informatus instructusque, non mediocrem retulit commendationem. Bonorum auctorum quoque lecturae deditus, in litterariis facultatibus nonnullos fecit progressus et praecipue de historia illum disserentem quicumque libenter poterat audire. Absolutis studiis suis, in Venetis triremibus Sacrorum ministri munus exercuit, quo munere per aliquod tempus obito, in Provinciam suam regressus est. Priusquam tamen patriam repetierit, Ierusalem quoque peragravit; namque a Commissario Terrae Sanctae Venetiis existente, diversae res illi adeo commissae fuerant, ut eas ad Terram Sanctam diligenter pervenire studeret. Honestus quidem Coenobita dici poterat; sed de alienis rebus facile obloquebatur, levisque ita et instabilis erat ut quod antea ei placebat, temporis decursu absque dubio displiceret. Ea de causa et sibi et aliis aliquantum incommodi et molestiae afferre debebat. Moram inter nos trahens, quandoque Coenobiarcha, quandoque unus ex Familia in nostris extra urbem coenobiis destinabatur. Facultate deinceps a Summo Pontifice obtenta, nostrum habitum dimisit, illumque Patrum Predicatorum assumpsit; sed post tres menses circiter Dominicanum Institutum deseruit et denuo Divi Patris Nostri Francisci Institutum observaturus in

nostram Provinciam est reversus. Nonnullis abhinc elapsis annis, Superioribus nostris consentientibus, ad parochiam de Marzinne[1] in Canalibus administrandam ab illmo et rmo d. Nicolao Banni novissimo Archiepiscopo ragusino missus, illi animarum curae, Parochi muneribus fungens, omni sollicitudine per quatuor annorum spatium praefuit et charitate. Marzinnensi Gregi valedicens, Familiam nostram repetiit, et in Canalitano primum, deinde in Medioinsulano coenobio Guardiani administratio penes illum fuit. Tandem anno Domini 1820 ex suorum superiorum assensu, clauso et penitus relicto illo Medioinsulano coenobio, Ragusam se contulit et in hoc Divi Patriarchae Francisci coenobio reliquum vitae suae tempus insumpsit. Sana et robusta constitutione natura eum donavit: sed vehementem pulmonarium morbum, fortem ille tantummodo constipationem existimans, infirmitatis initio potius neglexit, dein gravem et periculosum esse animadvertens, piaculari Confessione peccata sua expiavit. Verum tunc cum infirmus aliquanto levior dicebatur, extemplo morte praeoccupatus extrema Olei sancti unctione vix potuit praemuniri et die 25 martii 1826 spiritum emisit, sexagesimo quarto aetatis suae et Religionis quadragesimo octavo; eiusque corpus in sepultura nostrorum Fratrum Laicorum coemeterii ad Dancias iacet tumulatum.

845. — R. P. Ferdinandus, filius Florii Dobroslavich[2] de Ragusio, in Italiam ad studia excolenda missus fuit; verum etsi praestantis ingenii, optimaeque spei esset adolescens et in litteris et in sacris scientiis parum profecit. In Moralis Theologiae tamen tractatibus se sufficienter instruxerat, atque Illyrico idiomate et quadam naturali venustate et non parvo Christifidelium fructu concionabatur. Multoties per esuriales Quadragesimae ferias et per illas Adventus Domini ac Pentecostes in ecclesia nostra, frequenti quidem auditorum consessu, sacros habuit sermones. Pluries in Catharensem dioecesim ad evangelicas veritates illis incolis annuntiandas se contulit. Ubicumque moram ducebat, Confessionesque piaculares excipiebat, magnus Christifidelium numerus ad sacrum Poenitentiae tribunal accurrebat, illique usque ad tardiorem quoque horam adstabat. Iuvenili aetate sua hilaris societatis, lusoriarumque chartarum erat amantissimus; sed semper fuit quietus, affatu facilis, misericordi liberalique animo a natura donatus Coenobita. Per complures annos in nostris extra urbem coenobiis Guardiani auctoritatem exercuit; sed indolentiae summaeque liberalitatis suae causa saepe aliquod, saepiusque gravioris momenti etiam detrimentum Ferdinandi administratio Provinciae nostrae attulit. Aetate maturior Ragusini etiam coenobii semel, iterum, iterumque Guardianus, ter Definitor, semel Custos et bis Commissarius Visitator, Comitiorumque nostrorum Praeses fuit renuntiatus. Nonnullis annis antequam obiisset, quamdam vivendi methodum, valetudini quidem propriae infensam, sibi proposuerat, namque paucissimo cibo vires paullulum et pene nil reficiens, et e contra inordinato potius vini usu, eo magis magisque debilitans, viribus omnino destitutum se reperiit; omnibusque opportuno tempore Sacramentis susceptis, die prima februarii 1828, sexaginta septem aetatis suae, religionisque quinquaginta annos agens, in Domino obdormivit; eiusque corpus in coemeterio Sanctae Mariae ad Dancias humatum quiescit.

846. — Frater Paschalis, Marci Marini Knescevich[3] de Umbla filius, erat huiusmodi indolis laicus noster, ut apud viros in nulla auctoritate constitutos tantum

[1] Mrcine. [2] Dobroslavić. [3] Knežević.

loquelae ei non deesset quantum mendacia ipsa, sic bene relata, tamquam ipsum veritatem repraesentare novisset; occasione nacta, etsi vino plus nimio indulsisset, nunquam tamen aut perraro nec publice nec privatim ebrietatem praesetulerit. Paulum revera habilitatis in serviendis coenobiis, ideoque paulum etiam in agendis rebus dexteritatis habuit; sed aliquid servitutis Familiae, cui erat addictus, semper impendebat et prae coeteris erat honestus, obediens piusque Coenobita. In morbum « delirium tremens » appellatum incidit, a quo, nec ab eisdem medicis opportune cognito, ad extrema deductus, extrema sancti Olei unctione, coeteris fraudatus Sacramentis, vix praemunitus, occubuit die 14 ianuarii 1829, postquam unum et sexaginta aetatis suae et religionis trigesimum septimum expleverit annum; eiusque corpus in coemeterio ad Dancias fuit tumulatum.

847. — R. P. Franciscus (Hannibal in baptismate vocatus), filius nobilis viri Iosephi Antonii Faà, Casali, primaria provinciae Montis-Ferrati urbe, anno Domini 1746 die 5 iulii natus est. In natali solo grammaticae, rhetoricaeque studiis absolutis, decimum sextum agens annum inter Fratres Minores illius Provinciae S. Didaci Reformatos cooptatum se voluit et ab eisdem sacrum Divi Patris nostri Francisci habitum suscepit. Postquam in Philissanensi coenobio Philosophiae studiis ad debitum tempus perdiligenter vacaverit, ad Theologiae curriculum inchoandum, perficiendumque Romam petiit, ibique publico sacrae illius disciplinae tentamine laudabiliter facto, ab eminentissimo Cardinali de York ad sacrum diaconatus ordinem fuit promotus. Ut vero parentibus suis morem gereret, in Pedemontium reversus est, et a rmo d. Iosepho de Rossi, Alexandriae Statelliorum Antistite, sacerdotis dignitate insignitus, primum ibi Sacrum peregit. Romam redux, in Collegium S. Petri Montorii de Propaganda Fide exceptus fuit; ibique vigesimum sextum agens annum utriusque Theologiae et quae ad mores et quae ad dogmata spectat, nec non Canonici iuris examine probatus, Apostolicis litteris munitus, ad sacras Albaniae et Macedoniae (uti dici solet) Missiones, in quibus animarum Christifidelium cura in illis Infidelium partibus demandatur, missus fuit. In hoc apostolico quidem ministerio per annos quinque et triginta usque ad sexagesimum secundum aetatis suae annum, continuis debilitatus laboribus, innumerisque tum in catholicae Fidei odium, tum forsan etiam quandoque ob imprudentiam suam, persecutionibus defatigatus se exercuit. E Macedonia in Antibarim se contulit, et ab illo Archiepiscopo dioecesanus theologus renuntiatus, Lastvae et Pastrovichii paroecias administravit. Infirma hic valetudine afflictus et ab Albanensi homine omnino pene expoliatus, in Catharensem urbem anno Domini 1807 se contulit, sperans se aliquam ibi nacturum occasionem Italiam versus iter faciendi. Sed frustra per solidum annum et amplius Cathari commoratus est; nam semel atque iterum proficiscendi animo navim conscensus, semel iterumque illuc reverti coactus fuit, Anglis omnes naves gallica vexilla praeseferentes, uti erant illac Catharensium, undequaque hostiliter praedantibus. Hinc se Ragusium conferendi anno Domini 1809 consilium iniit et a nostris Fratribus benigne exceptus, nobiscum morabatur, semper in eadem sententia permanens, Anconam quocitius petendi, Romamque tandem revisendi. Sed Deo optimo maximo sic disponente, anno 1810 a Napoleone, tunc temporis Gallorum Imperatore Italiaeque Rege, omnes Regulares Ordines in cunctis Italiae regionibus fuerunt suppressi, omnesque Coenobitae e propriis coenobiis deturbati et expulsi. Ea de causa Religiosum hunc virum omni in Provinciam suam redeundi spe destitutum Patres

nostri misericordia quadam moti in coenobium nostrum detinuerunt, illumque in posterum uti unum Provinciae nostrae filium habuerunt. Ipse autem, dum potuit, Provinciae in omnibus illis, quae et gradui et aetati suae convenientia erant, libenter inserviebat; addictusque Familiae Canalium, Umblae, Slani, huiusque Ragusini coenobii, summa coenobiarcharum satisfactione ad extremum usque senium vitam suam protraxerat. Ingenio, memoriaque praestabat; sed cognitionibus, quas adhuc iuvenis in Italia acquisierat, nullas alias unquam addiderat. Vivacioris et in societate hilaris, lepidaeque indolis erat. Animi evagatione plerumque laborabat, et si quando solus erat nullaque occupatione praepeditus, secum, quin ipse animadverteret, sermones conserere, et, si materies id exigebat, clamitare et increpare solebat. Per anni aliculusque mensis spatium ante obitum suum Sacrum peragendi impotens factus, in valetudinarium nostrum se recepit, ibique generali peccatorum suorum Confessione omnes animae suae maculas detersit; et deinceps Confessionis et Communionis sacramentis summa cum animi sui effusione saepissime praemuniri expetivit. Tandem viatico Eucharistico pane, extremaque sancti Olei unctione refectus, voluntati Dei praecipuo, exemplarique modo se conformans, nunquam a sensibus destitutus, octogesimum quartum aetatis suae, Religionis sexagesimum octavum, cohabitationis nostrae vigesimum primum agens annum, hora undecima post meridiem diei 20 februarii anno Domini 1830, pretiosam mortem in osculo Domini oppetiit; eiusque corpus in coemeterio Santae Mariae ad Dancias inter defunctos coenobitas nostros tumulo fuit demandatum.

848. — A. R. P. Angelus, filius Stephani Ivancovich[1] de Osojnik, anno Domini 1795 aetatis suae decimo octavo huic Franciscanae nostrae Familiae nomen dedit. Expleto probationis suae anno, ad Philosophiae scientiam in hoc coenobio nostro sedulo excolendam se contulit. Verum habita paulo post a Rmo Generali Ordinis Moderatore facultate, ad studia persolvenda Bononiam petiit; ubi tamen per paucos menses moram fecit. Illa enim urbe a Gallis anno 1796 occupata, lex a Galliarum cohortum Praefecto lata fuit, ab advenis omnibus, praesertim Regularibus viris, eandem illico esse relinquendam. Inter coeteros etiam noster Frater Angelus haec iussa capessens e Bononia excessit, patriumque solum revisere fuit coactus. Inter nos redux Philosophiae et Theologiae curriculum non mediocri quidem progressu perfecit, thesesque theologicas summa eruditorum hominum frequentia publica disputatione laudabiliter defendit. Daxense, Medioinsulanum et Sabiuncellense coenobium per plures annos magna omnium satisfactione administravit; ideoque ulteriores Seraphici nostri Ordinis gradus alacriter percurrere promeruit. Primum huius nostri templi sacrista, dein iam ab anno 1817 Definitor, generalis totius Provinciae Procurator fuit renuntiatus. Et sacris piacularibus Confessionibus, sacraeque sermocinationi praesto erat. Bis in Adventu Domini et Quadragesimae tempore, bis in nostro Divi Patris Francisci templo et bis per esuriales ferias in Catharensi dioecesi illyricas habuit conciones. Tot dotibus commendatus ed ad Custodis officium et ad Ministri Provincialis dignitatem fuit evectus. In Comitiis, quibus elapso auctoritatis suae tempore, alius (loco Neo-Electi Ministri tunc absentis) Provinciae Moderator erat designandus et Definitoris et Provincialis Commissarii munere congregati Patres illum insignitum voluere. Erat apprime honestus, aequusque administrator. Vir probus, prudens, suae

---

[1] Ivanković.

(uti dici solet) pacis, patiens, comis, adeoque affabilis, ut non modo suorum Coenobitarum, verum etiam uniuscuiusque hominum coetus atque ordinis existimationem, praecipuumque sibi amorem conciliaverit. Malignus erysipelus primum faciem suam, deinde pectus invadens, tam inexpectatae, inopinaeque mortis suae causa fuit, ut nullum aliud Sacramentum, praeter Olei sancti unctionem percipere potuerit. Quatriduo ante tamen animae suae labes detersit et Sacrum in ecclesia nostra peregit. Ab omnibus vero tam in hoc urbano coenobio nostro, quam in aliis, quibus anteacto vitae tempore degebat, immo ab universis concivibus suis defletus, vir optimus e vivis decessit die 3 iunii 1830, aetatis suae quinquaginta quinque annorum, religionisque nostrae septem et triginta. Illius cadaver sequenti die in coemeterio S. Mariae ad Dancias in nostrorum Coenobitarum tumulo conditum fuit [1].

---

[1] « Molto Revdo Padre Osservandmo. Da Lettera riceputa questo nro Revdo Parroco da co« desto Revdo Padre Benigno ci viene offerta la degna di lei persona come destinata da cod.to « Revdo Capitolo per il nro Predicatore nella prossima Quadragesima in luoco di cod.to Molto Revdo « Padre Vincenzo che era destinato, per esser incomodato nella sua salute. Gradisce questa Comu« nità l' offerta e confida molto che Ella avrà tutto l' impegno, zelo religioso e la premura di ra« dicare nei cuori di questa popolazione li semi della Divina Parola con l' apostolica di Lei Pre« dicazione, con cui mezzo possa fare que' spirituali frutti in queste anime che si desidera, e per « cui questa Comunità non manca di procurare a questa pia oppera con li propri sforzi che a « Dio porge veramente con genio onde poter invocare la Sua sancta Benedizione. — Ella perciò « è pregata di accettare questa nostra ellecione in Predicatore nella prossima quadragesima per questo « nostro Pulpito con li pesi che dai di lei predecessori sono stati adempiuti con il solito emolu« mento ad essi corrisposto; con la qual fiducia Le rimetiamo la presente onde le serva per Cre« denciale, desiderando perciò una di lei categorica risposta a nostro lume e direzione. Fratanto « Le protestiamo la nra considerazione e stima, nel mentre che con distinzione la riveriamo e se « le protestiamo. Perzagno li 13 Genaro 1823. Di V.ra Pat. Molto Revda Umilmo, devotmo obbmo « servitore Vincenzo Lucovich Cap.no Comunale. — Al Revdo Padre Colmo il Padre Angelo « Ivancovich Lettore e Custode dei Min. Oss. Ragusa ». *(Copialettere della Comunità di Perzagno).* — Hanc, aliasque litteras, ut patet, excerpsi ex *Copialettere della Comunità di Perzano.* Parvi quidem sunt momenti, sed in iis plerumque describitur paucis verbis morum integritas et valor Fratrum, necnon circumstantiae politicae eruuntur huius communitatis et religionis fervor. — Perzagno (Perčanj-Perzaneum) in sinu Rhizonico (Bocche di Cattaro = Boka Kotorska) invenitur. Sub « Bocche » vocabulo sumitur proprie illud maris fretum, quod tres magnos sinus efformat et plusquam duodecim minores a « Punta d' Ostro » ad Catharum usque per 20 chilometrorum longitudinem sese extendens. Antiquitus dicebatur *Sinus Rhizonicus,* post an. 1420 Albania Veneta. Non est quin admiretur hunc sinum: illum quidam similem faciunt Gardensi Lacui; Balbi illum aequiparat Gulpho Speziae, splendideque aemulatur Neapolis et Bysanthii sinum. — Sinus Rhizonicus est tertius huius nominis, qui per sex milliaria a Catenis (Verige-Catene: via hostibus catenis intercludebatur) usque Catharum pertingit. Ad Perzanei mare consistens ad laevam prospicitur Stolivo, Morigno (Morinje), Perasto, ad dextram, Mula Glavati Catharinamque urbem; e regione Dobrota, Ljuta, Orahovac et Dražinvart: a tergo Perzaneum ipsum ad pedes montis S. Eliae. Quondam Perzaneum navibus, divitiis, celeberrimisque viris floruit. Insigne monumentum florentis pietatis Perzaniensium est splendidum templum classico stylo fabrefactum, quod a. 1789 coepit aedificari sed completum tantum est an. 1913. Habetur et ecclesia S. Nicolao dicata aedificata an. 1735 eodem in loco, quo antiquitus capella extabat eidem S. Nicolao dicata, cui inserviebant Patres N. O. Provinciae Venetae et per paucos annos Albanensis. Perzanei communitas vetustae iurisdictioni Catharensis civitatis pertinebat, cum qua etiam libere et sponte Reipublicae Venetiarum se dederat (1420). Ab hoc iam tempore mercaturam exercuit per Adriaticum mare

849. — A. R. P. Antonius Maria, Nicolai Aghich de Ragusio filius, humaniorum litterarum in ragusino gymnasio Patrum Societatis Iesu completo curriculo, Ordini nostro annum agens 18 nomen dedit. Exacto tirocinio, Lucam in Thuscia missus fuit ut philosophicis ac theologicis disciplinis in illo Minorum coenobio imbueretur. Hisce studiis talem operam navavit, ut in generali pro cathedris obtinendis tentamine, prius Firmanam ad Philosophiam tradendam, Ragusinam deinde post triennium laudabiliter emensum Theologiae cathedram conscenderit. Eodem tempore non modo sacris, verum etiam et multo magis amoenioribus litteris, variaeque eruditioni ardenter vacavit. Sacras etiam conciones italico sermone Ragusii, Corcyrae, Zacynthi, Ascrivii, Phariae et Iadrae magno auditorum fructu, parique admiratione, haud parvo tamen annorum intervallo habuit. Anno 1792 Iubilationis laurea et postea huiusce studii Praefectura fuit decoratus. In diversis Provinciae officiis nunc a Secretis Ministri, nunc Definitoris ac Custodis, nunc Visitatoris ac Capituli Praesidis praeclare se gessit. Reipublicae Ragusinae Legati semel in Bosniam, bis Byzantium profecturi illum pro Sacellano legationis selegerunt, et Byzantini itineris diarium in quadam Germani cuiusdam scriptoris historia typis editum, Pater Antonius accurate descripsit [1]. Illmo et rmo domino Francisco Maria Sorgo praeclaro nostri Ordinis alumno

---

non solum sed etiam Mediterraneum. Hinc Venetorum Dominium Perzaniensibus commiserat transmissionem publicarum litterarum quae Constantinopoli Venetias, Venetiis vero per Orientem mittebantur. Nautae erant peritissimi et validissimi, navesque maiores quam quas ipsum Dominium possederat... Nunc tamen Perzaneum, cessante mercatura, navibus destituitur, et incolis fere et sensim decidit, sicut et alii loci huius ditionis.

[1] Cf. Fabianich, *Storia* ecc. II. p. 206. — In *Lettere e Commissioni di Levante* (*1798 et 1799* n. 102. f. 33) ipsi Rhac. Senatus Constantinopoli exsistenti scribit, de prudentia, honestate, curaque certus, decrevisse ut Constantinopoli remaneat iussusque est amico cuidam Reipublicae litteras praebere, quibus omnia quae pro Republica utilia essent, ipsi patefacere debuerat, *ne quid Respublica detrimenti patiatur*, iurisiurandi vinculo nemini patefacere debeat causam suae Constantinopoli morae, nec ulli communicare novitates ab amico sibi revelatas et Reipublicae transmittendas characteribus arcanis. Pro victu illi assignatae fuerunt 70 lamina (piastre) et ad reditum in patriam per adventum quadragesimamque praedicationem habebit in Cathedrali. Ita fuit scriptum 12 sept. 1798. Sed 20 apr. 1799 Senatus illum absolvit ab ista commissione et facultatem illi tribuit Constantinopoli remanendi vel proficiscendi (ibid.). En decreta quoad Agić: « In consilio Rogatorum « 1798, febbr. 23. Fr. Antonio Aghich supplica gli sia permesso di portarsi a Costantinopoli per « insegnare teologia morale, benchè oratore della Republica. — 1798, settembre 10, lunedì. La « prima parte è di scrivere al predetto Bucchia che avendo il P. Aghich chiesta la licenza di « rimanere in Constantinopoli, l'Eccl.mo Senato glie la ha accordata, onde che lo lasci, e di scrivere « al P. Aghich una lettera separata che debba rimanere a Constantinopoli e di munirlo della « cifra. — La 2ª e di no. — La I parte è di scrivere al predetto Bucchia che unitamente con « P. Aghich si provveda di un altro Capellano e che lo debba accompagnare fin qui, e di scrivergli « che per la provista del suddetto Capellano gli si accommette sotto vincolo di giuramento di « spendere il meno possibile, dandoglisi però facoltà di poter arrivare al più fino a 500 Piastre « di regali e di abbonare al suddetto Capellano le sole spese del suo recesso. — La 2ª è di no. — « La Iª parte è di accommettere all'Eccl.mo Minor Consiglio che scriva al P. Antonio Aghich ed « al console Chirico in forma consultata. — La 2ª è di no. — 1798, settembre 10, lunedì. La « Iª parte è di accommettere all'Eccel.mo Minor Consiglio che scriva al P. Antonio Aghich di « essergli state assegnate Piastre quaranta al mese per il suo mantenimento, e che al ritorno per « il primo anno gli è stato assegnato il pulpito della nostra Cattedrale per l'Avvento e Quaresima « susseguente e che si avranno i suoi servizi in considerazione. — La 2ª è di no. — La Iª parte

e vivis erepto, Senatus Ragusinus Antonium illius dioecesis Episcopum designaverat; verum ille cum triduum ad deliberandum petiisset, pro huiusmodi sibi oblata dignitate gratias agit Senatui, sicuti paulo ante A. R. P. Seraphinus Gurich, vir religiosissimus et peculiari animi demissione ornatus, fecerat. Solitudinis parvae Daxensis insulae amantissimus in illo amoeno recessu partim litteris vacando, partim terram excolendo tempus insumebat, illudque coenobium ita egregie omni ex parte restauravit, ut deliciarum locus appellari potuerit. Die 27 maii 1806 per Gallorum copias occupata Ragusina urbe, ille in Daxensi insula remansit, cum a Russis et Scordiscis seu *Montenegrinis* urbs nostra obsidione cingeretur. At insulae aggressionem et suimet cladem pertimescens, noctu aufugit, relicta ibidem omni fere tam coenobii quam Ecclesiae supellectili. Postquam die 6 iulii hostes fuissent fugati, Antonius Ragusii moram ducere indignabatur: coenobium enim nostrum militibus, eorumque feminis ac pueris erat refertum. Idcirco Romam se contulit; ibique studiis amoenioribus vacans Aelii Lampridii ragusini suo tempore celeberrimi poetae opera transcripsit ac eruditissimis adnotationibus illustravit. Anno 1808 Capitulum nostrae Provinciae erat celebrandum, et P. Antonius in Ministrum omnium votis renunciatus fuit; sed ille Italiam deserere aegre ferens, huiusmodi oneri sese subiicere renuit, quamvis ab universis Patribus enixe rogaretur. Anno deinde 1810 cum omnes Regularium familiae ex Gallorum Imperatoris decreto in Italia dissolutae fuissent, ille patriam remeare fuit coactus et ab omnibus amantissime exceptus. Nihilominus ad suspiciones et murmurantium ac obloquentium delationes propensus, de cunctis fere diffidens vitam turbatam inquietamque traducebat. Die 8 octobris eiusdem anni 1810 cum Gallorum Imperatori fidelitatem iureiurando firmandam omnes Ecclesiae viri fuissent requisiti, P. Antonius cum plerisque aliis ex nostratibus et e Dominicana familia et e Clero iureiurando sese obstringere recusavit, ideoque Ragusini Gubernatoris decreto apud Patres Dominicanos in custodia habitus fuit, et licet post paucos dies palinodiam recinens postulatam fidelitatem promisisset, in custodia tamen mansit usque ad diem 24 decembris ipsiusmet anni. Cum autem anno 1811 A. R. P. Isidorus de Stagno Vicarius Provincialis male firma uteretur valetudine, officium suum Patri Antonio usque ad proximum Capitulum delegavit: in quo tamen haud laudabiliter se gessit; ideoque Patres de illo in Ministrum eligendo sententiam mutaverunt. Die 28 Ianuarii 1814 expulsis Gallorum copiis et Ragusio cum tota Dalmatia sub Austriaca Ditione constituto in Italiam denuo profectus est: ad Provinciam redux, pannos pro Religiosis vestiendis, quorum emptio illi commissa fuerat, secum

---

« è di accommettere all'Eccel.mo Minor Consiglio che aggiunga alla lettera del P. Aghich che non « possa sotto vincolo di giuramento comunicare ad alcuna Persona di essere rimasto a Costantino- « poli per alcun Publico servizio, nemmeno sotto l'istesso vincolo di dire a persona le notizie che « avanzerà in cifra alla Republica. — 1799, aprile 13, sabato. La Iª parte è di liberare dalla Pub.ª « Commissione il P. F. Antonio Aghich, lasciando in suo arbitrio di restare a sue spese a Co- « stantinopoli quando volesse. — La Iª parte è di accommettere al Ser.mo Minor Cons.º che scriva « al predetto P. Aghich che comunichi al Dragomano Borgiovich circa lo scriverci le nuove « quanto si è consultato. — 1799, settembre 28, sabato. — La prima parte è di dar facoltà alli « signori Officiali sopra la sanità che ammettano a libera pratica il R. P. Antonio Aghich de'Minori « Oss.ti dopo che avrà consumato trenta due giorni di contumacia. — 1800, luglio 10, giovedì. « Elezione a Vescovo di Stagno di P. F. Antonio Aghich de'Minori Ossrv.ti. — Adì 12 luglio « rinunziò ».

attulit. Verum Ragusinam urbem non attigit, sed in Insula media, quae est una Elaphitarum, tandiu mansit, donec illa e Britannorum potestate in Austriacam pertransisset. Tum ille Zacynthum in Ionio mari petiit et apud eximium illius insulae episcopum P. Aloysium Scacoz, Minoritam[1] Dalmatae SS. Redemptoris Provinciae, per aliquod tempus est commoratus. Romam deinde reversus ab eminentissimo Cardinali Hercule Consalvi Bibliothecae Vaticanae exiguo stipendio fuit addictus. Quo tempore cum quodam die sub vesperum Patrum Conventualium S. Petri Poenitentiariorum hospitium adiisset, unius cubiculi ianua pro altera incaute adaperta in profundam foveam indigesta saxorum congerie refertam cecidit et divino fere miraculo vivus remansit, dextro tamen femore confracto. Ab optimo chirurgo Andrea Belli, cui Antonium praestantissimus vir G. B. Niebhur, Borussorum Regis apud Sanctam Sedem Legatus, plurimum commendaverat, curatus fuit; attamen usque ad vitae finem assiduis in utroque pede doloribus, plagisque fuit affectus. Quamvis autem tot incommodis laboraret et baculo innixus incedere cogeretur, nihilominus Zacynthum remeare voluit, ne fidei illuc redeundi aliquibus datae deficeret. Hinc apud laudatum Episcopum quinque annorum spatio denuo est moratus. Tandem huiusmodi vitae rationis pertaesus, Italiam rediit, in coenobio S. Mariae Angelorum prope Assisium extremum diem claudere desiderans. Illius votis annuit Rmus P. Vicarius Generalis Ordinis, et Antonius praedictum coenobium est ingressus ac omnia, quae pro suo usu retinuerat, Superiori illius loci resignans, rigidioris vitae institutum est aggressus; ibique tres circiter annos inter vivos remansit. Paucis ante eius obitum mensibus magnam sanguinis copiam e rupta pectoris vena emisit, quae medicamine quodam clausa asthmaticas molestias illi comparavit, quas proximam suae mortis causam futuras esse cognovit. Divinae tamen voluntati conformatus per varia pietatis, aliarumque virtutum exercitia ad vicinam mortem sese parabat; quam demum oppetiit in S. Mariae Angelorum valetudinario die 25 octobris an. 1830, aetatis suae 77, Ordinis vero 59, eiusque corpus intra illius sanctuarii septa fuit tumulatum. P. Antonius tenacioris erat naturae, ita ut a propria sententia divelli haud facile potuerit. Iniurias seu revera seu specie tantum sibimet inlatas raro obliviscebatur. In actione et in itinere fere semper positus, domicilii loca libentissime mutabat. Magna porro erga pauperes et praesertim erga infirmos ardebat charitate, eiusque vitae ratio

[1] Skakoc Aloysius Tragurii natus est 30 iulii 1758. Ordinem nostrum ingressus cum iam viginti duos annos inceperit: et studiis incubuit Ferrariae et Romae in Aracoelitano coenobio, ubi lauream Philosophiae ac Theologiae detulit. In patria has scientias edocuit cum laude, quam etiam bene meruit in concionando vernaculo italico et illyrico. Pius VII e Gallia redux cum anno sequenti in Episcopum elegit unitarum ecclesiarum Iacynthi et Cephanis insularumque adiacentium: Aloysius 3 augusti 1815 qua talis consecrationem accepit dum etiam administratoris munere Peloponnesi et Corcyrae instructus est. Summo studio conservare curavit fidem catholicam, hinc studuit ut abrogarentur articuli huic nullimode faventes Constitutionis Corcyrensis an. 1817; ideoque, ut Bouqueville testatur, in suspicionem Britanniorum procuratorem cecidit. Religionum dissidia composuit, ita ut comes Rivarola Romae scripsit magnas virtutes M. Aloysii Skakoc composuisse animos unius alteriusque ecclesiae. Incessanter ministros seminariaque creabat, concionabatur, dioeceses invisebat, ecclesias erigebat et Propagandam informabat ut auxilia impetraret. Aetate grandior tranquillitatem adamavit, petiit, obtinuitque, eodemque tempore condecoratus titulo archiepiscopi Stauropoleos in partibus infidelium. In Dalmatia mortuus est an. 1832 mense iunio. (Cf. Gliubich, *Dizionario* p. 273–4.

honesta semper fuit ac religioso viro apprime digna. Post eius obitum P. Guardianus S. Mariae Angelorum Antonii scripta ad nos transmisit, quae sunt 1° Laudata *Aelii Lampridii Carmina;* 2° *Quadragesimales* sermone italo *conciones;* 3° Nonnulla Antonii *Carmina,* variorum ad illum *epistolae et eius adversaria;* 4° Indigesta *collectio notitiarum ad academiam Quirinalem spectantium,* cuius historiam Antonius texendam sibi proposuerat [1].

850. — P. Clemens, Georgii Raicevich de Gradaz [2] Tribuniensis dioecesis filius, adhuc puer Ragusium apud quemdam sutoriae artis magistrum cognatione sibi coniunctum ductus fuit. Dictae arti operam dans, elementis etiam grammaticalibus vacabat. Paulo post in nostrum coenobium admitti petiit, postque biennalem moram et aliquam in litteris instructionem inter Clericos fuit enumeratus. Exacto tyrocinio ac emenso iuxta nostras leges mediocri profectu studiorum curriculo, toto fere vitae suae tempore in parvis Provinciae per villas positis coenobiis moratus, modo coenobiarchae, modo vicarii illius munia exercens. In Ragusino etiam conventu semel vicarii officio functus est et Umblae unius anni spatio parochi Rosjatti [3] vicem laudabiliter obivit. Illyricae linguae erat amantissimus; ideoque plura huius linguae opera tam stricta quam soluta oratione, sua manu diligenter, nitideque transcripsit. Hoc illi erat in animo, ex nobilissima nempe antiqua familia se originem ducere, idcirco in vestitu, victu, aliisque delicatum sese habendi modum affectabat. Propriae voluntati contraria aegre sustinebat; aliorum etiam praeclaras actiones saepe vituperabat. Coeterum honestus erat Coenobita, ad orationem propensus, Ordinisque utilitati semper addictus. Cum Slani commorans per noctis tenebras ambulando praecipitanter cecidisset, et tali casu mederi neglexisset, phthisi fuit affectus, quo in-

---

[1] Praeter ea quae recensentur hic ab Agić collecta, iuxta *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich nella Libreria de' RR. PP. Francescani di Ragusa,* Zara, Tip. Governiale 1860, haec addenda forent: « *Damiani Benessae Paschalis filii Patricii Rhacusini Opera omnia* (natus anno 1477, obiit anno 1539) *cum Prooemio Fr. Antonii Agich Minoritae, a quo sunt haec carmina collecta, ordinata et emendata: Pars prima Libros X De Morte Christi complectens — Pars Secunda: Epigrammatum Libri III — Eclogarum Liber — Lyricorum Lib. II — Sermonum liber — Miscell. Liber* (p. 111, n° 278). — Un fascicolo di *lettere* staccate, scritte dal sig. Giovanni Capor al P. Antonio Aghich M. O., in cui sono trascritte molte prose di Elio Lampridio Cervino, copiate dalla biblioteca Vaticana, con la biografia in italiano del Cervino (p. 123, n. 306). — *Antonii Agić Rhacusini Or. Min. nonnulla carmina* (p. 149, n. 501). — Inscriptio dedicatoria P. Antonio Aghich-Andreae Belli (p. 159, n° 627). — *Ad Marcum Bruyerium Elegiae tres auctore P. Agić. Accedit expositio carminum ad Pium Papam VII et Cardinalem Corandinum* (p. 161, n° 661). — Un pacco di carte di autografi del P. Antonio Aghich; contenente le cose seguenti: I. *Varie annotazioni di studii storici e biografici;* II. *Studii su cartine volanti circa Pomponio Melo, Elio Cervino ed altri illustri Accademici Quirinali;* III. *Studia spectantia ad Acc. Quirinalem, Pomp. Laetum et ad Aelium Cervinum;* IV. *Dissertatio de poesi;* V. *Adnotationes ad Ac. Quirinalem spectantes;* VI. *Carteggio* tra il P. Aghich ed il Barone Fran. Maria de Carnea-Steffaneo; VII. *Annotazioni istoriche* in 5 fascicoli; 3 in latino, 2 in italiano; VIII. *Raccolta* di composizioni poetiche latine di varii, trascritta dai Codici Vaticani; IX. *Annotazioni per lo studio della Numismatica dell'antica Grecia;* X. Undici fascicoletti di *Annotazioni estratte* da opere di diversi celebri autori; XI. Un fascicolo di *annotazioni storiche e biografiche* con indice alla fine del fascicolo; XII. *Orationes* funebres, duae Antonii Volscii et tertia Thomae Inghiramii a *P. Aghich collectae,* addita eiusdem *Preplatiuncula* ».

[2] Rajčević; Gradac.

[3] Rožat.

commodo laborans, in nostrum hocce valetudinarium, minus tempestive tamen se contulit. Vitae suae finem proximum animadvertens generali peccatorum confessione sese expiavit, aliisque duobus Sacramentis muniri voluit. Veniam etiam suorum defectum ab omnibus Religiosis suppliciter petiit et divinae voluntati conformatus spiritum Creatori suo reddidit die 11 iulii 1852, aetatis suae anno 57, religionis vero 37; eiusque corpus ad Dancias tumulatum fuit [1].

« scientia ac pure, mere, libere et sine fraude omnibus modis via iure et forma quibus melius « potuit et potest renuit, refutavit et renuntiavit in manibus prelibati summi Pontificis omnia sua « iura omnesque suas bonas rationes et actiones spirituales et temporales, reales et personales, « utiles et directas, tacitas et expressas, canonicas, pretorias, civiles, ypothecarias et mixtas, que et « quas habuit et habet usque in presentem diem in dicta diocesi *Soacensi* ob pronuntiationem « de ipsius persona factam per antelatum summum Pontificem in episc. eiusdem dioc. *Soacensis*, « relinquens, relaxans et penitus renuntians omnia sua iura predicta que habebat in dicta dio- « cesi *Soacensi* per pronuntiationem ipsius sepedictam, in libertate, determinatione ac provisione « et collatione eiusdem summi Pontificis. Et ex nunc suis iuribus spiritualibus et temporalibus « supradictis se spolians et penitus evacuans, premisit hoc intrumentum refutationis et renun- « tiationis et omnia in eo contenta perpetuo habere firma et rata in nonnullo contra facere vel « venire per se vel alios modo aliquo, via, iure, forma vel ingenio de iure vel de facto sub illis « penis et stricturis que sibi ob conditionem quam faceret in predictis viderentur summo Pontifici « ad libitum imponendo. Renuntians omnibus legibus, iuribus et decretis ac reformationibus ca- « nonicis et ecclesiasticis quibus uti posset contra predicta ».

In ms. *Historia Ecclesiastica Ragusina* haec de Petro notat Cerva: « Fr. Petrus Bogoevich Ord. Min. Saeculo a partu Virginis XV Cathari in sinu Rizonico floruit vir insigni doctrina ac eruditione praeditus Frater Petrus Bogovich (hic *Bogovich* in titulo *Bogoevich*) Franciscanus Coenobita, patria ragusinus, utrum autem et professione mihi incompertum. Consiliis, adhortationibus, concionibus doctrinae suae, atque eruditionis copiam, cum per plures annos fecisset tum Cathari, tum caeteris in ea vicinia populis, praesertim vero plurimos pravis opinionibus addictos, et in Romanam Sedem rebelles Catholicae Religioni, Romanisque sacris restituisset, praeclaram sibi apud omnes opinionem, famamque conciliavit. Maxima praesertim auctoritate et existimatione apud Marinum Contarenum, Cathari per idem tempus Antistitem, floruit, quippe qui insignem illi in Ecclesia regenda, populoque in officio continendo operam navabat. Porro Eugenius IV Romanus Pontifex de Petri nostri doctrina, virtute, zelo quo in reducendis ad fidem vel meliorem frugem populis flagrabat, certior factus, absentem illum, et nihil minus cogitantem Episcopum *Suacensem* in Epiro, sub Antibarensi Archiepiscopo, designavit VIII Idus Augusti MCCCCXXXVI. At Petrus qui nullam in terris operis sui mercedem optabat, summas quidem Pontifici gratias egit, verum Sacerdotii illius honorem nulla ratione adduci potuit ut susciperet, illique libentissimo animo nuncium remisit. Dum vixit in docendis, informandisque ad omnem pietatem populis illis se exercuit. Annus quo ex hac luce migravit mihi incompertus. Utrum porro aliqua lucubratione edita proximis suis, posterisque utilis esse voluerit, plane ignoro; eo autem illum ingenio fuisse constat, ut docte, ornate, elegantissime, in Theologica praesertim facultate, scribere potuerit ». (P. Seraphinus Cerva Ord. Praed. *Bibliotheca Ragusina*, Tom. IV. pag. 29-30). — P. vero Ioannes Marković O. F. M. in opella: *Dukljansko-barska metropolia* p. 38 de Soacensi ecclesia haec notat: « Svač-Suatinensis ecclesia (svačka crkva) Suacium, Sfacia, Svač, nunc Šas, fuerat aliquando civitas spectabilis, ad meridiem Antibaris, ad occidentem Bojanae fluminis, apud parvum lacum ». Sequenti vero pagina: « Episcopi Svacenses in monumentis dicuntur: *Svacinenses, Suacinenses, Soacienses, Svacienses, Suatinenses* ».

Marinus Episcopus fuit Catharensis ab anno 1429; 1443 ad Tarvisinam Ecclesiam nominatus, 1444 ad Archiepiscopatum Cretensem, 1445 ad Cenetensem, 1447 ad Feltrensem, 1451 ad Vicentinam, sed an. tantum 1453 a Nicolao V ad Tarvisinam ecclesiam migrare iussus est. — Eidem cum Eugenius IV extremo sui Pontificatus anno quinque coenobia Custodiae Ragusinae, ex quibus illud S. Nicolai extra muros Cathari, Vicario Bosnensi subiecisset, Ragusini vero renuissent subesse, eo quod, se inauditis, decretum hoc a Bosnensibus fraude surreptum fuisse, dicerent; Nicolaus Marino (dico) per litteras imperavit ut causam cognosceret, et sententiam ex aequo bonoque ferret. Ille secundum Ragusinos iudicavit; et Custodiam Rag. a Bosnensibus exemit et subiecit Vicario Generali Cismontano. — Sub eodem Marino, cum Fr. Nicolaus de Iadra O. M. vir eximiae sanctitatis et doctrinae, Cathari conciones ferventissimas haberet et praesertim vehementi oratione inveheretur

in violatores dierum festorum, tota civitas metu divinae ultionis perculsa est. Hinc auctoritate, cohortatione, ope Marini, de minoris et maioris Consilii sententia decretum est, ut nundinae in proximum diei dominico antecedentem transferrentur, et interdictum est festis diebus quodlibet commercium et quaevis servilis atque forensis actio. Cf. Farlati, VI, p. 160 s.

Ad n. 17, p. 407. — P. Fermendžin, ut in nota 3 habetur, ex « Reg. orig. an. III brev. lib. VII, fol. 86 » et ex Theiner, *Monum. Hung.*, tom. II, p. 291, haec refert: Calixtus Pp. III « Fr. Philippo de Ragusio, ordinis Minorum, in regno Bosne Vicario, ac in eius absentia Fr. Nicolao de Apulia » ut « Iohannem de Gradis, militem ragusinum, cui nonnulla negotia.... sedis apostolice.... tractanda.... erant commissa a Tuerchone Stanzith subdito.... regis Bosne captivatum » eliberari curet. Quoniam intelleximus.... Dat. Rome apud s. Petrum sub annulo piscatoris die XXI aprilis MCCCCLVII an. III ».

Ad n. 20, p. 408. — Monasterium S. Andreae in Pelago ab Insula Media, quae olim *Delafodia*, ad tria circiter passuum millia distat in austrum, viri nobiles familia Zrievae (Crvae) fundarunt. Cum hic Marinus etiam pluries *Marianus* dictitetur, et in Hungaria a Pio II tempore S. Ioannis Capist. bene cognitus fuerit, non dubitandum quod de ipso scribat rex Hungariae Matthias an. 1480 Summo Pontifici Sixto IV his verbis: « Intellectis hiis, que brevi apostolico per *fratrem Marianum de Ragusio ordinis Minorum, sacre theologie magistrum* mihi reddito de episcopatu Modrusiensi sub iurisdictione corone mee existente sanctitas vestra ad me scripsit... » etc. (Ex codice Musaei Nat. Hung. Lat. n. 1656 fol. 61b). Eodemque anno idem Matthias carpit Pontificem, ne ius electionis, quod regi Hungariae competit, velit turbare, nec ab aliis itidem patiatur fieri, et ad ecclesiam Modrusiensem auctoritate « iuris patronatus mei (dicit) quod in ipsa ecclesia, sicut in aliis regni mei habeo, *venerabilem et religiosum virum Fratrem Anthonium de Iadra,* confessorem serenissime regine consortis mee charissime, quem etiam Sanctitati vestre tanquam virum dignum, moribus et scientia probatum confirmandum presento.... » etc. (*Monumenta Vaticana Hungariae: Matthiae Corvini Hungariae Regis epistolae ad Romanos Pontifices datae et ab eis acceptae, 1458-1490,* Budapest, Franklin-Társulat Könyvnyondaja, 1891, p. 163 n. CXXIV, et p. 163-4 n. CXXV).

Ad n. 28, p. 411. — Peninsula Stagni pars fuit Zachlumiae, sive Chelmensis principatus: hanc olim dictam ferunt peninsulam *Nesti* ab *Nesto* sinu, nunc Narentano, quo superius ad septentrionem latus peninsulae alluitur: alias *Sabiuncellum,* alias *Punctam,* alias *Stagnum* appellant. Peninsula Stagni ad millia passuum ferme triginta a Ragusio in occasum distat, quam isthmus haud ita late porrectus continenti adnectit. Multo longius quam latius in mare procurrit, desinitque inter Phariam (Lesina) et Corcyram Nigram (Curzola) in angulum, quem *Punctam Stagni* vocant, occidenti versum et orienti. Isthmo ab septentrione insidet adiacetque ad sinum Narentanum *Stagnum vetus* sive *parvum.* Stagno veteri a meridie, ferme e regione, in ipso peninsulae aditu situm *Stagnum novum* (Ston) sive *magnum,* egregiis olim moenibus et propugnaculis cinctum, assidetque ad fretum, spectans in solem orientem, quod sub moenibus oppidi, utrimque aggeribus clausum, obiectu laterum efficit portum. — Tarstenizza (Trstenica), Iagnina (Ianijna), Kuna, Brozze (Broce), Crnagora (Mons Niger), Duba, Oskorušno, Tarpanj, Žuljana, Pelješac, Vručica, de quibus aliquando in hoc Necrologio sermo fit, in hac inveniuntur Peninsula.

Zachlumia una erat e quatuor Zupaniis, sive provinciis, quas in Dalmatia superiori Serbi obtinebant. Herzegovinam in boream dividens, quam respicit ab Oriente, Ragusium ac Tribuniam versus, Narone sive Orontio flumine ab occasu, a meridie mari terminatur. « A Rausio (ait Constantinus Porphyrogenitus, cap. 30 de *Adm. Imp.*) Zachlumorum principatus initium habet et protenditur ad Orontium flumen usque ». A septentrione Bossinam attingit, a meridie adiacet mari.

Ad n. 32, p. 411. — Est *Brennensis vallis* inter binos montes ad orientem ad quinquies mille passuum Ragusio distans, amoena, vineis consita, pulchrisque Ragusinorum villis atque dulcis aquae rivis irrigua.

Ad n. 56, p. 413. — Nostri Georgii in Archivo Bibliotecae S. Franc. Rag. etiam hoc adest: *Georgii Benigni Salviati Or. Min. Oratio funebris habita pro Magnifico et Generoso Senatore Iunio Geor(gio) Patritio Rhag. in aede D. Francisci XIII Cal. Maias MCCCCLXXXXVIIII,* cui precedit epistola Elii Lampridii Cervini et tria epigrammata eiusdem: cf. *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich nella Libreria de'RR. PP. Francescani di Ragusa,* Zara, tip. Governiale 1860, p. 120, n. 300). — Franciscus Maria Appendini scribit haec de *Georgio Benigno:* « Ferdinando Ughellio (*Ital. sac.* t. 2. inter Episcop. Calliens. et t. 7 inter Nazaren.); Rocco Pirro (in *Notit. Eccles. Sicul.*) Luca Wadingo (t. 8 *Annal. Minor.*) Antonio Mongitorio (in *Append. Bibliotec. Sicul.*) ed altri lo fan Siciliano, e propriamente di Siracusa, chiamandolo col nome di Gregorio, ma essi si ingannano grandemente.... Ancora fanciullo per l'arrivo del Turco nella Bosnia si ricovrò in Ragusa, che sempre riconobbe per sua patria. Egli stesso l'asserisce nella prefazione alla sua opera *sulla natura degli Spiriti Celesti*: « natura enim incunabulis nostris afficimur et loca diligere cogimur *(Ragusa),* in quibus pueri reptavimus ».... Si portò in Italia da giovane, d'onde passò a Parigi ed in Inghilterra affine di perfezionarsi nella filosofia e teologia, secondo la mente di Scoto. Insegnò quindi le sacre lettere per lungo tempo in Firenze, amato, stimato, protetto e beneficato da Lorenzo e Cosimo de Medici, e specialmente dai Salviati, che gli diedero il loro cognome aggregandolo alla propria famiglia. Tra i molti uomini dotti in ogni genere di belle arti, studi e discipline, che componevano la conversazione del gran Lorenzo, vi era anche il nostro Giorgio, la di cui incombenza era di decidere le dispute e questioni teologiche, ed anche filosofiche, delle quali materie Lorenzo credeva non esistere allora alcuno più intelligente (Fabroni in *Vita Laurent. Medici*). Lorenzo e il suo figlio Pietro de Medici frequentavano le sue lezioni di filosofia e teologia, e questo ultimo fu da lui istruito nella scienza dei costumi (Item in adnotat. *Vitae Laurent. Medici* num. 162). Ma insorti dei torbidi nella Repubblica Fiorentina e preso di mira dai nemici delle famiglie Medici e Salviati, Giorgio ritorna a Ragusa, dove è accolto con tutti gli onori, come egli stesso l'attesta nella citata prefazione: « inde post tres ferme et triginta annos partim inimicorum acerbitate, partim cognatorum amore cum ignotam patriam repetissem, et extraneus essem fratribus meis, et filiis matris meae peregrinus, vos *(cioè i Ragusei)* me singulari amore estis prosecuti, vos hospitio excepistis, vos agnovistis, vos beneficia contulistis etc: etc. ». Essendosi dunque stabilito in Ragusa, e dichiarato lettor publico dal Senato in riguardo della sua dottrina ed erudizione, ebbe un si gran numero di scolari, che per dar luogo a tutti faceva le sue lezioni teologiche nel pubblico Duomo, e sovente alla presenza dell'istesso Senato, dell'Arcivesc. col suo Clero e di quante erudite persone vantava allora Ragusa. Sì grande sapienza e dottrina si attirò finalmente gli sguardi di Giulio II, che creò Giorgio Vescovo di Cagli nell'Umbria nel 1507, traslatato poi nel 1513 dal grande Leon X alla Sede Arcivescovile di Nazaret. Morì egli nel 1520, checchè ne dicano in contrario il Waddingo ed il Moreri. Fu Giorgio da giovane caro al Cardinale Bessarione, ed a Francesco Maria della Rovere, Duca di Urbino, del quale scrisse la difesa, allorchè uccise il Cardinale Francesco Allidosio, non già perchè approvasse un tale delitto, come pare che pensasse senza ragione l'Ughellio, ma unicamente per difendere un reo suo amico, cosa, che al dire del Ciacconio avevano già fatto prima di lui tanti altri personaggi insigni per probità e dottrina senza sospetto alcuno di adesione al delitto. Vari letterati Ragusei di quel tempo lodarono assai il Benigno, come ricavasi dalla raccolta degli Epigrammi premessi all'opera *sulla natura degli Spiriti Celesti;* e più diffusamente lo stesso fece Pietro Galatino nella sua opera *de arcanis catholicae veritatis,* che può consultarsi ». Georgius hucusque incongruenter dictitatur *Dobretić; Dragišić* in Bosna sub nomine rectius venit. (Cf. M. Breyer *Prilozi k staroj književnosti,* Zagreb 1904 et Dr Iulianum Jelenić, *Kultura i Bosanski Franjev,* Sarajevo 1912, I, p. 230 etc.).

Ad n. 60, p. 414. — P. Dolci dicit, quoad pestem horum annorum 1526-7: *exstat lapis ad fores Capituli in huiusce cladis monumentum.* Revera *lapis* exstat, sed verba erasa fuere; quare autem, dicere nescirem.

Ad n. 63, p. 416. — Gliubich scribit ibidem, l. c., Marinum fuisse « il più antico prosatore illirico in sua patria ».

Ad n. 64, p. 416. — Habenas Provinciae P. Ioanne de Gondola ducente et quidem anno eius primo, idest 1532, cum in cathedrali ecclesia Rhacusina supplicationes fierent ad avertendas calamitates Reipublicae christianae impendentes, ut Pontifex mandaverat, et ipse Archiepiscopus convenisset, « *quidam frater* fatuus Ordinis divi Francisci, qui iam quatriennio ante elapso in insaniam versus et curatus recuperaverat pristinam sanitatem, ita tamen ut interdum in eandem insaniam verteretur et paulo post resipisceret, ex calceis ligneis, quos gerebat, altero accepto, eundem Archiepiscopum in templum ingressum in capite iuxta aurem percussit, ita ut ex huiuscemodi percussione sanguis emanaverit ». — Senatus hoc Pontifici Clementi VII narrans, fatuum aliquali modo excusat, dicitque in carcerem illum a praesidibus conventus coniectum fuisse, ferreisque compedibus, verberibus aliisque poenis mulctatum, neque ideo fatuum ingemuisse, neque voce aut vultu aut aliquo corporis gestu signum doloris dedisse. Quo circa dignetur Sanctitas Sua mandare quid velit in hac re agi. Similia et Cardinali Trivultio eadem die scripta fuere, idest 13 septembris 1532 (*Levante, a. 1526-1530*). Nomen fratris fatui deest. — Farlati in *Ecclesia Ragusina* p. 222, scribit: « Nescio quid iniuriae seu contumeliae a quodam, ut aiunt, presbytero Philippus (hic erat Archiepiscopus) acceperat, de qua civitas universa summopere doluit, et Rector ac Senatus Clementem VII admonendum censuit, qui ita rescripsit.... « Clemens Papa VII dilecti filii sal. et apostolicam bened. « Graviter et moleste tulimus ea, quae nobis per vestras litteras significastis, Ven. Fratri Philippo « Archiepiscopo vestro accidisse. Eum enim et pro dignitate Archiepiscopali et pro nobilitate generis « et animi sui, et quod dilecti filii nostri A. Card. Trivultii frater germanus est, peculiariter diligimus, ut debemus. Vestram igitur pietatem in dolendo, diligentiamque in nobis id significando « plurimum commendamus. Quid vero pro qualitate casus decreverimus, ac Procuratori et Ministris « Ordinis Minorum de Observantia hic ordinaverimus, Devotiones vestrae plenius et particularius « ab eis intelligent. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die V Novembris « MDXXXII Pontificatus nostri anno nono. — Blosius. — *Extra.* Dilectis filiis Rectoribus et Consilio « Civitatis Ragusinae ». — Ni fallor, fatui Fratris insania in causa fuit harum Pontificis Litterarum. Philippus Archiepiscopus ex antiquissima et nobilissima gente Trivultia Mediolanensi, parentes habuit Ioannem Trivultium Mediolani Senatorem, et Angelam Martinengam Brixiensem, fratres vero Augustinum Cardinalem et Petrum Archiepiscopum Regiensem in Calabria. A Leone X designatus fuit Archiepiscopus Ragusinus post obitum Fr. Raynaldi Gratiani a Cotignola. Adrianus VI illi Archiepiscopatum confirmavit 13 martii 1521. Obiit a. 1543. (In not. 1. Liubić non *p. 160*, sed *p. 161*).

Ad n. 70, p. 417. — Series Provincialium: Emanuel Zlatarić an. 1563. Cf. Fabianich, II, p. 378.

Ad n. 71, p. 417. — Series Provincialium: Silvester Galjazović an. 1569. Cf. ut supra. — Ubinam error?

Ad n. 73, p. 418. — Ad finem notae 2 p. 419 dictis innixus Gliubich adiunxi inserendum esse post Iacobum Fr. Carolum Beleum. Hic quidem Ordinis Franciscani assecla fuit, at non Minorum de Observantia, sed Conventualium, ut postea comperui, opus revolvens P. Sigismundi de Venetiis, *Biografia Serafica degli uomini illustri che fiorirono nel francescano Istituto* etc. Venezia, Merlo 1846, ubi p. 424 scribit Carolum fuisse « della Provincia di Sicilia, dottore a Catania di teologia, la quale insegnò anche in Siena. L'anno 1575 professò pubblicamente in Padova la metafisica. Fu altresì Ministro di sua Provincia, non che celeberrimo concionatore » etc. Hinc facile dici posset quod non Ragusii in Dalmatia lucem vidit, sed Ragusae in Italia.

Ad n. 94, pag. 419. — *Popovo polje* = Ager, vallis, campus presbyteri « est in Hercegovina tribus circiter horis a Gravosio distans, qui hiemis tempore, aquis ferme totus submergitur; hinc inde rusticis domibus, ruribusque parvis circumdatus ». Zachluma flumen (ait Ioannes Lucius, L. IV, c. 4 *de Regno Dalmatiae et Croatiae*) per vallem *Popovo* dictam, circumquaque altis montibus cinctam fluens, nullibique exitum habens, a terra absorptum, per occultos meatus in mare prorumpens, flumen Omblae, antiquis Arionem, efficit.

Ad n. 184, p. 422. — Terra nova = Trnovo, hora cum dimidio Slano distat.

Ad n. 209, p. 423. — *Melita insula* est ditionis Ragusinae, ex dimensione Razzii ad millia passuum fere triginta Ragusio distat, totidem in longitudinem protenditur, circuitu autem circiter septuaginta milliaribus patet: et prope abest a lupana, quae *Cerossos* recte dici potuit a Graecis, quippe cornutam exhibeat faciem in aliquot promontoria procurrens, quae duos portus efficiunt. *Iupana* dominium significat, cum certus ibi Elaphitarum Praeses constitueretur, quem Slavi *Iupanum* (Župan) idest *Dominum* appellant.

Ad n. 235, p. 423. — Bonifacium optime munus sibi concreditum obiisse, constat ex litteris illi datis a Gregorio XIII, qui laudat diligentiam Fr. Bonifacii circa correctionem Fratrum Minorum adhibitam et commendat sedulitatem in reducendis populis circa Savum et Danubium locatam (Tabular. secret. vatican. Gregorii XIII et Sixti V. Brevia epist. XXXIV: Fermendžin, *Acta Bosnae* (Zagabriae 1892, p. 310, n. 1208); sicut etiam testantur grati animi sensus quos mercatores catholici Sarajevenses Gregorio Pp. XIII exprimunt, quod eos per Fr. Bonifacium a Ragusio visitando in fide confortaverit et in spiritu consolatus fuerit (Tabular. vatican. Armar VII, capsa VII, n. 9: Fermendžin, l. c., p. 314 et seq.); necnon parochus Quinqueecclesiensis civitatis et duo vicini, clerus sirmiensis, fideles catholici Saliñorum qui asserunt Bonifacium, ut *alterum apostolum Paulum inter eos instruendo et consolando conversatum fuisse,* et mercatores Ragusei.

Hoc Didaci Eborensis elogium Bonifacio Ep. Stagnensi, qui suis carminibus apud Valgrisium typographum Venetum editis a. 1596 inseruit, libuit exscribere, quod epitaphii loco esse potest:

Occidit ille vetus nemorosae cultor Idunae:
  Quisquis ades, plena lilia sparge manu,
Turaque da flammis, iteraque precantia Divos
  Carmina, et extremum Manibus adde vale.
Qua brevis in bimares... se contrahit Isthmus,
  Non male commissum paverat ille gregem.
Nam licet instarent pecori furesque lupique,
  Non pecori fures, non nocuere lupi.
Tutus in irrigua pascebat valle iuvencas;
  Tuta domum sera nocte redibat ovis.
Sors inimica tamen dilectis expulit arvis,
  Iussit et externo claudere rure diem.
At nunc ille poli meliore in parte receptus
  Lucet, et antiqui pascua cernit agri.

Ut finem faciam iis quae de Bonifacio potui colligere, haec addam ex Fermendžin, l. c., n. CCLXVI, p. 393. Anonymus quidam, de statu Ecclesiae catholicae in partibus Balkanicis referens archiepiscopum Antibarensem, qui eos fideles gubernaret, nominari rogat, haec dicens: « V. Illma Signoria farebbe cosa santa a proponer Monsignor Bonifacio, quale al presente è vescovo di Stagno, su quel di Ragusa, huomo prudente et pratico del paese, tenuto in gran veneratione da quelle bande, et sa benissimo la lingua turchesca; il quale se non volesse o potesse accettar tal carico, sarebbe buono il frate Ambrogio zoccolante (de quo cfr. ad n. 67), che fu penitentiero l'anno del giubileo a s. Pietro, il quale è conosciuto da quelli popoli et assai riverito, per haver lui predicato molti anni di là » (A. 1578 Tabul. vatican. secret. Armarium VII, caps. II. nr. 10).

Ad n. 241, p. 426. — Ex Fermendžin, *Acta Bosnae*, p. 340 n. 1226, colligitur quod Sixtus Pp. V Fr. Bernardinum a Ragusio cum sociis ad partes Požegae et Temešvarii misit, qui ibi rem catholicam sub « obedientia et superioritate venerab. Fratris Nicolai episcopi Samandriensis... administratoris et visitatoris in regno Bosnae » promoverent. « Cum sicut... Dat. Romae apud s. Petrum die 15 Decembris, an. III (1587) ex reg. secretariae brevium in mense Decembr. p. 350. Wadd.-Melchiorri, *Annal. Minor.* tom. XXII, p. 432.

Ad n. 292, p. 430. — Nescio quomodo concilianda sint ea quae hic dicit P. Dolci, Thomam idest Provincialem fuisse ad annum 1569, dum e contra *Series Provincialium* eidem assignat ministeriatum ad an. 1556 (cf. Fabianich, II, p. 378) et iterum illum fuisse electum in Episcopum *Alexiensem* a. 1609, et Waddingus (XXIII, p. 335 et 497) confirmat eundem in *Antibarensem* Archiepiscopum praefectum fuisse 17 Febr. 1599. Asserit tandem Thomam obiisse a. 1610, dum e contra Ljubić scribit illum migrasse a. 1606; Fabianich vero affirmat Bastich supremum diem clausisse a. 1607. Ubinam et hic error? (NB. In n. 2. bis eadem repetuntur, litteraeque datae sunt *8 aprilis 1600,* non autem 2 sept. 1597). — Admisso ab a. 1556 ad 1558 ministeriatu Thomae (an. 1559 Provincialatum agebat Fr. Iacobus de Lucaris), sub ipsius regimine facinus inhumanum per duos Fratres *(zoccolanti)* Stagnensis coenobii commissum est. Hi enim Vicarium illius Episcopi verberibus affecerunt, caput duosque digitos confregerunt, in via semivivo relicto, barbam eidem avulsam ad lanienam, ubi Vicarius uni ex his alapam compegerat, in trophaeum detulerunt, multa opprobriosa rabieique plena contra eundem dictictantes. Hinc Senatus scribit Pontifici, remedium deposcens, ut isti duo poenas tanti flagitii luant, cum id in scandalum cessisset bonorum non tantum, sed infidelium quoque et Turcharum, a quibus dominium Ragusinum undique circumseptum est. Fratres namque, qui lumen et exempla amoris, pacis et Dei timoris praebere debuissent, nihil non intentatum reliquerunt, ut de Vicario altam sumerent vindictam, nihili facientes veniam a Vicario petitam, nihili circumstantiam qua ipse ad sacrum litandum accedebat. Scriptum est etiam de eadem re eademque die, nempe 10 novembris 1558 *(Levante, an. 1558-1650,* p. 54 et 56) necnon ob hoc missus est Romam Alexander di Iacopo 23 feb. 1559 (ibidem, p. 86 et seq.). Nomina Fratrum et Vicarii sub silentio praetergrediuntur; sed Episcopus Stagni ab an. 1551 ad 1564 erat Fr. Petrus ex gente Gozzea, alumnus disciplinae Dominicanae et Magister Sacrae Theologiae; qui Parisiis sacris studiis operam dederat, ac in celeberrima illa Universitate Doctoris lauream merito sibi oblatam renuerat, ne in articulum Conceptionis B. Virginis, ut moris erat in ea Universitate post Basileense Concilium a Gersone Parisiensi Cancellario tutatum, contra D. Thomae mentem iuraret. Lovanium inde petens Magisterii insignia ab Universitate suscepit, in qua pluribus annis docuit... (Farlati, p. 353). Adde haec ex Fastis Dulcianis: « Quod plurima tam versu quam prosa elucubraverit, scimus tantum (quod mirum) a Iacobo Flavio Eborensi, qui inter anedocta sua carmina eiusdem habet epitaphium, famigeratissimum quidem ob versum hunc:

Hic situs est ille, qui scripsit opuscula mille ».

Ad n. 303, p. 431. — Inter Stagnum et Ragusium surgit planities non magnae altitudinis, habetque parvum pagum, qui quasi tegitur umbra duarum platanorum, quae celebres ab immemorabili sunt et eas videndi gratia huc plurimi conveniunt.

Ad n. 319, p. 431. — Komolaz = Komolac, pertinet ad Umblam, estque ex Umblensis nostri conventus regione.

Ad n. 331, p. 432. — Gradaz = Gradac, est in Popovopolje.

Ad n. 364, p. 434. — Fr. Clemens « a Terra nova » Provinciae Ragusinae, rogat S. Congregationem de Propaganda Fide facultatem remanendi in missione meridionalis Hungariae, ubi iam duobus annis commoratur; circa informationem de se provocat ad episcopum Steffanensem Dominicum Andriasci et reverendissimum Petrum Benessa (Fermendžin, *Acta Bosnae,* p. 405 n. 1298, ex Tabul. Congreg. de Propag. Fide, vol. 72, fol. 269). Belgradi, 1631 martii 14. Iterumque 14 novembris 1631 rogat a Sacra Congregatione ad eandem missionem servatis servandis remitti, dum Belgradi et in loco Višnica dioecesis Semendriensis circa salutem animarum multa operatus est (ibidem p. 407, n. 1302 ex tabulario S. Congreg. de Prop. Fide, vol. 391, fol. 311).

Ad n. 366, p. 435. — Urbanus VIII, 1625 Iunii 22, curam Alberto commisit fidelium inter flumina « Dravi, Savi, Danubii, Tibischi ac in specie Baćke usque ad Temisvar regni Hungariae » (Tabularium Congregationis Brevium a. 1625, vol. mensis Iulii, fol. 532: Fermendžin, *Acta Bosnae,* p. 384, n. 1249) et 22 augusti 1625 S. C. de Prop. Fide eidem concesserat, ut suam or-

dinariam residentiam possit facere in oppido Belgradi: (ibidem vol. mensis septembr. fol. 595; et Fermendžin ibidem n. 1250). — Missus est etiam qua Visitator apostolicus cum amplissima facultate ad Uskokos sive Valachos in partibus Carnioliae, Croatiae et Slavoniae habitantes (Archiv. S. Congreg. Brevium, ann. 1629, vol. mens. martii fol. 77: Fermendžin, *Acta Bosnae*, p. 384 n. 1267) et hoc anno 1629 martii 21, an. 6. — Miror, quod cum P. Dolci assignet missionem Viennensem Alberti ad annum 1634 eiusdemque mortem an. 1636, aliter asserat documentorum munimine P. Eusebius Fermendžin. Hic enim in suo *Chronicon Obs. Provinciae Bosnae Argentinae* (Zagabr. 1890) postquam p. 33 edidit Fr. Albertum Rengjić episcopum Samandriensem a. 1627 occupasse ecclesiam S. Petri Belgradiensem, in quo Fratres Bosnenses sacra peragebant, asserit (ibidem) Albertum mense septembris 1629 Belgrado Viennam discessisse, ut terminatis quibusdam in aula imperiali negotiis, munus Visitatoris apostolici inter Valachos (seu Uskokos) Croatiae, quorum numeros 20.000 exaequabat, perageret. — Et ex Archivo S. Congr. Brevium a. 1631, m. martii, fol. 24 excerpsit documentum (3 febr. 1631), quo « rogantur cardinales S. Congregationis de Propaganda Fide, ut ecclesiam Samandriensem, quae post obitum Fr. Alberti *iam a duobus annis vacat*, provideri curent » (*Acta Bosnae* p. 404, n. 1297). — Dum (ibidem p. 406 n. 1301, aug. 28, 1631) ex eodem Tabul. S. Congr. de Prop. Fide, vol. 57, fol. 231) (epistolam refert qua catholici mercatores Belgradenses rogant sanctissimum Patrem, ut loco Fr. Alberti, qui episcopatui abdicaverat, in administratorem Samandriensem nominet episcopum Bosnae ». En verba: « che doppo che habbiamo intese... (che) frà Alberto ha renunciato questo vescovato e ci è andato in altro luogo, come si dice ». « Sed in eodem *Chronicon* etc. (p. 33) P. Eusebius habet: « 1630. Viennae inter mensem ianuarium et aprilem moritur Frater Albertus Rengjić episcopus Samendriensis, destinatus Visitator apostolicus apud Valachos ». — Cui fides praestanda?

Ad n. 574, p. 456. — Petrus Bogdanus, custos Bulgariae, de scholae magistri Ciprovacensis provisione scribens 1635, augusti 23, libros scholasticos et missale S. Hieronymi sibi mitti rogans et de studio philosophico Ciprovacii erigendo referens, epistolam tradiderat Fr. Lucae his verbis: « Con occasione del Prete Fra Luca Rosa da Ragusa, il quale viene costì, vengo... etc. Prego di più V. S. Rma, che dica al latore di questa (Fr. Lucae) che deve ritornar di novo in questi paesi, perchè li hanno li Catholici grandissima devotione. Essendo lui Raguseo, dubito che non restasse al suo ritorno a Ragusa, benchè lo habbiamo aggregato fra di noi et incorporato nella nostra Custodia, nientedimeno sarebbe bono che V. S. Rma li facesse in modo che debbia ritornare in queste parti. Delle occorenze di queste parti V. S. Rma si potrà informare di detto Padre, il quale non ha interesse alcuno, et è stato in queste parti più di quattro anni a posta vocato da Ragusa per Cappellano di Soffia da certi Gentiluomini Ragusei ». (Fermendžin, *Acta Bulgariae*, Zagabriae 1887, n. XXXV, p. 36-7: ex Archiv. Propag. vol. 152, fol. 273 orig.). — Et revera Fr. Lucas rediit Ciprovacium, nam idem Custos Bulgariae ad quorumdam calumnias respondens, S. Congregationi gratias agit « havendo ricevuto per mano del Padre Fra Luca Rosa li trenta scudi et li libri necessarij di detta scola... » 8 iulii 1636 (ibidem p. 39, n. XXXVIII).

Ad n. 577, p. 456. — In Tabular. Congreg. de Propag. Fide, vol. 148, fol. 216, ut refert P. Fermendžin (*Acta Bosnae*, p. 397, n. 1285) Fr. Bartholomaeus Kačić episcopus Macariensis et Fr. Dominicus Andreassi episcopus Stephanensis alias Narronensis, an. 1630, iunii 12, rogarunt S. Congregationem de Propaganda Fide, ut fluvium Neretva, prout inter ipsos conventum est, tanquam communem limitem inter utramque dioecesim, videlicet Macariensem et Stephanensem, confirmaret.

Glubich, p. 8, de ipso loquitur sub familia nomine Andriassevich (Andrijašević), sed eum obiisse asserit a. 1637.

Ad n. 593, p. 457. — Iuxta *Acta Bulgariae* (collegit P. Eus. Fermendžin: Zagabriae 1887) n. XXIX, p. 30, ad an. 1626, Archiepiscopus Antibarensis Petrus Massarechi ita refert de Laurentio: « Fra Lorenzo Florio è stato sempre tenuto per persona di poco sapere, per non haver egli « fatto d'altra professione, che d'infermiero o spetiale nei Monasterij del stato di Ragusei; da dove

« converso essendo partì per l'Albania et fu ordinato sacerdote, e da Albania passò a Chiprovaz per « trovare il Mons. Pietro Vescovo di Sofia antecessore del presente, et da lui fu mandato alla cura « di Tarnovo, dove è stato amato non tanto per la sufficenza di dottrina, quanto per la professione « di saper comporre qualche siroppo » etc. Et ulterius: « Et l'amicitia ch'ha il Metropolita con Fra « Lorenzo, è per una medicina compostali in una malattia; così il Principe Radulio gli portava qualche « affettione per la cura fattali ad una gamba; et quando detto Frate ha dato ragguaglio alla Santa « Congregatione, non era in Valachia, ma molto tempo innanzi era passato in governo della Mol- « davia, dove è morto li mesi passati ». — Ex hac relatione arguitur quod Fr. Laurentius relationem minus favorabilem S. Congregationi dedisset, idcirco Petrus Archiepiscopus coactus est ad petitionem catholicorum Trnoviensium respondere (Archiv. Propag. vol. 56, p. 275 orig.). — Tamen a. 1637 octob. 20 inter Definitores invenitur, cum primarii Patres Custodiae Bulgariae Petrum Bogdanum tanquam episcopali infula dignissimum cardinalibus commendant (ibidem, n. XLIV p. 46) et a. 1638 *Statutis sive Constitutionibus Custodiae Bulgariae* (ibidem n. XLIX p. 50 et seq.), Fr. Laurentius inter Definitores subscribit: « Fr. Lorenzo Florio diffinitore et guardiano ». — Qui etiam subscripsit actis synodi Sophiensis a Fr. Petro Deodato celebratae a. 1641, aug. 18-20 (ibid. n. LXIII, p. 132): *Ego fr. Laurentius Ragusinus subscripsi.*

Ad n. 399, p. 438. — Vallis de Iuncheto (Šumet) iacet inter Vergatum (Brgat) montem, qui instat Ragusio, aliosque montes ad septentrionem, a Valle Umblensi ascendens usque ad colles qui illam separant a Valle Brennensi: habet longitudinis tria millia passuum et latitudinis intra hos montes duo tantum millia.

Ad n. 418, p. 439. — Lagusta = *Augusta* vel *Laugusta*, hinc *Lagusta* et *Lagosta*, maris Adriatici insula, Rhacusio distans per centum passuum millia: ideo remotior inter insulas quae olim Reipublicae Rhacusinae pertinebant, propinquior Italiae et Gargano monti: habetque decem et octo millia passuum et ad maris oras est potius alpestris.

Ad n. 426, p. 440. — Ragusio relicto Epidauroque, conspicitur Canalium ora ad septentrionem clausa altis montibus: hacque transacta erigitur super rupem arx: hic est Cacumen Austri, italice « la Punta d' Ostro »; cacumen e regione oppositum vocatur Arza. Medium inter haec scopulum *Mamula,* militibus munitum iacet. Inter Mamulam Cacumenque Austri naves ingrediuntur et statim conspiciendum se tradit Castrum Novum (Neocastrum, Castel nuovo, Hercegnovi). Hic incipiunt celebres *Bocche di Cattaro,* historica Albania Veneta. Castrum novum, quasi a proprio colle admiratur apertum mare, e regione maris illi propugnaculo sunt altissimi item montes virentes usque ad medietatem, a qua fiunt deinde infoecundi et praerupti.

Ad n. 434, p. 440. — De Paulo Pelizzer a Rubino haec habentur in Necrologio Conventus S. Annae Iustinopoli (Capodistria): « A. R. P. Paulus Pelizzer a Rubino ex-Def. Generalis et « Commissarius, qui variis functus legationibus tum in Italia, Hispania et Germania tum in Bosna « Argentina, ubi dissidium Regulares inter et Episcopos ortum sedavit. Ac tandem meritis et « virtutibus praeclarus obiit in Domino anno 1691 (23/12) ». — Stancovich (Stanković) vero in *Biografia degli uomini illustri dell'Istria,* haec scribit: « P. Paolo Pelizzer del serafico Ordine dei « Minori Osservanti, da Rovigno, sostenne con onore più cattedre del suo ordine, la reggenza di « più conventi e fu Commissario visitatore in varie provincie. — Nell'anno 1639 fu al Capitolo « generale in Roma, e dal Generale dell'Ordine P. Benigno da Genova fu spedito Commissario « visitatore nella provincia della Bosnia Argentina, ove minacciavasi uno scisma tra i vescovi ed i « regolari, il sacerdozio ed il popolo, nella quale ardua missione riuscì felicemente a calmare il « fermento. Sopra del refettorio di S. Anna in Capodistria esiste un di lui ritratto fatto da Stefano « Celesti nel 1640, nel cui contorno è scritto: « Anno aetatis suae XLI postquam totam Bosne Ar- « getine Provinciam visitavit pacificamque reddidit Episcop. Patresque reconciliavit ». Nel basso del « ritratto vi ha dipinta una lettera, su cui è scritto: « Facultas pro Pre. Paulo a Rubino Custodi

« Dalmatie et Comm. Visitatori (*sic!*) Prov. Bosne Argentine ». Innoltre dal Generale P. Sebastiano da « Gaeta fu destinato Visitatore della provincia Bresciana, della Toscana, della Marca d'Ancona e del« l'Umbria. Passò quindi in Spagna ed in Madrid, esaurì importanti commissioni nella religione, av« vicinandosi a personaggi i più illustri. — Nella provincia di Dalmazia sostenne il grado di Definitore « Generale (*lege* Provinciale) ampliò ed ornò il già convento di S. Andrea nello scoglio presso Ro« vigno. Si conservano manoscritte varie sue prediche (tria volumina horum sermonum manuscripta « in archivo S. Annae Iustinopoli habentia plurimas notas, notunculas, glossas manu ipsius conscripta) « nel convento del suo ordine in Pirano, ove nel 1630 recitò un discorso ai 20 di ottobre, allorchè si « publicò il giubileo sotto il papa Urbano VIII. S'ignora il tempo ed il luogo della di lui morte, « viveva però ancora nel 1668, che era il sesantesimo nono della sua età » — Saepe P. Sebastianus in suis *Monumentis* loquitur de vita a P. Paulo conscripta: nonnulli librum exquisiverunt; sed incassum, nam, proh nefas! flammis vel aliis usibus inservivit: hoc comperui ex manco manuscripto, quod ob oculos habeo, quamvis nesciam cuius sit auctoris, certo nostri Fratris ex conventu ragusino. Refero ea quae hic scribit ut fasta et nefasta huius P. Pauli libri et valorem haurire aliquo modo possimus. « Il suddetto P. Dolci di lui altri periodi non porta. Esiste però un lungo periodo, « riguardante Ragusa, in questo nostro Archivio. Da questi pochi brani si rileva, che il P. Paolo « da Rovigno dava relazioni delle città da lui vedute. La sua vita esisteva in due volumi nel Con« vento di S. Anna a Capodistria. Io ho cercato a qualunque costo di averne una copia esatta, e « il P. Giorgio da Pirano (fuit hic Vidali e genere, Provincialis Dalmatae Prov. a. 1821, Lector iubila« tus; qui e vivis excessit 29 Iulii 1827) promise di farla copiare per conto mio per cinquanta « fiorini, ed io avevo trovato un benefattore che gl'avrebbe sborsati. Egli però poco dopo morì. « Mi sono ultimamente rivolto ad un Signore istriano erudito e benestante, che per avere da me « alcune operette erasi esibito di favorirmi. Questi nel mese passato di aprile mi scrisse da Ca« podistria, che la vita del P. Paolo da Rovigno esisteva nel Convento di S. Anna in due volumi. « Siccome questi vi contengono molte cose de' frati, che potevano scandalizzare i secolari, i Padri « di Capodistria, e specialmente il P. Raimondo da Pirano bibliotecario del convento (P. Raymundus « Benvenuti, scientia, praedicationis labore et regulae observantia commendatus obiit 22 martii 1850 « Iustinopoli) temendo che siffatti racconti non restino palesi al pubblico, stracciarono il primo vo« lume intieramente e la metà del secondo, e vanno stracciando pure l'altra metà. Io credendo che « quel Signore m'avesse scritto una favola, feci pregare il P. Leone Borcich (Borčić a Spalato, « Lector generalis, pluries praefuit Capitulis Provinciae et tertio fuit Minister Provincialis, obiitque « in conventu S. Francisci Iaderae 26 octobris 1874, aetatis suae 62) che nella sua dimora a Ca« podistria s'informasse se la vita in discorso esisteva e se poteasi avere una copia. In risposta mi « scrisse le stesse cose scrittemi dall'amico. Dal periodo esistente in questo archivio si rileva, che « il P. Paolo scriveva la santa verità e diceva ogni cosa sinceramente. Il P. Raimondo non poteva « distruggere quel libro, doveva soltanto tenerlo secreto e non prestarlo ad alcuno ». — E questo fia suggel....! — P. Pelizzer fuit Minister Provinciae S. Hieronymi in Dalmatia ad an. 1647.

Ad n. 439, p. 441. — Maurus Orbinus, Abbas Melitensis, scripsit *La Storia sul Regno degli Slavi*, absque aliqua styli elegantia, nec ordine historico ac chronologico observato, Pisauri typis excusum; Sed liber a S. Congr. proscriptus fuit *donec delerentur haereticorum nomina;* laudibus enim isti cumulantur. Monasterii Baciensis in Hungaria aliquandiu abbatem egit: regressusque in Patriam obiit an. 1614. Cfr. Dolci, *Fasti,* p. 44. Ljubić, *Dizionario,* p. 230.

Ad n. 445, p. 441. — Calamota = Koločep, insula est prope Ragusium, nec maior Insula Media nec uberior, neque incolis frequentior: ambitus habens septem milliaria.

Ad n. 447, p. 442. — Marinus Orbini scriptor variis linguis non inelegans: carmina enim tam latina quam illyrica, orationes varii generis, epistolae latinae et etruscae aliaque eius ingenii ac doctrinae documenta sunt luculentissima. Fuit rhacusino Senatui a Secretis, obiitque pridie idus ianuarii 1687. Cfr. Dolci, *Fasti,* p. 42. Ljubić, *Dizionario,* p. 230.

Ad n. 466, p. 443. — Exeuntes a ianua civitatis Rhac. dicta « Pille » arripimus viam quae ad « Boninovo » 10 momentis perducit, hinc Gravosium usque. Ad laevam flectentes invenimus viam ad cuius dextrum latus adiacet vallis herbis arboribusque virescentem, coemeteriumque invenitur et ad latus viae, quae parumper ascendit, est Ecclesia « S. Mariae Gratiarum » Ragusinorum Sanctuarium, cuius parietes votis cooperti infirmorum atque nautarum, demonstrant quid fuerit antiquis Ragusinis « S. Maria Gratiarum » *Gospa ad Milosrgja* et qua de re ragusinus nauta patriam relinquens repetensque primam ignea ballista explosa hanc Virginem salutabat. — PP. Capuccini provinciae Croatiae Sanctuarii huius curam nunc gerunt.

Ad n. 490, p. 445. — Spizza = Spič, ad confinia Montisnigri (Montenero-Crnagora) Antibarensis terrae, marisque Adriatici est ultimus limes Austro-Hungaricae Monarchiae. Spizza parva est regio territoriumque ferme minusculum. Brevis orae pars est quam Austria petiit obtinuitque a Berolinensi congressu a. 1878. Hodiedum portio illa orae quae intra tria metrorum millia complectitur, a militibus custoditur, quorum gratia efformatus est pagus et progressui civili socialique sensim sine sensu operam navat.

Ad n. 506, p. 446. — *Bistrina* est spatium illud regionis Stagno propiae, ad cuius mare ostreae celeberrimae inveniuntur et magni apud exteros sunt.

Ad n. 508, p. 446. — Inter portum Gravosii et Insulae Mediae invenitur Malphi (Zaton), qui etiam portum habet tutum sed Gravosino minorem.

Ad n. 513, p. 447. — Farlati ibidem scribit Innocentium XI a. 1681, ianuarii 27 confirmasse Augustini electionem. Dolci vero in *Fastis* haec habet: Brennensis patria se a loco, qui a nobis *Srebarno* (srebrno=argenteum) vocitavit *Flavium;* uti etiam dici voluit *Macedonich* (Mačedonić) ab illyrico cognomine *Arbanassin* (Arbanašin=Albanensis). Studiis operam navavit (ut inveni in chartula aliqua) apud Universitatem Salmanticensem, quibus perfectis in patriam reversus in odium Confratrum suorum incurrit; erat enim ipse tenax regularis observantiae pedissequus, illi autem vitae religiosae omnino osores.

Ad n. 537, p. 450. — Praeter opera, quae hic recensentur a P. Vitale confecta, haec Ljubić eum composuisse tradit illyrico sermone: *a) Pravi način za prositi milosti od gosp. Boga po dostojanstvu Sv. Antuna od Padove,* Mletcih 1664; idest: « Vera methodus gratias adprecandi a Domino Deo per intercessionem S. Antonii de Padua » Venetiis 1664; *b) Devocioni, po libriem duhovniem skupiene i za pokriepjenie dušah ucvieljenieh u jezik dubrovački složene,* Mletcih 1664; idest: « Devotiones e libris spiritualibus selectae et ad levamen animarum moerentium in idiomate ragusino conlectae » Venetiis 1664; *c) Besiede Korizmene:* i. e. Sermones quadragesimales. — Diem eius natalem ad 28 martii 1634 assignat Ljubić, *Ogledalo Književne poviesti jugoslavianske,* Riečki 1869, II, p. 450 (= Specimen historiae litterariae slavorum meridionalium. Flumine).

Ad n. 543, p. 451. — Farlati testatur, Tvarković Episcopatum Stagnensem ab Innocentio XII obtinuisse 13 apr. 1693, menseque decembris 1694 mortuum esse, ut de caetero ipse Sebastianus in suis *Monum. Hist.* declarat. Ergo illius mors non a. 1692 accidit.

Ad n. 635, p. 461. — Vissovatium (Višovac) est « isoletta, ait Tommaseo, che fa non lontano da Sebenico il Tizio *(Titium=Krka)* ricomponendosi dopo quella cascata ch' è delle più belle, non per altezza, frastuono e orribilità, ma per copia d' acque scendenti come da larghi giardini in getti variati e con variata armonia, sì che il libero e il mesto della natura paia quasi attemperato alle norme d' un' arte elegante ». Haec parva insula Scardona distans tribus passuum miliaribus, circumcirca circumdata asperis montium cacuminibus infra parvum fluminis quasi malluvium, unde multiplicibus ex transitibus introspiciuntur horizon amoenus agrique florentes. Ab antiquis temporibus vitae contemplativae fuit mansio electa. Usque ad an. 1445 morabantur S. Augustini haeremitae, qui eodem anno hunc locum cesserunt Fratribus nostris Provinciae Bosnensis.

Ad n. 675, p. 465. — Habentur in Archivo Bibliothecae conventus S. Francisci Rhacusii « Litterae Caroli VI ad Rempublicam Rhacusinam, quibus comitatur legatum Reipublicae P. Angelum Franchi redeuntem » (12 nov. 1727). Cfr. *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich nella Libreria de'RR. PP. Francescani di Ragusa,* p. 195, n. 1003.

Ad n. 679, p. 466. — Iuxta *Biblioteca di Fra Innocenzo* cit. p. 46, n. 189, P. Laurentius reliquit ms. *Vocabolario italiano-illirico raccolto da Fra Lorenzo Zecchinich Min. osserv. di Ragusa* (morì ai 11 novembre 1752 nel Convento di Santa Maria alle Paludi vicino a Spalato d'anni 58). — Sed et iuxta P. Ioannem Evangelistam Cusmich *(Cenni storici sui Minori Osservanti di Ragusa,* Trieste, Tip. del Lloyd Austriaco, 1864) commemorato P. Sebastiano Dolci qua auctore *Monumenta historica Provinciae Rhacusinae* etc. addit: « Un altro dei nostri Padri, Fr. Lorenzo Zechinich, ritentava alcuni anni dopo, l'istesso lavoro (idest historiam Provinciae Rhacusinae) che manoscritto si conserva tuttora nella nostra Biblioteca ». Sed nunc in vanum quaeritur. Cf. Ljubić, *Ogledalo,* II, p. 461.

Ad n. 682, p. 467. — Ljubić (*Ogledalo,* II, 454) dicit Paulinum fuisse *Visitatorem apostolicum* (pohodjalac apostolski) et in MSS. reliquisse versionem ex italico in slovenicum idioma *Vita et animae virtutes beati Enrici Susonis spiritu elevati ab Ordine S. Dominici,* a Fr. Ignatio del Nente eiusdem Ord. in unum conlectae. Opus hoc editum est Patavii 1710 apud Coronam, ut habet *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich nella Libreria de'RR. PP. Francescani di Ragusa* etc., p. 44-45, n. 180: croatice ita ibi refertur: « Život i kreposti duhovne blaženoga Enrika Suzona redovnika u duhu uzdignuta od reda Sv. Dominika, skupljene pro octu Fra Ignatiu del Nente od istoga reda, zajedno s'ofičicem od vječne mudrosti, koje bi od istoga blaženoga složeno i primljeno od namjestika Rimskoga Vatikana (dielo tiskano u Padui god. 1710 kod korone); iztomačeno iz italianskoga u jezik slovinski po Otcu Fra Paulinu iz Dubrovnika reda Malobraćanina ».

Ad n. 695, p. 468. — Majkovi tribus horae quadrantibus distat Slano.

Ad n. 698, p. 468. — Contra P. Hyacinthum Alamagna, Ministrum Provincialem et P. Honorium de Ragusio, Guardianum controversiam habuit D. Ioannes Tudisi, sed cuius generis ignoro. Eruitur hoc ex *Diatriba di Don Giovanni Tudisi contro F. Onorio da Ragusa Guardiano, e F. Giacinto Allamagna da Ragusa, Ministro Provinciale* (3 fascicoli): cfr. *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich nella Libreria de'RR. PP. Francescani di Ragusa,* ms. cit. p. 196. n. 1025.

Ad n. 721, p. 473. — Petrus de Gratiis (Gračić), cum quo Fr. Damianus aiebat, se habere consanguinitatem, oriundus fuit ex insula Melita, presbyter Melitensis, et parochus ecclesiae S. Stephani in insula lupana, quam Tauridem appellant. Quibus doctrinae ac dignitatis honoribus esset cumulatus, compertum fuit ex vetusto suae paroeciae libro, in quo haec leguntur, licet, exesis pluribus litteris, non integra: « D. Paulus de Gratiis Melitensis.... Parthenae princeps, scientiarum doctor.... Vicarius Stagnensis. Assessor Vicarii Ragusini... Sarsinae, necnon Vicecomes.... in Roma permittente Deo ob peccata.... Rector.... Ecclesiae D. Stephani Insulae Tauridis a Virginis partu MDCXXV ». Senatus in Episcopum Stagnensem illum Urbano VIII proposuit, qui et illius electionem confirmavit a. 1635. Cum PP. Dominicanis litem habuit, nam coenobium Brotiense, utpote ineptum ad sustendandos 12 religiosos, iurisdictioni et visitationi episcopi obnoxium esse contendit. Sed Congregatio de P. F. coenobium exemit. Contentiones habuit quoque cum mulieribus III Ord. Dominicani et Franciscani, quas claustri monachalis lege constringere volebat; mandatumque ad hoc a S. Congr. Concilii a. 1645 iunii 17 obtinuerat. Sed hoc perficere non potuit, nam a. 1652 morte praeventus est.

Ad n. 722, p. 473. — Etsi an. 1764 et 1765 Provincialatum gereret P. Franciscus Mª Sorgo-Bobali, ut ex *Lettere di Ponente* clare apparet, ubi p. 32, n. 82, II, ad annum 1765, inveniuntur litterae ipsi Francisco Augustae Taurinorum consistenti datae 15 iulii 1765, hac cum inscriptione: « Al P. Francesco Maria Sorgo Provinciale de' M.M. O.O. Torino » — et ex serie Ministrorum Provin-

cialium huius Rhac. Prov. colligitur (cf. Fabianich, *Storia dei Frati Minori* etc. I, p. 379); tamen scriptum a Republica fuit an. 1765 aug. 17 Commissario Generali Min. Obs. P. Iosepho Mª de Vedano, quod « conoscendosi chiaramente nella massima parte de' Religiosi, che compongono la detta Provincia un qualche spirito di partito e di briga e piacere di aver le cariche e dominare », opportunum foret omnes per sexennium amovere a regimine et superioribus exteris eos submittere, eligendis ab ipso Comm. Generali, vel a Ministro Generali Romam venturo, petita, si opus fuerit, ad hoc facultate a S. Congregatione Episcoporum et Regularium, imo ab ipso Summo Pontifice (*Lettere di Ponente, 1765,* n. 82, II, p. 57). Et revera facultas S. Cong. Episc. et Reg. petenda erat, ut eruitur ex responso ab ipso Commissario dato et relato 9 oct. 1765 Benedicto Stay (ibidem, p. 93). — Anno sequenti, idest 1766 aug. 6, Pontifici scriptum fuit pro hac re. (ibidem, 1766, n. 84, II, p. 41); quod eidem Commissario relatum fuit eodem die, et insuper declaratum, Stay Pontificem ob hoc adiisse (ibidem, p. 42). — Dein Respublica scribit 1766 dec. 17 Stayo, quod acceptat propositionem Com. Gen. qui vult ut una cum Provinciali duo etiam Definitores sint exteri (ibidem p. 114). An. vero 1767 iunii 15 eidem Stayo relatum fuit adventasse Rhacusium Ministrum, Custodem et Definitorem (ibidem, 1767, n. 85, p. 62). Primus fuit Provincialis Fr. Felix a Mondulpho, quem an. 1768 ad Capitulum Generale iter aggredientem, Generali Fr. Ioanni de Molina litteris commendatitiis Respublica comitata est (ibidem 1768, n. 86, I, p. 2, ianuarii 14). — Expleto iam an. 1767 primo triennio, Stayo Respublica scribit ut operam navet, quatenus a Pontifice vel aliis eligantur Provincialis, Custos et quatuor Definitores, Brevisque Clementis XIII verba citet « usque ad novos ordines sanctitatis suae », memorque sit quod repetita iuvant (ibidem, 1769, n. 89 II, p. 11, iulii 10). — Eidem Stayo consolationis litteras Respub. scribit, eo quod Generalis Minister optimos elegerit Superiores, sed... minime festinandum est, (ibidem, p. 49, sept. 10). — Sed 28 febr. 1770 item Stayo scriptum est ut Generalem admoneat de Superiorum novorum necessitate (ibidem, 1770, n. 90, p. 9). Quod etiam repetitur 21 aprilis (ibidem, p. 31). — Et tandem eidem Stayo relatum Superiores iam advenisse (ibidem, p. 75, iulii 18). — Pro secundo triennio electus fuit Minister P. Franciscus Ignatius ab Ancona (cf. Fabianich, *Stòria* etc. II, p. 379), in cuius laudem et bene acta missae sunt Stayo litterae commendatitiae Pontifici praesentandae nomine Fratrum Rhacusinorum (ibidem, 1772, n. 98, III, p. 75, dec. 18). Et cum Respublica rescivisset P. Franciscum ultimum locum inter ex-Provinciales obtinuisse, Stayo scriptum fuit ut omnibus viribus opem impendat, quatenus P. Franciscus praecedentia nobilitetur (ibidem, 1773, n. 99, I, p. 26, martii 4). — Sexennio expleto, Franciscani nationales Senatui petitionem praebuerunt, ut possent iulio mense Capitulum congregare in eoque nationales in Superiores eligere. Hinc Stay ipse a Pontifice Brevis suspensionem imploret (ibidem, 1772, n. 96, I, p. 75, apr. 13). Et 21 iulii 1772, Stayo ipsimet refertur quod electio Superiorum nationalium optime effecta est (ibidem, p. 77). — Et laudantur apud Generalem Min. Obs. ambo Ministri, qui per sexennium Provinciam rexerunt. Memoria digna haec verba sunt: « Debitrice questa Provincia de Minori Osservanti a quella della Marca del suo ritorno all' unione « e pace et alla miglior regolare disciplina, noi non dobbiam lasciar di encomiar altamente l'ottima « condotta tanto del 1° che del 2° Ministro Provinciale fuorestieri et immediati Antecessori dell'attual « Nationale governo. Meritano veramente ancor li PP. Custodi e Definitori ogni sorte di lode, ma « questa in special maniera si deve al zelo, al buon esempio et alla saviezza dei due Provinciali, « che han prodotto il presente pacifico e regolare stato di questa Provincia. Tanto più adempiam « a questi ufficii ben dovuti al merito delli due superiori Provinciali, quanto loro bramiamo mag- « giormente i giusti avanzamenti e nella Provincia loro e nell' Ordine » (ibidem, p. 76). Sed confer quae proferuntur n. 727 huius Necrologii de P. Bernardino Mimbelli immediato Provinciali.

Ad n. 727, p. 474. — Kreševo, antiqua amplaque civitas (nunc parvum minimaeque notae rus) deliciosa in valle posita ex una parte, ex altera habet altissimos montes, ad ora duorum fluminum: et ob asperitatem et ariditatem montium qui imminent, dicta est Krševo a krš (rupes), hinc Kreševo. Adest coenobium nostrorum Fratrum Provinciae Bosnensis sub invocatione S. Catharinae V. M. — *Zaostrog* ad extremam Primorje oram, ubi confinia terminabantur inter Ragusinam et Venetam

Rempublicam et turcicum Naronense passalatum, ab antiquis temporibus coenobium surgebat a monachis Basilianis in primis inhabitatum, deinde ab Augustinianis heremitis. Expulsis ambobus, a. 1468 illud obtinuerunt nostrates per decretum Bani Clissae et Primordiae usque ad amnem Naronam Žarki Umsky.

Ad n. 734, p. 476. — Sinj = Sign, est, quamvis non veri nominis civitas, praedives locus iacetque in ampla fertilique planitie a flumine Cetina aquis locupletata, continetque fere duo millia hominum; territorium vero totum 44.000 hominum habet, extendens se ad meridiem usque ad pedes septentrionales montis Mossor. Huc ferme ab a. 1688 recepti fuerunt nostri Fratres profugae ab ira Turcharum, qui domum quamdam in coenobium, primum templumque turcicum (mosquitam) in ecclesiam converterunt. Varia fausta infaustaque perpessi, aufugerunt quasi eodem anno, sed redierunt a. 1698: cf. Fabianich, II, p. 309.

Ad n. 737, p. 477. — Croatica lingua ita edicuntur P. Innocentii Grgić versiones: *a) Nauk kršćanski, složen po Naredbi sv. O. Pape Klementa VIII od kard. Bellarmina i kratko uvjestbanie o prvoj izpovjesti i pričešćejnu diece nedorasle složeno po narebdi Benedikta XIII,* u Mletcich 1745 i 1750; u Dubrovniku 1811. *b) Nauk kršćanski obilan slovinskomu narodu odkriven,* u Mletcich 1750. Ljubić, *Ogledalo,* II, p. 461.

Ad n. 738, p. 478. — *Ad illa quae dicuntur:* Aedes lanificii erexit, alteri adtributa laude *haec adde:* Nocte diei 17 septembris 1913 immane incendium flammis devovit hanc conventus partem. Quidam iuvenis frater laicus hora quinta post meridiem ante hunc infandum diem torrens fabas arabicas in coquina infirmariae, ubi inveniebantur ligna, reliquit scintillulam quae in haec serpuit per totam noctem, ignisque delituit, donec mane, hora 1 post mediam noctem, incendium exarsit, et ex una in aliam cellam prosiliens pervenit usque ad *communitatem,* incendens et devorans omnia, illuminansque atra sua luce turrim campanariam, conventum, turrim Mincettam, domus propinquas. Cives, milites, Fratres, omnes ad ignem extinguendum currunt, recurrunt, aquam fundunt, securibus trabes secant et quidquid auxilii necessitas petit, suppeditant. Seniores Fratres ad pedes altaris S. Antonii prosternuntur preces solventes ut conventum servet. In primis adest A. R. P. Iacobus Iović iam terve quaterve Minister, qui antiquo suo aevo luxit et gavisus est cum suo coenobio, cum suis civibus, cum tota Rhacusina civitate. Validi iuvenes civitatis manibus portantes Fr. Dominicum, qui diu fuerat candelarum opifex et iam a quindecim annis ianuas conventus non est egressus, alio detulerunt. Fr. Sanctes Pescadori ope alterius Fratris salvus evasit, nam furens ignis et fumus serpebat circa illius cellam et ob id iam viribus defecerat. Cella deinceps illius igne absumpta est. Circa horam quintam tectum corruit. Stragula, pallia, mantelli, vestes, lintearia, a flammis depasta fuerunt: ita ut vel combustae vel collapsae vel destructae quatuordecim cellae desierunt. *Communitas* tota instrumentaque sartoriae artis in pulverem redacta sunt. Pulchra imago et ipsa deperiit: repraesentabat varia momenta ex sacra Scriptura, sententiaeque expressae erant hebraicis, graecis, latinis, croatico-cyrillisque litteris. Opus haec fuerat Fratris cuiusdam XVIII saeculi. — Aedificium, quod nunc quodammodo flammae depopulatae sunt, ducit originem ab an. 1317. Ad imum aedificii, in superiori claustro a. 1681, P. Felice ab Aquila Provincialatum gerente, antiqua pharmacopolis ab inferiori claustro huc translata est, ut est in manuscripto Andrijasii secreti Archivi Fratrum Minorum. An. 1901 clarissimus vir eques Ignatius Amerling pro aromatario novas aedes exornavit, hinc iterum in inferiori claustro invenitur. Ad antiquam pharmacopolim aderat sacellum S. Hieronymi. Aedificium duo habebat tabulata. In inferiori pars erat veteris infirmariae, quae extructa est a. 1317 et renovata 1877. Decem inibi erant cellae, et quidquid ad infirmorum necessitates opus est, possederat. Hic proprium sacellum, hic refectorium, hic coquina, hic cella pro infirmario. — In superiori fuerat *Communitas fratrum,* idest promptuarium rerum communium. Primo autem situm hic erat *lanificium.* Tabulata superiora constructa fuere a. 1748, ut inscriptio ad orientalem latum meminit: « D. O. M. | D. Ioa. Garmogliesio | SS. Sepulchri Equiti | F.F. PP. 1748 ». Legenti hanc inscriptionem, videri posset, haec tabulata a Garmogliesio

fuisse constructa, sed bene attendentes ad verba huius Necrologii « Aedes lanificii erexit (Dolci), alteri huiusmodi attributa laude » facile intelligemus Sebastianum magna ex parte solvisse pecunias, parva illa exhibita a Garmogliesio, qui promeruit ut a *Dolci* tamen nomen perenne haberet. — Haec delibavi ex Ephemiride *Prava Crvena Hrvatska,* n. 448 de die 27 sept. 1913 in appendice a P. Francisco Jurić O. F. M. exarata stylo facili caeteroquin sed poetico. — Quoad illa quae in notis expressi « Dolci non in omnibus criticum egisse at omni ex parte veritati amicum sincerum apparuisse, cf. Ljubič, *Ogledalo* II, p. 460, qui asserit plurimum historiae patriae navasse sed in hoc saepius quamplures a semita deflexisse (« je ćestokrat veoma *zalutao* ») ut in opere, ubi absque aliquo fundamento vult demonstrare aeternam (vjećnu nezavisnost) immunitatem ab omni extraneo iure suae natalis patriae. Nativitatis eius annus foret 1699. — Ioseph Valentinelli dicit, contra Sebastiani opellam: *De illyricae linguae vetustate et amplitudine* in 33 paragraforum periochas divisam, Franciscum Zanetti litteram scripsisse quatuordecim *censuris* coarctatam » (*Bibliografia della Dalmazia e del Montenegro,* Zagabria, Tip. del Dr. Ljudevio Gaj, 1855. p, 85, n. 502-3. Idem Valentinelli de opere Sebastiani « *Maximus Hieronymus vitae suae scriptor* » haec habet: Quanto sia da apprezzarsi, fra le tante biografie del Santo Dottore, quest' opera suddivisa in quaranta capitoli e undici *vindiciae,* l'attesta lo scrittore del *Commentarius historicus* negli *Acta Sanctorum* Septembris t. VIII, p. 424..... iustam habuit de moribus S. Hieronymi opinionem, eiusque gesta non solum enarranda, sed et probanda suscepit. Hunc igitur passim consulam opinionesque eiusdem chronologicas.... frequenter examinabo. Vedi *Memorie del Valvasense,* T. III, P. IV, p. 49 (ibidem p. 117, 725). « *De Ragusini* (vero) *archiepiscopatus antiquitate epistola anticritica* » Sebastiani, idem Auctor hoc fert iudicium: « Opera piena di critica, convalidata da documenti autentici levati dalla biblioteca del Signor Alethy, amico dell'autore » (ibidem. p. 202 n. 1255).

Ad n. 744, p. 481. — Ex oppido dioecesis Ragusinae, cui Malfi nomen, Nicolaus oriundus erat et e gente Pugliesia, quae plures in familias divisa opibus ac splendore Panormi praesertim et Cataniae in Sicilia excellit. — In patria animarum curam suscepit. Archiepiscopatum Nicopolitanum in Bulgaria per annos circiter 14, summa assiduitate et vigilantia gessit. Propter falsas criminationes a Turcis in vincula fuit deiectus et 200 aureis se redimere necesse habuit. — S. Congr. de Propag. Fide a. 1766 voluit eum transferre Constantinopolim qua Vicarium; ast Nicolaum expetitum a Ragusinis Clemens XIII huic metropoli antistitem praefecit a. 1767. — A. 1777 inopinato consilio Archiepiscopatum abdicavit, ut Vicariam Constantinopolitanae Ecclesiae curam susciperet.

Ad n. 758, p. 486. — P. Timothei Glegj inveniuntur in mss. Archivii conventus S. Francisci Ragusii « u kratko složena dvadesti i pet razgovora ćudoredna, izvadjena iz različnieh knjizah jednoga puno glasovita Naučitelja latinskoga, koristna svakoj varsti od pravovierne čeljadi, po djelu i nastojanju Redovnika i Misnika Otca Fra Timotea Glegja Malobratjanina, s'priloženjem pridulјéga govorenja varhu Purgatoria, poklonjeno bogoljubniem dušami god. 1775 ». (= Breviter collecti viginti quinque sermones morales, excerpti ex diversis libris cuiusdam celeberrimi Doctoris latini, utiles cuivis statui fidelis populi, opera et cura Fratris et Sacerdotis Patris Fratris Timothei Glegj Fratris Minoris, addito longiore sermone de Purgatorio, animis devotis oblati an. 1775): cf. *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich* cit., p. 40, n. 143). — Et: « Jedan rukopis necio, bogoljubnieh predmetah O. F. Timotea Glegja Malobrat (= Manuscriptum non integrum spiritualium materiarum P. F. Timothei Glegj O. F. M.: ibidem, p. 202, n. 1088). — Et: « Put od križa, po ocu Fra Timoteu Glegju Dubrovčaninu » (1767) (= Via Crucis per Patrem Fr. Timotheum Glegj Ragusinum: ibidem, p. 202, n. 1090).

Ad n. 766, p. 488. — In Archivo S. Francisci Rag. (cf. *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich,* p. 102, n. 273), haec inter alia habentur mss. P. Anselmi Katić. — In funere Hyacinti Milcovichii elegia. — Ad de Gozze Balthassarem Nicolai pro piscatione, elegia. — Al Sig. Bald. Nic. de Gozze in occasione della pesca fatta a Gravosa, Ottave rime — Ad amicum in Apulia, elegia. — Invitatio ad Amaenitatem Ruris, elegia, — De Genio ad Amicum, elegia. — De Urbe Rhacusina,

disticon. — De Ioanne Scoto, encomium. — De navali pugna Venetos inter et Piratas Lybicos prope Epidaurum et Ragusium a. 1751. — De Iaculatoribus Tormentorum ante portum Ragusinum ex arce iaculantibus in mare ad metam. A. 1753. — In laudem Divi Aloysii Gonzagae. — In laudem Divi Antonii Patavini. — In lode di una monaca che si professa. — Invocatio ad Immaculatam Deiparam in publicis thesium propugnationibus. — Alius Hymnus Beati Conradi protectoris urbis Melphicti. — Alius Hymnus, Ode Alcaica, ad Dominum Fabricium Episcopum Melphicten. — Descriptio Chelmi vulgo Popovo. — De Seraphico Patriarcha Divo Francisco, elegia. — De duabus matribus proprios commendantibus filios, epigramma. — In idem aliud epigramma. — Ad Dominum Franciscum Sorgo Bobali. — Ad Comitem etc. L'invito alla villeggiatura, canzone. — Ai Signori Matteo e Franc. Ghetaldi da Daxa. — Ad Dm. Lucianum de Pozza qui equitando ensem amiserat, elegia. — Ad P. Sebastianum Dolci. — In laudem Dn. Francisci Matthaei Gradi. — In Culicem, Prolusio. — Phaleucium Carmen pro gratiarum actione. — Ad Dom. Melchiorem Iveglia Ohmuchjevich. — (Responsum Dn. Ohmuchjevichii ad P. Anselmum Cattich). — Dn. Archiep. Archangelo de Lupis in sacra perlustratione Lagustae. — Ad P. Clementem a Panormo in die sui natalis. — (Elogia respondens P. Francisci Tamburini Teatini). — Responsum P. Francisco Tamburino. — (Un sonetto di Dante Romano (1760) a Mr. Fra Anselmo Cattich). — Piesan od kraljice madjarske Marie Tereczie. — Catalogo delle composizioni edite ed inedite del Mr. P. Anselmo Cattich, Min. Oss. Vescovo di Mercana e Trebigne.

Ad n. 782, p. 493. — Inter MSS. Bibliothecae conv. S. Franc. Ragusii sub n. 1105 Fr. Urbani haec habentur: *Filosofia, teologia e discorsi sacri* di Fra Urbano Bratošević, in fascicoli (cfr. *Biblioteca di Fra Innocenzo Ciulich* etc. p. 203. n. 1105).

Ad n. 785, p. 496. — Aloysius Bellelli, qui librum concinnatum sub titulo « Storia della Bibbia e difesa di tutti i libri del Vecchio e Nuovo Testamento », typis editum Anconae, Bellelli 1774 fr. Dionysio a Sabiuncello dicavit, in epistola haec inter alia scribit: la felice Provincia da Lei amorosamente amministrata, i sudditi, che l' amano teneramente, l' Eccellentissimo Senato di Ragusa, cui è accettissima, parleranno mai sempre, e 'l di Lei Nome

alla futura etade
Vaghe d' onore inspirerà faville.

Ad n. 808, p. 506. — Hunc Communitas Perzanensis in praedicatorem quadragesimae elegisse videtur, cum alius huius nominis inter hos annos non inveniatur. — « M. R. P. Colmo. Essendo state esposte a questa Comunità di Perzagno dal M. R. P. Serafino di Ragusa, Lettore e Predicatore de' Min. Oss. le degne qualità del medmo R. Padre *Michelangelo* pur di Ragusa si è percio determinata la med^{ma} di eleggerlo a pieni voti in suo predicatore e di rilasciargli la presente credenziale per l'anno 1803 onde poter venire a tempo opportuno per esercitare il sacro apostolico ministero dell'evangelica predicazione nella ventura quadragesima in chiesa della B. V. Parrocchiale di Perzagno ed attendendo gli affermativi bramati riscontri pieni di stima e di rispetto umilm^{te} si sottoscrive. Di V. S. molto Rd^{a} Perzagno 20 aprile 1802. Devotissimi ed osseq^{mi} servi Capitanio e Giudici della Comunità di Perzagno (*Copia Lettere della Comunità di Perzagno* dal 1801).

Ad n. 810, p. 507. — In libro *Rogatorum* de isto *P. Adriano de Lagusta* haec hausimus: 1799. Maggio 10, Venerdì. La prima parte è d' insinuare sotto vincolo di giuramento al P. Ministro Provinciale de' Minori Osservanti di questa città, che in termine di giorni otto debba mandare nel convento di Daxa di Famiglia il P. F. Adriano de Lagosta e tenerlo colà sino al nuovo nostro ordine.

Ad n. 845, p. 522. — N° 294 (Uff°.). Al Molto Rev.do Padre osservandiss.mo. Tra le altre pie istituzioni che li benemeriti nostri Antecessori ci lasciarono per il bene di questa Comunità parte soppresse parte abandonate per le costituzioni politiche, una ne rimase mai sempre da

questo Consiglio con impegno sostenuta a fronte delle calamità dei tempi soferte, ed è quella apunto della Predicazione della parola di Dio. — Questo Comunal Consilio destinò col Suo pienissimo voto Vostra Paternità Molto Rev.da per il nostro Predicatore nella ventura quadragesima 1823 come conositori delle di lei morali e teologiche istruzioni, ed il esempio comendabile in altra volta esperimentate, Noi impegnò di porgerle la loro brama e pregarla degnarsi onorare questa nostra libera ellecione per compir questo sacrificio a Dio Signore a pro di queste anime e contro di quel picolo emolumento solito ed usitato da molti anni per questo ufficio. Questa le servirà di Credenziale senza altre repliche, pregandola di favorirci il di lei riscontro per nostra regola, protestandomi con osequio e stima me le rafermo. Perzagno lì 19 Xbre 1822. D. V. Pat. Molto Rev.da Uml.mo devot.mo ed aff.mo servitore Vincenzo Lucovich Cap.nio. — All' Molto Rev.do Padre Osservand.° Il Padre *Ferdinando Dobroslavich* ex Definitore e Guardiano attuale dei Minori Osservanti di S. Francesco. Ragusa. *(Copia Lettere della Comunità di Perzagno).*

Ad 856, p. 535 et seq. — En, benigne Lector, quanti in cultu latinarum musarum fuerint Fr. Urbanus Rogdanovic et Fr. Ioan. Evangelista Kuzmić, Dominicus Stoić Gabrielque Ferretti, omnes clerici O. F. M., (de quibus quoque in hoc Necrologio) qui cecinerunt in laudem Benigni cum promotus fuisset ad Provincialatus munus:

Quanta premit me cura, Italis te vivere terris,
Nec posse absentem cernere, ab alloquiis
Nec pendere tuis, doctrina clarus in omni
Qui nostram informas mentem, animumque colis!
Tanta ego laetitia perfusus gaudeo, dum Te
Seraphidum assensus deligit unanimis
Praesidem, et unanimes tibi pectora nostra vovemus,
Mandatum haud unquam praeteritura tuum.
Audiat orantem te Roma, et sentiat illa,
Qualis sit nobis Praeses ab axe datus. *(Urbanus)*

Quem doctae exornant artes, quem plurima virtus,
Unanimes nobis praeposuere Patres.
Sors mihi magna quidem, quod felici omine nuper
Haec sacra accessi ad limina Seraphidum;
At sors hercle mihi maior, quod Praeside tanto
Francisci in coetu vivere rite queam. *(Ioan. Evangelista)*

Seraphidum soboles summo te exornat honore,
Dum plausus iterat maxima Roma tibi.
Quidnam ego? quod possum; grato devinctus amore
Sincerum voveo pectoris obsequium. *(Gabriel)*

Si tibi iamdudum caput ornant serta sophorum,
Illustrantque artes mentem animi eximiae:
Virtutum laudes porro complectitur omnes
Hic, qui confertur nunc tibi, primus honor.
Francisci o felix Soboles, cui Praesidem ab alto
Hunc nobis Divus deligit ipse Pater!
Tanto uti adhuc fueras studiorum laeta Magistro,
Sic tanto surges Praeside prosperior. *(Dominicus)*

Et P. L. *Pacificus Radeglievich* Albertinio cum Archiepiscopatum Scodrensem iniret praeter cantiunculam croatico sermone structam hoc epigramma latinum adiunxit:

Orsis, Albertine, novis uberrima messis,
Scodrae nunc votis panditur ecce tuis.
Proh bene! iura regat, teneatque Novalia, quaeque
Qui nova felici perficit auspicio.

Ad n. 865, p. 542. — Hic mihi annus 1532 videtur assignandus studio generali concesso Ragusinae Prov. ut ex *Chronologia historico-legali* (Neapoli 1650, t. I, p. 263) eruere potui: nihil enim de generali studio Ragusino in antecessum invenire fas mihi fuit. Et quidem in Congregatione generali Messanae habita a. 1532 inter Studia Generalia nominatur in civitate Ragusii Lector Ven. P. F. Bonaventura Dalmata de Veglia.

Ad n. 905, p. 561. — Fr. Kuzmić litteris quibus prof. Brusina eum vocaverat ut biographiam ipsius contexeret, respondebat: « ja sam ljekarnik i fratar » (= ego sum pharmacopola et frater). Ex quibus verbis sat clare patet ipsum fuisse demisissimi animi, quamvis ipse Brusina illum praedicet Nestorem dalmatarum naturae scrutatorum « Nestor dalmatinskih izpitatelja prirode ». Erat facile pius, facileque iocosus, quod epigramma subest imagini nostri improvisatoris Gagliuffi, ut eidem Brusinae scripserat. Natus an. 1807 dec. 30, ab an. 1821 ad 1826 pharmachopolae assistebat, et 1826 habitu Ordinis indutus est, 1832 primum litavit sacrum, an. 1860 Provincialis munere functus est. Quo tempore conventum instauravit et bibliothecam auxit libris, manuscriptis et pecuniis ab Imperatore sibi collatis: 1862 interfuit generali Capitulo, 1866 institutus fuit director theologici studii. Tempore quo Maximilianus Austriae Dux, dein Mexici Imperator cum Charlotta coniuge in scopulo La Croma versabatur, munere cappellani et confessarii condecoratus fuit. — Pro funere Episcopi Urbani Bogdanović 1863, iulii 2, edidit « Onori funebri resi alla memoria di Fr. Urbano Bogdanovich M. O. Vescovo di Europus ed Administratore Apostolico dell' Arcidiocesi di Scopia in Albania nel giorno 2 settembre 1863 nella chiesa de' PP. Francescani M. Oss. di Ragusa » in quo descripsit praecipua facta defuncti, adiunxitque epigraphes atque poeses croaticas, latinas, italicas, quas tunc composuere Thomas Tvartko, Ioannes Gagliuffi, Laurentius Kukuljica, Antonius Kaznačić, Blasius baro Ghetaldi, Angelus Miletić, Marianus Pusić, P. Radeljević et alii. — Capitulo an. 1862 obtulit « Cenni storici sui Minori Osservanti di Ragusa raccolti dal P. Giovanni Evangelista Cusmich dell' Ordine stesso ». Trieste 1864, latine quidem, quod postea ut patet, lingua italica typis edidit. — In funere quoque Sebastiani Franković, defuncti 30 oct. 1864, quo Ragusii parentatum est animae illius, item conscripsit: « Onori funebri resi alla memoria di Monsignore fra Sebastiano Francovich M. O. Vescovo di Sionne, Vicario Apostolico della Bosnia nel giorno 28 marzo 1865 nella Chiesa de' PP. Francescani Minori Osservanti di Ragusa. Spalato 1865 », ubi etiam collegit epigraphes et alia Ioannis Matulić, Mathiae Jupanović, Gabrielis Ferretti, Matthaei Vodopić, Stephani Tomašević, Marci Marinović et aliorum, qui arte sua funus hoc condecorarunt. — Praeter haec dono dedit, an. 1854, musaeo Jadrensis gymnasii collectionem specierum naturalium n° 457, pro qua collectione ministerium cultus instructionisque gratias donatori egit, quae elenchata invenitur in Programmate VIII eiusdem gymnasii a. 1858. « Elenco nominale degli oggetti di Storia Naturale, donati sulla fine dell' anno scolastico prossimo decorso al gabinetto ginnasiale dal Molto Reverendo Padre Maestro in farmacia Giov. Evangelista Cusmich, dei quali nel programma dell' anno passato furono esibite semplicemente le indicazioni numeriche sommarie. Tanto n' è il pregio, che l' Eccelso i. r. Ministero medesimo trovò di manifestare al dotto e generoso donatore la speciale sua riconoscenza ». (*VIII Programma dell' i. r. ginnasio completo di prima classe in Zara 1858.* Zara 1858). — Deinde collegit et dono eidem gymnasio dedit: « I. Conchiglie terrestri e fluviali dei Circoli di Ragusa e di Cattaro e del territorio della Narenta. — II. Conchiglie terrestri e fluviali trasportate dal mare sul lido dell' isola Lacroma (l. c. p. 85-92). — III. Conchiglie marine raccolte a Ragusa e nei dintorni » (l. c. p. 100-106). Evangelistae nostri, ut scimus, remanet mss. *Necrologium;* sed iuxta Brusina referentem verba Matthei Vodopić latino sermone exaratum dicebatur. — Libros physicam, geologiam, zoologiam tractantes manu versabatur diurna atque nocturna: sed potest dici quod botanicae in primis operam navasset. Mattei S. I. qui Ragusii obiit a. 1791 reliquit elenchum plantarum croaticarum non parvi valoris, et Kuzmić illum adeptus est. Ad haec, ipse proprii iuris fecit duo MSS. Nicolai Pizzelli Ragusini chirurgi. Et coepit inventarium elucubrare nominum plantarum croaticarum et colligere haec nomina, quod deinde opus cessit Doctori Suleko (V. Dr Bogoslav Šulek, *Jugoslavenski imenik bilja.* U Zagrebu 1879, p. XVI-XVII et XX). Et cum ipse Sulek, opere completo vellet servare apud bibliothecam « Jugoslavenske aka-

demije znanosti i umjetnosti » omnes fontes ex quibus elenchum composuerat, Kuzmić illi concessit ut omnia MSS. retineret, quorum unum conscriptum fuit abhinc 250 an., alind initio saec. XVIII ex Mattioli-o, Franciscano Kresevii in Bosna (l. c. p. IV). Quod Kuzmić inveniebat, cum ipse per se nesciret, sit necne novum quod invenerat, mittebat haec omnia domino cuidam Jaderae commoranti (Kutschig) qui tamen nomine et inventis Evangelistae gloriabatur sibi adscitis. — Praeterea Brusina ex collectionibus suis et Erjavac-ae, et Höberth-i, Kučik-ii, *Kuzmich-ii* Lanza-e, Sabljar-i et Sandri-i confecit collectionem malacologiae musaei nationalis zoologici Zagabriae, quae quoad faunam adriatici maris, Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae, imo et monarchiae austro-ungaricae non habet aequalem nec apud c. aulicum musaeum Vindobonae, nec Budae nec Pragae et tandem neque Tergenti, ubi potest dici quod sint ad fontem pro fauna maritima. Et ipse Brusina fatetur bonum esse quod Evangelistae collectio servetur apud nationale musaeum Zagabriae ad profectum scientiae et ut monumentum aere perennius, et ut studii peritiaeque Fr. Evangelistae documentum. — Collegit insuper Kuzmić nummos, in primis antiquae Reipublicae Rhacusinae: quorum aliquot etiam dono dedit musaeo Gymnasii Jadrensis et amicis. — Dicunt Evangelistae oblatum fuisse episcopatum, sed abrenuntiasse ea potissimum de causa ne Rhacusio abesse cogeretur. An. 1855 renuntiatus fuit membrum societatis zoologico-botanicae Vindobonensis et an. 1870 item membrum societatis malacologicae Belgae Bruxellensis. — Kučik nomen Fr. Evangelistae imposuit astaco marino in Buduae partibus ab ipso Evangelista invento, *Clausilia Kuzmici*. Brusina variis speciebus astacorum nomen Evangelistae indidit: Emarginula Kuzmićiana, Turbonilla Kuzmići, Scalaria Kuzmići, Melanopsis Kuzmići, quae nomina passim ab eruditis usurpantur. Brusina ipse necrologium P. I. Evangelistae conscripsit: *I. E. Kuzmić, biografičke crtice: napisao S. Brusina.* Zagreb, Dionička Tiskara 1881. — Spiro (Spiridion) Brusina obiit Zagabriae 21 maii 1908: benemeritus investigator croaticae et dalmaticae faunae, fundator societatis scientiarum naturalium croaticae et musaei, director sectionis eiusdem zoologicae, professor universitatis Zagabriensis, membrum academiae scientiarum et artium slavorum meridionalium (Jugoslavenska akademjia znanosti i umjetnosti) aliarumque nostrarum exterarumque societatum. Natus est Jaderae 11 decembris 1845.

Ad n. 907, p. 562. — Hos ultimos versus a M. Vodopić in elegia « *Tužba Dubrovnika* » *(Questus Ragusii)* croatico idiomate exarata, atque in funere Aloysii nostri edita liceat referre, cum meminerit trium aliorum Antistitum apud exteros defunctorum; cuius versionem latinam soluto sermone appono.

Il je udes, il je Božja volja,	Vel fatum est vel divina voluntas
Da što bješe Malebraće dika	Quod quidquid decoris Fratrum Minorum fuit,
I to ponos starog Dubrovnika,	Et honoris antiqui Ragusii,
Ako se je sa matice diglo,	Si ex paternis laribus elatum fuit
I drugoj se posvetilo Crkvi,	Et alteri ecclesiae sacratum,
Sve na prečac tamo izginulo	Totum prorsus brevi inibi periit,
Pa ni mrtvo ne vrate t'jejo!	Hinc nec mortuum reddunt corpus!
Albertina Skadar progutao,	Scodra Albertinum deglutivit
Kako, Bože, to ti sami znadeš!	Quomodo tu solus, Deus, scis!
Frankovića Bosna pozobala,	Bosnia Frankovichium absumpsit,
I toj smrti bješe prigovora:	Et ob mortem hanc fuerant altercationes:
Fra Urban mi u Prizrenu spava,	Fr. Urbanus dormit Prizreni,
I spavat će do sudnjeg dana;	Dormietque usque ad iudicii diem;
No mrtvo jim sahraniše t'jelo	Sed mortui cadaver tumulo composuerunt
Uz svečanu spravu i op'jelo:	Festivo apparatu, funereisque ritibus:
Na grobu jim i danaske mole,	Super tumulum et hodiedum ei preces fundunt,
Uz tu molbu i moja se stiče	Precesque meae huic se preci uniunt;
I moj duh se uz grob njihov vije,	Spiritus atque serpit circa illius sepulchrum,
Sa uhvanjem bolje budućnosti.	Spe fretus melioris futuri temporis.
A moj Lujo gdje je zaglavio?	At meus hic Aloysius ubinam ultimam conclusit [diem?
Na povratku iz ravnog Misira	In reditu a dulci Aegypto

Sukobi ga na sred sinjeg mora,
Ona kojoj moliti se man je,
Sukobi i život prekine...
Bar da mrtvo daruje mi tjelo!
Ne, neć'ni to stari Dubrovniče:
Već nek ti je ljuća srcu rana
Malojbraći još veća praznina,
Na njem'mrtvo neć' pjevati op'jelo
Ni u Crkvi sahraniti tvojoj.

Offendit in illum in maris subnigri medio
Illa quam incassum deprecari fas est,
Offendit vitamque praecidit...
Oh! si saltem exanime mihi corpus redderet!
Neutiquam, nec hoc, grandaevum Ragusium:
Sed ut cordi sit tuo vulnus immanius
Minoribus Fratribus maior quoque lacuna,
Super illum fas non erit praecinere exequiales preces
Nec cadaver componere in Ecclesia tua.

Matthaeus Vodopić natus est Ragusii 13 dec. 1816. An. 1833 completis gymnasialibus studiis, nautarum arti moribusque sacrare se decreverat, sed inopinato statum ecclesiasticum amplexus est. Ragusii primum sacrum litavit 1840. Fuit adiutor parochialis in Primorje, dein etiam administrator parochialis, ubi plantarum studiis et venationi quidquid ei supererat temporis operam navavit. An. 1845 parochus Grudae in Canalibus destinatus fuit remansitque per duodecim annos, quibus completis Gravosii parochi munere functus est. Hinc ditatus est honore examinatoris prosynodalis, a secretis, et consiliarii iudicii matrimonialis. An. 1867 gubernium Dalmatiae ei fidit inspectionem scholarum popularium et *Jugoslavenska Akademija* Zagabriensis a. 1871 inter commissarios musaei nationalis eum elegit. A. 1873 Canonicatu ad honorem cathedralis capituli Rag. decoratus est: 1875 inter equites ordinis Francisci Iosephi I cooptatus est. Ad an. 1879 Gravosii permansit, quo anno Canonicus cathedralis ecclesiae efficitur. An. vero 1882 episcopus Ragusinus institutus est. Sed an. 1887 oculorum caecitate correptus fuit, donec 13 martii 1893 morte obrutus est. — Litteras bonasque artes a iuvenili aevo coepit colere, poesique incubuit, fabulasque historicas edidit: quarum praecipuae hae sunt: *Marija Konavoka* (Maria Canalensis) *Tužna Jele* (tristis Helena); *Robinjca* (serva=captiva); *Na doborskijen razvalinama* (Ad ruinas Doborscicas in Bosnia). Erat vir versatilis ingenii magnaeque eruditionis, sed humilis atque modestus. Ex corde pius, muneribusque suis addictissimus, mitisque indolis et vere angelicae, omnibus charus atque comis.

NOTA.

Ob defectum typographicorum signorum nonnulla nomina croatica praecipue in maiusculis carent passim in hoc indice suis notis vel apicibus.

INDEX ALPHABETICUS

NOMINUM, COGNOMINUM ET NATALIS LOCI FRATRUM, ALIORUMQUE, QUORUM MEMINIT NECROLOGIUM HOC.

(Numerus denotat ordinem progressionis, A *Appendicem).*

INDEX VOLUMINIS

Ex parte Ordinis nihil obstat quominus imprimatur.
Romae, ad S. Antonii, 6 februarii 1917.

Fr. Seraphinus
Minister Generalis O. F. M.

Nihil obstat.

D. Fidelis Tarani, *O. V.*

IMPRIMATUR.
Datum Florentiae, die 10 februarii 1917.

Can. Carolus Taccetti, *V. G.*

TYPOGRAPHIA COLLEGII S. BONAVENTURAE
AD CLARAS AQUAS (PROPE FLORENTIAM)

ARCHIVUM FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

Ann. 1908 — 1915.

Archivum singulis tribus mensibus prodit in fasciculis paginarum circiter 150.

Vol.	I	ann.	1908	pag.	672	L. 12 —
»	II	»	1909	»	704	» 12 —
»	III	»	1910	»	804 et 4 tab.	» 12 —
»	IV	»	1911	»	808 et 23 tab.	» 12 —
»	V	»	1912	»	832	» 12 —
»	VI	»	1913	»	824 et 3 tab.	» 12 —
»	VII	»	1914	»	832	» 12 —
»	VIII	»	1915	nn. I-II (reliqua sub prelo sunt).		

Pretium annuae subnotationis in Italia **L. 12.** — Extra Italiam **L. 14.**

" Qui de Ordine Fratrum Minorum certi aliquid scire vult aut quoquo modo disserere, ut vestrum *Archivum* evolvat saepe satis, semper necesse est ".

ANALECTA FRANCISCANA, sive Chronica aliaque documenta ad historiam Fratrum Minorum spectantia. Tom. I. Chronica minora. — 1885. In-4° pag. XIX-450. L. 10 —

Continentur: Chronica Fratris Iordani a Iano. — Miggenes, Missio Seraphica in imperio Sinarum (1762). — Cosmographia Franciscano-Austriacae Provinciae S. Bernardini Senensis facta per Fr. Placidum Herzog. — Fratris Thomae de Eccleston Liber de adventu Fratrum Minorum in Angliam. — Chronica anonyma Fratrum Minorum Germaniae. — Commentariolum de Veneta Prov. Ref. — Parva Chronica Provinciae Seraphicae Reformatae.

— Tom. II. Chronica Fratris Nicolai Glassberger (1206-1517). — 1887. In-4° pag. XXXVI-612. » 15 —

Tractat haec Chronica cum Ordinis Fratrum Minorum historiam in genere inde ab anno 1206, tum historiam Provinciae Argentinensis Germaniae Superioris in specie, notatis quoque Ministris Provincialibus, Capitulis etc. Provinciae Saxoniae. A pagina autem 258-561 exponitur historia Observantium generatim ac in duabus illis Provinciis speciatim usque ad annum 1517; adiecta I Appendice de Capitulis Provinciae Argentinensis usque ad an. 1580 (561-70), necnon II Appendice addita de conventibus Observantium dictae Provinciae.

— Tom. III. Chronica XXIV Generalium Ordinis Minorum (1209-1374) cum pluribus Appendicibus, inter quas excellit hucusque ineditus Liber de Laudibus S. Francisci Fr. Bernardi a Bessa. — 1897. In-4° pag. XXVIII-748. » 15 —

Editur hic Chronica generalis Ordinis Minorum ab anno 1209 usque ad annum 1374, quo absolutum fuit hoc opus a Fratre, uti videtur, Arnaldo de Serano,

Ministro Provinciali Provinciae Aquitaniae. Plurima ibi narrantur anecdota varia et curiosa de plurimis Fratribus Minoribus. Accedunt (p. 579-712) Appendices V, quarum prima de pluribus martyribus Ordinis Minorum agit (579-616); secunda de variis rebus, factisque O. M. (617-665); tertia vero Librum de Laudibus B. Francisci, a Fr Bernardo de Bessa, S. Bonaventurae a secretis, conscriptum exhibet (666-692). Quarta appendix Catalogum XIV vel XV Generalium Ordinis Minorum (1227-1304) praebet, subnexis ad calcem continuationibus ad annum usque MD (693-707). Ultima demum appendix Epistolam Fr. Philippi Perusini de Cardinalibus Protectoribus Ordinis, circa 1306 scriptam, continet.

— Tom. IV. De Conformitate vitae B. Francisci ad vitam Domini Iesu, auctore Fr. Bartholomaeo de Pisa. Liber I. Fructus I–XII. — 1907. In-4° pag. XXXV–672. L. 15 —

— Tom. V. De Conformitate etc. Pars II. Liber secundus et tertius. Ibidem 1912. In-4° pag. CXXVIII–558. » 15 —

Liber celeberrimus de Conformitatibus S. Francisci cum Vita Iesu Christi hisce in duobus voluminibus ad codicum manuscriptorum fidem editur, adnexis notis criticis de Legendis a Fr. Bartholomaeo de Rinonico adhibitis, aliisque, ut inde fides Auctoris magis eliciatur, operisque valor appareat.

Sub prelo.

— Tom. VII. Processus Canonizationis S. Ludovici ep. Tolosani etc.

— Tom. IX. Documenta Franciscana ex Archivis Bononiensibus deprompta (saec. XIII).

BIBLIOTHECA FRANCISCANA ASCETICA MEDII AEVI. — Tom. I. Opuscula Sancti Patris Francisci Assisiensis, sec. codices mss. emendata et denuo edita. — 1904. In-16° pag. XVI–209. » 1 50
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 2 50.

— Tom. II. Speculum Beatae Mariae Virginis Fr. Conradi a Saxonia, sec. codices mss. castigatum et denuo editum. — 1904. In-16° pag. XXVIII–281. » 2 —
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 3 00.

— Tom. III. Dicta B. Aegidii Assisiensis, sec. codices mss. emendata et denuo edita. — 1905. In-16° pag. XX–124. » 1 25
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 2 25.

— Tom. IV. Stimulus Amoris Fr. Iacobi Mediolanensis. — Canticum pauperis Fr. Ioannis Peckam, sec. codices mss. edita. — 1905. In-16° pag. XX–205. 1 50
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 2 50.

BIBLIOTHECA FRANCISCANA SCHOLASTICA MEDII AEVI. — Tom. I. Fr. Matthaei ab Aquasparta, O. F. M., S. R. E. Cardinalis, Quaestiones disputatae selectae de fide et de cognitione. — 1903. In-8° pag. XVI–480. » 6 —
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 7 75.

— Tom. II. Eiusdem, Quaestiones disputatae selectae de Christo. — 1914 In-8° pag. XV-227. » 5 —
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 6 75.

— Tom. III. Fr. Gulielmi Guarrae, Fr. Ioannis Duns Scoti et Petri Aureoli, O. F. M., Quaestiones disputatae de Immaculata Conceptione B. M. V. — 1904. In-8° pag. XX–157. » 2 50
Cum ligatura in dimidia pelle. L. 4 25.

BONAVENTURA (S.) — OPERA OMNIA ad plurimos Codices Mss. emendata, anecdotis aucta, prolegomenis, scholiis, notisque illustrata. Nova editio. — 1882–1902. In-4° majori. Volumina XI. » 300 —

— Tom. I–IV. Complectentes Commentarium in libros Sententiarum cum volumine Indicum. » 150 —

MARIANUS DE FLORENTIA, O. F. M. — Compendium Chronicarum Ordinis Fratr. Min. (1205–1523). — 1911. In–8° pag. 171. L. 3 —

SERAPHICAE LEGISLATIONIS TEXTUS ORIGINALES iussu Rmi Patris Ministri Generalis totius O. F. M. in lucem editi. — 1897. In–8° maj. pag. 312. » 3 —

LEMMENS LEONARDUS, O. F. M. — FRAGMENTA FRANCISCANA. I. Dialogus de vitis sanctorum Fratrum Minorum (scriptum circa 1245). — 1902. In–8° pag. XXIV–124. » 3 —

— II. B. Bernardini Aquilani Chronica Fratrum Minorum observantiae. Ex Codice autographo. — 1902. In–8° pag. XL–130, accedunt duae tabulae phototypicae. » 3 —

— III. Fragmenta Minora. Catalogus Ss. Fratrum Minorum (scriptum circa 1335). — 1903. In–8° pag. XXI-54. » 1 20

— DOCUMENTA ANTIQUA FRANCISCANA. I. Scripta Fratris Leonis, socii S. P. Francisci. — 1901. In-12° pag. 107. » 1 —

— II. Speculum Perfectionis (Redactio II). — 1901. In–12° pag. 107. » 1 —

— III. Extractiones de Legenda antiqua. — 1902. In-16° pag. 73. » — 75

EUBEL CONRADUS, Min. Conv. — Provinciale Ord. Fr. Min. vetustissimum secundum codicem Vaticanum N. 1960. — 1892. In–8° pag. 90. » 1 —

OLIGER LIVARIUS, O. F. M. — Expositio Regulae Fratrum Minorum auctore ***Fr. Angelo Clareno*** quam nunc primum edidit notisque illustravit fr. Livarius Oliger. — 1912. In–8° pp. LXXX–250. » 6 50

— Documenta inedita ad historiam fraticellorum spectantia. — 1913. In–8°, pag. IV-208. » 5 —

GOLUBOVICH GIROLAMO, O. F. M. — Biblioteca Bio-Bibliografica della Terra Santa e dell' Oriente Francescano. Tomo I. (1215–1300). 1906. In–8° gr. pag. VIII–579. » 10 —

— Tomo II. ***Addenda*** al Sec. XIII e ***Fonti*** del Sec. XIV. Con tre Carte Geografiche dell'Oriente Francescano de'Secoli XIII–XIV. — 1913. In–8° gr. pp. VIII–641 con due facsimili di codice. » 15 —

ANTONIUS MARIA DE TURRE AB AUGUSTA PRAETORIA, O. F. M. — Orbis Seraphicus. Tomus secundus de Missionibus modernis Fratrum Minorum. Pars. I. — 1887. In-fol. pag. VII–906. » 30 —

WADDINGUS LUCAS, O. F. M. — Annales Minorum.

Tom.	XIX	ab anno	1554-1564 (nuper prodiit).	Pag.	XIV-764.	L.	40 —
»	XX	» »	1565-1574 . . .	»	XXIV-712.	»	30 —
»	XXI	» »	1575-1584 . . .	»	XVI-588.	»	15 —
»	XXII	» »	1585-1590 . . .	»	XIV-570.	»	15 —
»	XXIII	» »	1591-1600 . . .	»	XII-560.	»	15 —
»	XXIV	» »	1601-1611 . . .	»	XII-564.	»	15 —
»	XXV	» »	1612-1622 . . .	»	XVI-742.	»	30 —

Proxime prodibit opus:

PETRI LOMBARDI, Libri IV Sententiarum. Editio secunda, ad fidem antiquiorum codicum denuo emendata. Duo tomi. » 15 —

Eruditorum voto obsequentes, editionem nostram *Libri Sententiarum* (S. BONAV. *Opera Omnia*, t. I-IV) iterum emendavimus iuxta vetustiores codices saec. XII, inter quos primatum tenet codex Trecensis n. 900 scriptus anno 1158, vivente adhuc Magistro Lombardo.

Analecta Franciscana.

vol. 6